




BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE















Ex Libris Joannis Nencini
1874





IVSTINI HISTORIA EX TROGO Pompeio quatuor & triginta epithomatis collecta.
Lucij Flori Epithomata quatuor & cultissima in decem Titi Liuij decadas.
Sexti Ruffi Consularis uiri ad Valentinianũ Augustum de Historia Romana opus dignissimum.
Nerua cocceius ex dione Græco per Georgium Merulam Alexandrinum.
Traianus Nerua ex dione per eundem Merulam.
Adrianus ex dione græco.
Conflagratio Vesæui montis ex dione per supradictum Merulam. 23c.
P. Victoris de regionibus urbis Romæ libellus unicus.





AVGVSTINVS BECHARIVS mortariensis sacerdos scaramutiae Triuultio Comensi episcopo. S. D.

Magna saepenumero affectus sum admiratione maxime reuerende antistes & domine mi semper ual de obseruande. Quod quecunq; agis siue priuatim si ue publice ex sentẽtia fere cũcta tibi uideo succedere. Sed iam admirari desino, cũ te nihil agere nisi maxi mo cõsilio uideã uel ex iuris ciuilis prudẽtia bñ dicta uel ex hystoriarũ exemplis bñ facta imitãdo. hae enim ad bñ beateq; uiuẽdũ semp hoiem dirigũt. Non igit̃ iniuria die noctuq; tãtũ hystorijs oblectaris probeq; in telligis qđ sapiẽtes dicũt. Qui hystoriã humanae uitae speculũ apellãt. Eo cupiẽtes bñ uiuere & in melius semp pficere in ea tãq; in speculo assidue se intueri et contẽplari oporteat. Quãobrẽ Iustini et. L. Flori libel los quos diligẽtissime sabelicus castigauit, cũ ad ma nus nostras uenissent curauimus puis formis excudi. Nõnulla etiã dignissima una cũ istis chalcographis imprimẽda tradidimus i enchiridiõq; oĩa sũt redacta ut semp haberi in manibus possint cũ ea uidẽdi lecto rẽ plubiũ ceperit. Libellos autẽ istos tibi q̃ alij magis dicauimus te super oẽs mortales colimus atq; ob seruamus. Accedit etiã oẽs literatos eorũq; res oẽs libẽtissime ptegis et tueris. Ir causa etiã ẽ qđ rem ip sam p se tibi gratissimã fore speramus sin minus bo na uolũtas saltem ingrata nõ erit. Eo em̃ aio libellos istos his formis imprimi pcurauimus ne penitus In anes, & asymboli inter mortales uixisse diceremur. Vale et alia meliora expecta si gratiã ista meruerint.

IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIVM.

Vm multi ex Romanis etiam consularis dignitatis uiri res romanas græco peregrinoq; sermone in historiam contulissent, seu æmulatione gloriæ, seu uarietate & nouitate operis delectatus uir priscæ eloquentiæ Trogus Pompeius græcas & totius orbis historias latino sermone composuit, ut cum nostra græce græca quoq; nostra lingua legi possent, prorsus rē magnam & animi & corporis aggressus. Nam cum plerisq; auctoribus singulorum regum uel populorum res gestas scribentibus opus suum ardui laboris uideretur, non ne Pompeius nobis herculea audacia orbem terrarum aggressus uideri debet, cuius libris omnium sæculorum regum, nationum populorumq; res gestæ cōtinentur. Et quæ historici græcorū prout cōmodum cuiq; fuit, inter se gregatim occupauerūt, omissis quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum congesta composuit. Horum igitur quatuor & .xl. uoluminū (nam totidē edidit) per ocium, quo in urbe uersabamur, cognitione quæq; digna excerpsi. Sed omissis his quæ nec cognoscendi uoluptate iucunda, nec exēplo erant necessaria, breue ueluti corpusculum florū feci, ut haberēt & qui græca didicissent, quo admonerentur, & qui non didicissent, quo instruerentur. Quod ad te nō tā

cognoſcēdi ꝗ̃ emēdādi cauſa tranſmiſi, ſimul & ocij mei, cuius & Cato reddendā operā putat, apud te ratio conſtaret. Sufficit enim mihi in hoc tempore iudicium tuum apud poſteros, cum obtrectationis inuidia deceſſerit induſtriæ teſtimonium habituro.

Iuſtini hiſtorici in pompeij Trogi hiſtorias
Liber Primus Incipit

p Rincipio rerum: gentinm: nationumq́ imperium penes reges erat: quos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio popularis: ſed ſpectata inter bonos moderatio ꝓuehebat populus nullis legibus tenebāt. Arbitria principum pro legibus erāt. Fines imperij tueri magiſq́ proferre mos erat. Intra ſuā cuiq́ patriā regna finiebātur. Primus omnium Ninus rex Aſſyriorum ueterem & quaſi auitū gentiū morē noua imperij cupiditate mutanit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes ad huc ad reſiſtendū populos terminos uſq; libyæ perdomuit. Fuere quidē tēporibus antiquiores Vexores rex ægypti, & ſcythiæ rex Tanais, quorū alter in pontū, alter uſq́ ægyptum exceſſit, ſed longinqua non finitima bella gerebant, nec imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriā quærebāt contētiq; uictoria imperio abſtinebāt. Ninus magnitudinē queſitæ dominatiōis continua poſſeſſione firmauit. Domitis igitur proximis cū acceſſione uiriū fortior ad alios trāſiret, & ꝓxima quæq́ uictoria inſtrumentū ſequētis eſſet, totius orientis populos ſubegit. Poſtremū illi bellū cum Zoroaſte rege Bactrianorū fuit: qui primus dicit̃ artes magicas inueniſſe, & mūdi principia, ſyderūq; motus dili

gentissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit, relicto impubere adhuc filio Nino, & uxore Semiramide. Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium nec ipsa imperiũ palam tractare, tot ac tantis gẽtibus uix patiẽter uni uiro nedũ fœminæ parituris, simulat se pro uxore Nini filiũ, ꝓ fœmina puerũ. Nã et statura utriq; mediocris, et uox pariter gracilis, et liniamẽtorũ qualitas matri ac filio similis. Igitꝛ brachia ac crura uelamẽtis, tiara caput tegit, & ne nouo habitu aliquid occultare uiderẽt, eodẽ ornatu et populũ uestiri iubet, quẽ morẽ uestis exinde gẽs uniuersa tenet. Sic primis initijs sexũ mẽtita puer credita est. Magnas deinde res gessit, quarũ amplitudine ubi inuidiã superatã putat, quæ sit fatetꝛ quẽue simulasset. Nec hoc illi dignitatẽ regni ademit, sed admirationẽ auxit, ꝙ mulier non fœminas mõ uirtute, sed etiã uiros anteiret. Hæc babyloniã cõdidit: murũq; urbis cocto latere circũdedit, harena bitumine inter strata, quæ materia in illis locis passim e terra exæstuat. Multa alia preclara huius reginæ fuere: Siquidẽ nõ cõtenta acquisitos a uiro regni terminos tueri, æthiopiã quoq; regno suo adiecit. Sed & indie bellũ intulit, quo preter illã & Alexãdrũ magnũ nemo intrauit. Ad postremũ cũ cõcubitũ filij petisset: ab eodẽ interfecta est. ij. et. xl. annos post Ninũ regno potita. Filius eius Ninus cõtẽtus elaborato a parẽtibus imperio belli studia deposuit: & ueluti sexũ cũ matre mutasset, raro a uiris uisus in fœminarũ turba cõsenuit. Posteri quoq; exempla secuti responsa gentibus ꝑinternũcios dabãt. Imperiũ assyrij qui postea syrij dicti sunt annos. M. ccc. tenuere. Po-

ſtremus apud eos regnauit Sardanapalus uir mulie-
re corruptior. Adhũc uidẽdũ (qđ nemini ãte eũ ꝑmiſſũ
fuerat) p̃fectus ip̃ius medis p̃poſitus noĩe Arbactus
cũ admitti magna ãbitiõe ægre obtinuiſſet, iuenit eũ
ĩter ſcortorũ greges purpurã collo nentẽ, et muliebri
habitu, cũ mollicia corꝑis et oculorũ laſciuia oẽs fœmi
nas anteiret, pẽſa inter uirgĩes partiẽtẽ. Quibus uiſis
ĩdignatus tali fœminæ tm̃ uirorũ ſubiectũ, tractãtiq;
lanã ferrũ & arma portãtes parere, ꝓgreſſus ad ſoci
os ſuos, qđ uiderit refert. Negat ſe ei parere poſſe q ſe
fœminã malit eſſe q̃ uirũ. Fit igit̃ cõiuratio, bellum
Sardanapalo infert̃, quo ille audito nõ ut uir regnũ
defẽſurus, ſed ut metu mortis mulieres ſolẽt, primo la
tebras circũſpexit, mox deinde cũ paucis et incõpoſitis
in bellũ ꝓgreditur. Victus in regiam ſe recipit, & ex
tructa pyra ſe & diuitias in incendiũ mittit hoc ſolo
imitatus uirũ. Poſt hæc ſtatuitur rex interfector eius
Arbactus qui p̃fectus medorũ fuerat. Is imperium ab
aſſyriis ad medos tranſfert. Poſt multos deinde reges
per ordinẽ ſucceſſionis regnum ad aſtyagen deſcen-
dit. Hic per ſomnũ uidit ex naturalibus filiæ quã uni
cam habebat uitẽ enatam, cuius palmite oĩs aſia obũ-
brabatur. Conſulti harioli ex eadẽ filia nepotẽ ei fu-
turũ, cuius magnitudo prænũciat̃, regniq; ei amiſſio-
nem portendi reſpõderũt. Hoc reſponſo ꝑterritus neq;
claro uiro, neq; ciui dedit filiã, ne paterna mater, ne-
q; nobilitas nepotis animũ extolleret, ſed de gente ob
ſcura tunc tẽporis perſarũ Cambyſi mediocri uiro in
matrimoniũ tradidit. Ac nec ſic quidẽ ſomni metu de-
poſito grauidã ad ſe filiã accerſit, ut ſub aui potiſſi-

miũ cõſpectu fœtus necaret. Natus infans datᷓ occidẽ-
dus Harpago regis oĩum conſiliorũ pticipi. Is ueri-
tus ſi ad filiam mortuo rege ueniſſet imperiũ, eo qđ
nullũ Aſtyages uirilis ſexus genuerit, ne illa necati in
fantis ultionẽ, quã a patre nõ potuiſſet, a miniſtro exi
geret, paſtori regij pecoris puerũ exponẽdũ tradidit.
Forte eodẽ tempore & ipſi paſtori filius natus erat.
Eius igitᷓ uxor audita regij infãtis expoſitiõe ſũmis
pcibus rogat ſibi afferri oſtendiq; puerũ, cuius pcibus
fatigatus paſtor reuerſus in ſiluã inuenit iuxta ĩfantẽ
canẽ fœminã puulo ubera pbentẽ, et a feris et alitibus
defendẽtẽ. Motus etiã ipſe miã, qua motã ipſam canẽ
uiderat, puerũ defert ad ſtabulũ, eadẽ cane anxie pſe
quẽte, quẽ ut ĩ manũ mulier accepit ueluti ad notã al
luſit, tãtuſq; ĩ illo uigor et dulcis qdẽ blãdiãtis riſus
appuit, ut paſtorẽ uxor ultro rogaret, quo ſuũ ptũ p il
lo exponeret, pmitteretq; ſibi ſiue fortunæ ipſius, ſiue
ſpei ſuæ puerũ nutrire. Atq; ita pmutata ſorte puulo
rũ hic pro filio paſtoris educatᷓ, ille p nepote regis ex
ponitᷓ. Nutrici ſparcõ poſtea nomẽ fuit, quia canẽ Per
ſe ſic uocãt. Puer deinde cũ iter paſtores eſſet Cyrino
mẽ accepit. Mox rex inter ludẽtes ſorte delectus cũ p
laſciuiã cõtumaces flagellis cecidiſſet, a parẽtibus pue
rorũ q̃rela ẽ regi delata, indignãtibus a ſeruo regio ĩ
genuos hoies ſeruilibus uerberibus affectos. Ille accerci
to puero & iterrogato, cũ nihil mutato uultu feciſſe
ſe ut regẽ rñdiſſet, admiratus cõſtãtiã ĩ memoriã ſom
nij rñſiq; reuocatᷓ. Atq; ita cũ et uultus et ſimilitudo
et expõnis tẽpus, et paſtoris cõfeſſio cõuenirẽt nepotẽ
agnouit. Et qm̃ defunctus ſibi ſomnio uideretur agi-

tato iter pastores regno dim minacē dūtaxat ī illo fre git. Cæterū Harpago amico suo infestus ultionē ser ui nepotis filiū eius īterfecit, epulādūq; patri tradidit. Sed Harpagus ad pn̄s tp̄s dissimulato dolore odiū re gis in uindictæ occasionē distulit. Interiecto demū tē pore cū adoleuisset Cyrus dolore orbitatis admonitus scribit ei, ut relegatus ī p̄sas ab auo fuerit, ut occidi eū puulū auus iusserit, ut bn̄ficio suo seruatus sit, ut regē offenderit, ut filium amiserit. Hortatur exercitū, pa ret, & pronam ad regnum uiam ingrediatur, medo rum transitionē pollicitus, epistolaq;, quia palam fer ri nequibat, regis custodibus oēs aditus obsidentibus exenterato lepori inseritur, lepusq; in persas Cyro fe rendus fido seruo traditur, addita sunt rhetia, ut sub specie uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis eā dem uiam somniū aggredi iussus est. Sed præmonis tus ut quem primū postera die obuium die haberet so cium cœptis assumeret. Igitur antelucano tēpore rus ri iter ingressus obuiū habuit seruū de ergastulo cu iusdam medi nomine Sybarem. Huius requisita ori gine ut in persis genitum audiuit demptis cōpedibus absumptoq; comite persepolim urbē egreditur. Ibi cō uocato populo iubet oēs præsto cū securibus esse et sil uā uiæ circūdatā excidere, qd' eum strēnue effecissent, eosdē postera die apparatis epulis inuitat, deinde cū alacriores ipo cōuiuio factos uideret rogat, ut si condi tio proponatur uerius uitæ sortē legāt, hesterni ne la boris an pn̄tiū epularū, p̄sentū ut acclamauere oēs, ait hesterno similē labori oēm uitā acturos quo ad medis pareāt se secutos hodiernis epulis. Lætis oibus medis

bellum infert. Astyages meriti in Harpago oblitus, summã belli eidẽ cõmittit, qui exercitũ acceptũ statim Cyro p deditionẽ tradidit, regis crudelitatẽ perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audiuit cõ tractis undiq; auxilijs ipe in persas pficiscitur, & re petito alacrius certamine pugnãtibus suis partẽ exer citus a tergo ponit, & tergiuersantes ferro agi in hos tes iubet, ac denũciat suis ni uicerint nõ minus fortes etiam post terga inuẽturos quã a frontibus uiros pro inde uideant fugiẽtibus hæc an illa pugnãtibus aci es rũpenda sit. Ingens post necessitatẽ pugnandi ani mus exercitu eius accessit. Pulsa itaq; cum persarum acies paulatim cederet matres & uxores eorum obuiã occurrunt orant in prœliũ reuertant ĩ cunctãtibus sub lata ueste obscœna corporis ostendunt, rogantes num in uteros matrũ uel uxorum uelint refugere. Hac re pressi castigatione in prœliũ redeunt, & facta ipres sione quos fugiebant fugere compellũt. In eo prœlio Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud nisi regnũ abstulit, nepotẽq; in illo magis q̃ uictorem se gessit, eũq; maximæ genti hyrcanorũ præposuit. Nã ipse re uerti in medos noluit. Hic finis medorũ imperij fuit. Regnauerũt ãnis. cccl. In initio regni Cyrus Sybarẽ quẽ iuxta nocturnũ uisũ ergastulo liberauerat, conni tẽq; ceptorũ in oĩbus rebus habuerat, psis p̃posuit, so rorẽq; suã ei in matrimoniũ dedit. Sed ciuitates q̃ me dorũ tributariæ fuerãt, mutato ĩperio etiã conditionẽ suã mutatã arbitrãtes a Cyro defecerũt q̃ res multorũ bellorũ Cyro causa et origo fuit. Domitis demũ plerisq; cũ aduersus babylonios bellũ gererent, Babylonijs

rex lydorũ Crœsus, cuius opes, diuitiæ insignes ea tẽpestate erãt i auxiliũ uenit, uictusq; iã de se sollicitus in regnũ refugit. Cyrus quoq; post uictoriã cõpositis in babylonia rebus, bellum transfert in lydiã. Ibi fortuna prioris prœlij pculsũ iã Crœsi exercitũ nullo negocio fundit. Crœsus ipse capit, sed quãto bellũ minoris periculi, tanto & mitior uictoria fuit. Crœso & uita & patrimonij partes, & urbes Berse cõcessã sunt in qua & si non regiam uitam tamẽ et proximã maiestati regiæ degeret. Hæc clemẽtia nõ minus uictori q̃ uicto utilis fuit. Quippe ex uniuersa græcia cognito q̃ illatum Crœso bellũ esset, auxilia uelut ad commune extinguendũ incendiũ cõfluebãt. Tantus Crœsi amor apud oẽs urbes erat, ut passurus Cyrus graue bellũ græciæ fuerit, si quid in Crœsum crudelius cõsuluisset. Interiecto deinde tpe occupato in alijs bellis Cyro rebellauere lidij, quibus iterum uictis arma & equi adempti, iussiq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere, & sic gens industria quondã potens & manu strennua effœminata mollicie luxuriaq; uirtutem pristinã perdidit. Et quos ante Cyrũ inuictos bella præstiterãt, in luxuriam lapsos ocium ac desidia superauit. Fuere lydijs multi Crœsum ante reges uarijs casibus memorabiles, nullus tamen fortunæ Candauli comparãdus, qui cũ uxorẽ suam quã ppter pulchritudinẽ nimiũ diligebat, oĩbus prædicaret, non cõtentus uoluptatum suarũ tacita conscientia nisi etiam matrimonij reticenda publicaret prorsus, quasi silentiũ damnũ pulchritudinis esset ad postremũ ut affirmationi suæ fidẽ faceret, eã Gygi sodali

suo nudã demonstrauit. Quo facto & amicũ in adulterũ uxoris illectũ hostẽ sibi fecit, et uxorẽ ueluti tradito alij amore a se alienauit. Nã breui post tpe cædes Candauli nuptiarũ præmiũ fuit. Vxor mariti sanguine dotata regnũ uiri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta asia, et uniuerso oriẽte in ptãtem redacto scythis bellũ intulit. Erat aũt eo tpe scytharũ regina Thomyris quæ non muliebriter aduentu hostiũ territa cum ꝓhibere eos posset, uadum araxis fluminis transire ꝑmisit, et sibi fœliciorẽ pugnam inter regni sui terminos rata, hostibus obiectu fluminis fugã difficiliorẽ. Itaq; Cyrus trãsiectis copijs cũ aliquãtisper in scythiam processisset castrametatus est. Deinde postera die cũ simulato metu & quasi refugiens castra deseruisset, uinũ affatim et ea quæ erãt epulis necessaria reliquit. Quod cũ nũciatũ regine esset adolescẽtulum filiũ ad insequendũ eum cũ tertia parte copiarũ mittit. Cũ uentũ ad Cyri castra esset ignarus rei militaris adolescens ueluti ad epulas nõ ad prœliũ uenisset, omissis hostibus insuetos barbaros uino onerare se patitur. Priusq; scythæ ebrietate q̃ bello uincũtur. Nã cognitis his Cyrus reuersus ꝑ noctẽ saucios opprimit, oẽsq; scythas cũ reginæ filio interfecit. Amisso tanto exercitu et qđ grauius dolendũ unico filio Thomyris orbitatis dolorẽ nõ lachrymas effundit, sed in ultiõis solatia intẽdit. Hostesq; recẽti uictoria exultãtes pari insidiarũ fraude circumdedit. Quippe simulata diffidẽtia ꝓpter uulnus exceptũ refugẽs Cyrũ adusq; angustias ꝑduxit. Ibi cõpositis in mõtibus ĩsidijs ducẽta milia persarũ cũ ipõ rege trucidauit. In qua uictoria

etiã illud memorabile fuit, qđ neq; nuncius tantæ cladis quidẽ superfuit. Caput Cyri amputatũ in utrem humano sanguine repletum cõijci regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine (inquit) quem sitisti. Cyrus regnauit annis. xxx. non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris ægyptum adiecit, sed offensus superstitionibus ægyptiorum Apis cæterorumq; deorum ædes dirui iubet. Ad Amonis quoq; nobilissimum tẽplum expugnandũ exercitum mittit, qui tempestatibus et harenarum molibus oppressus interijt. Post hæc per quietẽ uidit fratrẽ suum Mergidem regnaturum, quo somnio exterritus non dubitauit post sacrilegia etiam parricidiũ facere. Erat enim difficile ut parceret suis, qui cõtempu religionis crassatus etiã contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministeriũ magum quedã ex amicis delegit nomine Comarim. Interim ipse gladio sua spõte euaginato in femore grauiter uulneratus occubuit pœnasq; luit seu imperati parricidij, seu sacrilegij perpetrati. Quo nuncio accepto magus ante famam amissi regis occupat facinus, prostratoq; Mergide cui regnum debebatur, fratrẽ suum subiecit Oropastem. Erat enim oris & corporis liniamentis persimilis, ac nemine subesse dolum arbitrante, pro Mergide rex Horopastes constituit. Quæ res eo occultior fuit, quod apud Persas persona regis sub speciẽ maiestatis occulitur. Igitur magi ad fauorem populi conciliandũ tributa et militiæ uacationẽ in triennium remittũt, ut regnũ quod fraude quæsierãt,

indulgētia et largitionibus cōfirmarent. Quæ res su
specta primo orthani uiro nobili et in cōiectura saga
cissimo fuit. Itaq; per internuncios quærit a filia quæ
inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex es
set. Et illa nec se scire ipsam ait, nec ex alia posse co
gnoscere, quia singulæ separatim recludantur. Tum
pertrectare dormienti caput iubet. Nam mago Cam
byses aures utrasq; præciderat. Factus deinde per fi
liam certior sine auribus esse regem optimatibus per
sarum rem indicat, et in cædem falsi regis impulsos
sacramento religionis obstringit. Septem tantū cōscij
fuere huius cōiurationis, qui ex continenti ne dato in
pœnitentiam spatio res per quēq; narraretur, occulta
to sub ueste ferro ad regiam pergunt. Ibi obuijs inter
fectis ad magos perueniunt. Quibus ne ipsis quidem
animus in auxilium suū defuit. Si quidem stricto fer
ro duos de cōiuratis interficiunt. Ipsi tamen corripiū
tur a pluribus, quorū alterum Gobryas amplexus ma
gum cunctantibus socijs ne ipsum pro mago transfo
derēt, quia res obscuro loco gerebatur, uel per suū cor
pus adigi mago ferrum iussit fortuna tamen ita rer
gente, illo incolumi magus iterficitur. Occisis magis
magna quidem gloria recupati regni principiū fuit,
sed multo maior in eo, quod cum de regno ambige
rent concordare potuerūt. Erant enim & uirtute et no
bilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electio
nem æqualitas faceret. Ipsi igitur uiam inuenerunt
qua de se iudiciū religioni et fortunæ cōmitterent. Pa
cti inter se sunt die statuta omnes equos ante regiam
primo mane perducerēt, & cuius equus ante solis or

tum hinnitū primus edidisset, rex esset. Nam et solem
unum deum persæ esse credunt, et equos eidem deo sa
cratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hystaspis
filius, cui de regno sollicito equi custos ait, si ea res ui
ctoriam moraretur, nil negocij superesse. Proinde no
cte equam pridie ante constitutam diem ad eūdem lo-
cum ducit, ibiq; equæ equum admittit ratus ex uolu-
ptate ueneris futurū, quod euenit. Postera die cum ad
statutam horam omnes uenissent, Darij equus cogni-
to loco ex desiderio fœminæ hinnitū statim ædidit,
& segnibus alijs felix auspiciū domino primus emi-
sit. Tāta moderatio cæteris fuit, ut audito auspicio cō-
festim equis desilierint, & Darium regē salutarint,
populus quoq; uniuersus secutus iudiciū principum
eundem constituit regem. Sic regnū persarū septem
nobilissimorū uirtute quæsitum tam leui momēto in
unum collatum est. Incredibile prorsus pro tanta pie
tate gessisse eos, quod ut eriperent a magis mori non
recusarint, q̄q̄ preter formā uirtutemq; hoc imperio
dignam, & cognatio Dario iuncta cum pristinis re-
gibus fuit. Principio igitur regni Cyri regis filiam
regalibus nuptijs regnū firmaturus in matrimoniū
recepit, ut non tam inextraneū translatum q̄ in fami
liam Cyri reuersum uideretur. Interiecto deinde tem
pore cum assyrij desciuissent & babyloniam occupas
sent, difficilisq; urbis expugnatio esset æstuante rege
Sopyrus unus de interfectoribus magorū Sopyrus nomine do-
mi se uerberibus lacerari toto corpore iubet. Nasum et
labia & aures sibi precidi, atq; ita regi inopināti se
offert. Attonitum & quærentem Darium causas au-

ctoremq; tam fœdæ lacerationis, tacitus quo proposi-to fecerit edocet, formatoq; in futurũ consilio transfu-gæ titulo babyloniã proficiscitur. Ibi ostendit popu-lo laniatũ corpus. Quæritur crudelitatẽ regis, a quo in regni portione non uirtute sed auspicio, non iudi-cio hominũ, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplum capere, quid hostibus cauẽdum sit. Hortatur ne mœnibus magis quã armis confidãt patianturq; se commune bellum recẽtiore ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter omnibus erat, nec de fide timebant, cuius ueluti pignora uulnera corporis, & iniuriæ notas habebant. Constituitur ergo dux oĩum suffragio, & accepta parua manu semel atq; iterum cedẽtibus ex consulto persis secunda prœlia fecit. Ad postremum uniuersum sibi creditũ exercitũ regi pro-didit, urbemq; ipsam in potestatem eius redegit. Post hæc Darius rex bellum scythis infert, quod sequenti uolumine referetur.

Iustini Historici Liber Secundus.

i N relatione rerum a scythis gestarũ, quæ satis amplæ magnificæq; fuerunt, princi-pium ab origine repetendum est. Nõ eñ minus illustria initia q̃ imperiũ habuere, nec uirorũ imperio magis q̃ fœminarum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi parthos bactrianosq;, fœminæ au-tem eorum amazonũ regna condiderint, prorsus ut res gestas uirorum mulierũq; considerantibus incer-tum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytharũ gens antiquissima semper habita, q̃q̃ inter scythas & ægyptios diu cõtentio de generis uetustate fuerit.

Aegyptiis ꝑdicantibus initio rerũ cum aliæ terræ nimio feruore solis arderent, aliæ rigerent frigoris immanitate, ita ut nõ modo generare homines sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent, priusq̃ aduersus calorem uel frigus uelamenta corporis inuenirentur, uel locorum uitia quæsitis arte remediis mollirẽtur, Aegyptum ita temperatã semper fuisse, ut neq; hyberna frigora nec æstiui solis ardores incolas eius premerent. Solum ita fœcundũ ut alimentorũ nulla terra feracior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines natos uideri debere, ubi educari facillime possent. Contra scythæ cœli temperamentum nullum esse uetustatis argumentũ putabãt. Quippe naturam cum primum incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit, statim ad locorum patientiam animalia quoq; generasse, sed arborum atq; frugum pro regionũ conditione apte genera uarieta. Et quanto scythis sit cœlum asperius q̃ ægyptiis, tanto et corpora & ingenia esse duriora, Ceterum si mũdi quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, siue illuuies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, siue ignis qui et mundum genuit cũcta possedit, utriusq; primordiũ scytas origine præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus sedẽ terris dedit, nullam priusq̃ septẽtrionalẽ partẽ hyẽs frigore ab igne secretã, adeo ut nũc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptũ uero & totum orientem tardissime temperatũ, quippe qui etiam nũc torrenti calore solis exestuat. Quod si omnes quõdam terræ summersæ profundo fuerũt, profecto æditissimã

quanq; partem decurrētibus aquis prius detectā, hu-
millimo aūt solo eandē aquam diutissime immoratā.
Et quanto prior quæq; pars terrarum siccata sit, tan-
to prius animalia generare cœpisse. Porro scythiam
adeo æditiorē omnibus terris esse, ut cuncta flumina
ibi nata in meotida, tum deinde in ponticum in ægy-
ptum mare decurrant. Aegyptum autē quæ tot regū
tot sæculorum cura impēsaq; munita sit, & aduersus
uim decurrentium aquarum tantis instructa molibus
tot fossis concisa, ut cum his arceantur illis recipiātur
aquæ, nihilominus coli nisi excluso nilo, non potuerit
nec possit uideri hominū uetustate ultima quæ exag
gerationibus regum siue nili trahentis limū terrarū
recētissima uideatur. His igitur argumentis supera-
tis ægyptijs antiquiores semper scythæ uisi. Scythia
in orientem porrecta includitur ab uno latere ponto,
& ab altero montibus rhiphæis. A tergo asia et pha-
si flumine, multum in longitudinē & latitudinē pa
tet. Hoibus inter se fines nulli, neq; eñ agrū exercēt,
nec domus illi ulla, aut tectū aut sedes est. Armēta &
pecora semp pascētibus & per incultas solitudines er
rare solitis, uxores liberosq; secū in plaustris uehunt.
Quibus corijs imbrium hiemisq; ca tectis p domibus
utunt. Iusticia gētis ingenijs culta nō legibus. Nullū
scelus apud eos furto grauius, quippe sine tecto mu-
nimētoq; pecora et armēta habētibus, qd saluū eēt si
furari liceret. Aurū et argētū pinde aspnat, ac reliqui
mortales appetūt, lacte et melle uescunt. Lanæ ijs usus
ac uestiū ignotus, & quāq; cōtinuis frigoribus utantur
pellibus tñ ferinis aut murinis uestiunt. Hæc cōtinen

tia illis, morũ quoq; insticiã dedit nihil alienũ cõcu-piscẽtibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est, ubi & usus. Atq; utinã reliquis mortalibus simul moderatio & abstinẽtia aliem foret. Profecto non bellorum tantum per omnia sæcula terris omnibus continuaretur, neq; plus hominum ferrum & arma q̃ naturalis fatorum cõditio raperet. Prorsus ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare, quod græci longa sapientum doctrina præceptisq; philosophorum cõsequi nequeunt, cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio, quanto in his cognitio uirtutis. Imperium asiæ ter quæsiuere scytæ, ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mensere. Darium regem persarum turpi a scithia summouere fuga Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexãdri magni ducem Cæpironam pari ratione cũ copijs uniuersis deleuerũt Romanorum audiuere nõ sensere arma. Mox parthicum & bactrianum imperium ipsi cõdiderunt. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporũ immensæ nihil parare, quod amittere timeant, nihil uictores præter gloriam cõcupiscunt. Primus scythis bellum intulit Vexores rex ægiptius missis prius legatis, qui hostibus parandi legem dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduẽtu regis a finitimis certiores facti legatis respondent. Miramur tam opulenti populi ducẽ stolide aduersus inopes occupasse bellum, quod magis domi fuerit illi timendum, quod belli certamẽ anceps, præmia uictoriæ nulla, dãna manifesta sunt. Igitur non expectaturos scythas, ut ad se uenia-

Diuitiarum cupido, ibi ẽ, ubi et usus.

tur, cũ tãto sibi in hoste plura cõcupiscẽda sint, ultrõ ꝙ pdituros obuiã. Nec dicto res morata, quos cũ tãta celeritate uenire res didicisset, in fugã uertit, et exercitu cum oĩ apparatu belli relicto in regnũ trepidus se recepit. Scythas ab ægypto paludes phibuere. Exinde reuersi asiam perdomitam uectigalem fecerunt, modico tributo magis in titulum imperij ꝙ in uictoriæ præmium imposito, qndecim annis pacãdæ asiæ morati uxorũ flagitatiõe reuocantẽ per legatos denunciãtium ni redeant, sobolẽ se ex finitimis quæsituras, nec passuras ut in posteritatẽ a scitharũ genus p fœminas intercidat. His igitur asia per mille quingẽtos annos uectigalis fuit, pendẽdi tributi finẽ Ninus rex assiriorum imposuit. Sed apud scythas medio tempore duo regij iuuenes Plinos & scholpythus per factionẽ optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere, & in cappadociæ ora iuxta amnẽ thermodonta cõsedere, subiectosq; thermis cyreos campos occupauere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti, conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores cum uiderent exilio suo additam orbitatem arma sumpsere, finesq; suos summo uentes primo mox inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisere seruitutem non matrimonium appellantes, singulare omnium seculorum exemplum. Auxere rempublicam sine uiris, iam etiam cum contemptu uirorum se tuentur, & ne fœliciores aliæ alijs uiderentur, uiros, qui domi remãserant, interficiunt. Vltionẽ quoq; cæsorũ coniugum excidio finitimorum consequuntur. Tunc pace armis

uxorũ

quæsita ne gens interiret concubitū finitimorū inerūt. Si qui mares nascerētur, interficiebātur. Virgines in eundē ipsum morē non ocio neq; lanificio, sed armis, equis, uenatiōibus exercebāt, inustis infantiū dexterioribus mām̄is, ne sagitarū ictus impediret, unde amazones dictæ sunt. Due regine his fuere Marthesia et Lāpedo, quæ in duas partes agmine diuiso inclyte iā opibus uicibus gerebāt bella sollicitæ terminos alternis defendētes, & ne successibus deesset auctoritas generatas se marte prædicabāt. Itaq; maiore pte europæ subacta, asiæ quoq; nōnullas ciuitates occupauere. Ibi ephe so multisq; aliis urbibus cōditis partē exercitus cū ingenti præda domū remittunt. Reliquæ quæ ad tuendum asiæ imperiū remanserant concursu barbarorum cū Marthesia regina interficiūtur. In cuius locum filia eius Ottera regno succedit. Cui præter singularē belli industriā eximia seruatæ in oē æuū uirginitatis admiratio fuit. Huius uirtute tantū additū gloriæ et famæ amazonibus est, ut Herculi rex, cui xij. stipendia debebat quasi impossibile imperauerit, ut arma reginæ amazonū sibi afferret. Igitur eo pfectus longis nouem nauibus comitāte principū græciæ iuuentute inopinantes aggreditur. Duæ ex quattuor tunc sorores amazonū regna tractabāt, Antiope, & Ottera, quarū Ottera foris bellū gerebat. Igit̄ cū Hercules ad littus amazonū applicuisset infreques multitudo cū Antiopa regina nihil hostile metuēte erat. Quare affectum est ut pauce repentino tumultu excitate arma sumerent, facilemq; uictoriam hostibus darent. Multæ ita cæsæ captæq;, in his due capte sunt

Antiope sorores Menalippe ab Hercule. Hippolyte a Theseo. Sed Theseus obtentã in præmiũ captiuam eandem in matrimoniũ assumit, ex ea genuit Hippolytũ, Hercules post uictoriã. Menalippen captiuã sorori reddidit, & preciũ arma reginæ accepit. Atq; ita imperio functus ad regẽ reuertit. Sed Ottera ubi cõperit bellũ sororibus illatũ, & raptorẽ esse atheniẽsiũ principẽ hortat comites in ultionẽ, frustraq; & ponti sinũ, & asiã domitã esse dicit, si græcorũ non tã bellis quã rapinis pateãt. Auxilium deinde a Sigillo rege scytharũ petit. Genus se scytharũ esse, cladẽ uirorũ, necessitatẽ armorũ, belli causas ostẽdit, assecutasq; uirtute ne segniores uiris fœminas habere scythæ uiderent. Motus ille domestica gloria mittit cũ ingẽti equitatu filiũ Penaxagorã in auxiliũ. Sed ante præliũ dissensione orta ab auxilijs desertæ bello ab atheniensibus uincuntur, Receptaculum tamen habuere castra sociorũ, quorũ auxilijs intactæ ab alijs gẽtibus in regnũ reuertunt. Post Otteram Penthesilea regno potita est, cuius troiano bello inter fortissimos uiros, cum auxilium aduersus græcos ferret, magna uirtutis documenta extitere. Interfecta demum Penthesilea exercituq; eius assumpto pauce quæ remanserant egresse, aduersus finitimos defendentes usq; ad tempora Alexandri magni durauerunt. Harũ Minithia siue Talestris regina concubitu Alexandri per dies. xiiij. ad sobolem ex eo generandam obtento, reuersa in regnum breui post tempore cum omni amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expeditione asiana cum annis septẽ a cõiugibus & liberis abfuissent, seruili

bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum lon ga expectatione uirorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratæ, seruis ad custodiã pecoris relictis nu bunt, qui reuersos cum uictoria dominos uelut adue nas armati finibus prohibent. Quibus cum uaria ui ctoria fuisset admonentur Scythæ mutare genus pu gnæ, memores nõ cum hostibus, sed cum seruis præli andum, nec armorũ sed dominorũ iure uincendos, uer bera in aciem non tela ferenda, omissoq; ferro uirgas & flagella cæteraq; seruilis metus paranda instru menta. Probato omnes consilio, instructi sicut præce ptum erat, postq̃ ad hostes accessere inopinãtibus uer bera intentant, adeoq; illos perturbant, ut quos ferro non poterant, metu uerberum uincerent, fugãq; nõ ut hostes uicti, sed ut fugitiui serui capesserent quicũq; capi potuerunt supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoq; male sibi consciæ partim ferro, partim suspen dio uitam finierunt. Post hoc apud scythas pax fuit usq; tempora Lantini regis huic Darius rex persarũ (sicut supra dictum est) cum filiæ eius nuptias nõ ob tinuisset, bellũ intulit, et armatis septingẽtis milibus hominũ scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugnæ potestatem, metuẽs ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta mili bus hominũ trepide refugit, quæ iactura abundante multitudine inter damna numerata non est. Inde Asi am et Macedoniam domuit. Ionas quoq; nauale præ lio superat. Demum cognito q̃ athenienses Ioniis au xilium contra se tulissent omnem impetum belli in eos conuertit. Nunc quoniam ad bella Atheniensium

uentum est, quæ non modo ultra spem gerendi uerũ etiam ultra gesti fidem parata sunt, operaq; atheniẽsium effectu maiora q̃ uoto fuerunt, paucis uerbis origo repetenda est, qua non ut cæteræ gentes a sordidis initijs ad summa creuere. Soli enim præter q̃ incremento etiam origine gloriantur. Quippe non aduene neq; passim collecta populi colluuies originem urbi dedit, sed in eodem nati solo, quod incolunt, & quæ illis sedes eadem origo est. Primi lanificij et olei & uini usum docuere, arare quoq; & serere frumenta glande uescentibus monstrauerunt, litteræ certe ac facundia & hic ciuilis ordo disciplinæ uelutitemplũ athenas habent. Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem, quem, ut omnis antiquitas fabulata est biformem prodidere, quia prius marem fœminæ matrimonio iunxit. Huic successit Cranaus, cuius filia Athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphionides regnauit, qui primus Mineruæ urbem sacrauit, & nomẽ ciuitati Athenas dedit. Huius tp̃ibus aquarũ illuuies maiorẽ p̃tẽ græciæ assũpsit. Sup̃fuere quos refugia mõtiũ receperunt, aut ad regẽ thessaliæ Deucalionẽ ratibus uecti sũt, a quo p̃pterea genus hominũ conditum dicitur, per ordinem deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti satio apud eleusinam a Triptolemeo reperta, in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratæ. Tenuit & Aegæus Thesei pater Athenis regnum, a quo per diuortiũ decedens Medea propter adultam priuigni ætatem, colchos cum Medo filio ex Aegæo suscepto concessit. Post Aegæum Theseus ac deinde

athen. origo.

post Thesei filius demophon (qui auxiliũ græcis ad-uersus troianos tulit) regnũ possedit. Erãt inter Athe-nienses & Dorienses simulatum ueteres offense, quas uindicaturi bello Dorienses de euentu belli oracula cõsuluerunt, rñsum superiores fore, ni regẽ Atheniẽ-sium occidissent. Cum uentũ esset in p̃lium militibus ante oĩa custodia regis p̃cipitur. Atheniẽsibus eo tẽpo-re rex Codrus erat, qui & respõso dei & p̃ceptis ho-stium cognitis ꝑmutato regis habitu pãnosus sarmen-ta collo gerens castra hostium ingredit̃. Ibi in turba obsistẽtiũ a milite, quem falce hastu uulnerauerat, in-terficit̃. Cognito regis corpe Dorienses sine prælio di-scedunt. Atq; ita Athenienses uirtute ducis pro salute patriæ morti se offerentis bello liberant̃. Post Codrũ nemo Athenis regnauit, quod memoriæ noĩs eius tri-butum est. Administratio reipublicæ annis magistra-tibus permissa est. Sed ciuitati nulle leges tunc erant, quia libido regum pro legibus habebatur. Eligitur itaq; Solon uir iusticia insignis, qui uelut nouã ciuita-tem legibus conderet, qui tanto temperamento inter plebẽ senatumq; egit, cum si quid pro altero ordine tulisset alteri displiciturum uideretur, ut ab utrisq; parem gratiam traheret. Huius uiri inter multa egre-gia & istud mẽorabile fuit. Inter Atheniẽses et Me-garẽses de ꝓprietate salaminæ insulæ ꝓpe usq; ad in-teritum armis dimicatũ fuerat. Post clades multas ca-pitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de uendicãda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censen-do ꝑiculum sibi afferret, subitã demẽtiã simulat, cu-

bene placitu

Libido regũ pro legibus.

ius uenia nõ dicturus modo ꝓhibita sed facturus erat. Deformis habitu more uecordiũ in publicum euolat, factoq; concursu hoĩm quo magis cõsilium dissimularet, insolitis sibi uersibus suadere populo cœpit, qđ uetabat̃ oĩmq; aĩos ita cœpit, ut exẽplo bellum aduersus megarẽses decerneret̃, insulaq; deuictis hostibus Atheniẽsium fieret. Interea megarẽses memores illati ab atheniẽsibus belli, & uериti ne frustra arma mouisse uiderent̃, matronas atheniẽsium in eleusinis sacris noctu oppͥssuri naues cõscendunt, qua re cognita dux ahenienſiũ Pisistratus iuuẽtutẽ in ĩsidijs collocat, iussis matronis solito clamore ac strepitu etiã in accessu hostium ne intellectos se sentiãt sacra celebrare, egressosq; nauibus megarẽses inopinãtes aggressus deleuit, ac ꝓtinus classe captiua intermixtis mulieribus, ut speciem captiuarũ matronarum p̃berent Megarã contẽdit. Illi & cum nauium formã & petitã p̃dam agnoscerent, obuij ad portũ procedunt, quibus cæsis Pisistratus & paululũ a capiẽda urbe abfuit. Ita megarenses suis dolis hosti uictoriã dedere. Sed Pisistratus quasi sibi nõ patriæ uicisset tyrãnidẽ per dolum occupat. Quippe uerberibus uolũtarijs domi affectus laceratoq; corpore in publicũ progreditur, & aduocata concione uulnera populo ostendit de crudelitate principũ, a quibus hoc se passum simulabat, quæritur adduntur uocibus lachrymæ, & inuidiosa oratione multitudo credula incenditur, amore plebis inuisum se senatui affirmat, obtinet ad custodiã corporis sui satellitũ auxilium, per quos occupata Tyrãnide per annos. xxxiiij. regnauit. Post cuius mortẽ Diocles alter

ex filijs per uim stuprata uirgine a fratre puellæ interficitur. Alter Hippias nomine cum imperiũ paternum teneret interfectorẽ fratris cõpræhẽdi iubet, qui cum per tormenta conscios cædit nominare cogeret, omnes amicos tyranni noiauit, qbus interfectis quærẽti tyranno an adhuc reliqui cõscij essent, nemo ait superest, quẽ amplius mori gestiam quã ipm tyrãnum quã uoce eiusdẽ tyranni se uictorẽ post uindictã pudicitiæ sororis ostẽdit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis esset, tandẽ Hippias regno pulsus in exilium agitur, qui pfectus in persas ducem se Dario inferenti atheniẽsibus bellum (sicuti supra significatũ est) aduersus patriã suã offert. Igitur athenienses audito Darij aduentu auxiliũ a lacedæmonijs sociatũ ciuitate petierunt, quos ubi uiderunt quatridui teneri religione, nõ expectato auxilio, instructis decẽ milibus ciuium, & platensibus auxiliarijs mille aduersum sexcẽta milia hostium in cãpos marathonios in prælium egrediunt. Milciades & dux belli erat & author non expectãdi auxilij, quem tanta fiducia cœperat, ut plus præsidij in celeritate q̃3 in socijs duceret. Magna igitur currẽtibus in pugnã alacritas animorum fuit, adeo ut cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante iactus sagittarum ad hostẽ uenirẽt, nec audaciæ eius euentus defuit. Pugnatum est enĩ tanta uirtute ut hinc uiros inde pecudes putares, uicti persæ in naues cõfugerunt, ex qbus multæ suppresse, multe captæ. In eo prælio tanta uirtus singulorum fuit, ut cuius laus prima esset difficile iudicium uideretur, inter cæteros tamen Themistoclis

adoleſcentis gloria emicuit, in quo iam tunc indoles
futuræ iperatoriæ uirtutis apparuit. Cynegeri quoq;
militis athenienſis gloria magnis ſcriptorum laudi-
bus celebrata eſt, qui poſt prælių innumeras cædes cũ
fugientes hoſtes ad naues egiſſet, onuſtam nauẽ dex-
tra manu tenuit, nec prius dimiſit ꝙ manum amit-
teret. Tum quoq; amputata dextra nauem ſiniſtra cõ-
prehendit, quam & ipſam cum amiſiſſet ad poſtre-
mum morſu nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem
fuiſſe, ut non tot cædibus fatigatus, non ambabus ma
nibus amiſſis uictus ad poſtremum truncus, & uelu-
ti rabida fera dentibus dimicauerit, ducẽta milia per
ſæ eo prælio ſine nauigio emiſerunt. Cecidit et Hyp
pias tyrannus Athenienſis auctor & concitator eius
belli dijs patriæ ultoribus pœnas repetentibus. Interea
& Darius cum bellum reſtauraret in ipſo apparatu
decidit, relictis multis filijs & regno et ante regnum
ſuſceptis. Ex his arthemenes maximus natu, ætatis pri
uilegio regnum ſibi uendicabat quod ius & ordo na
ſcendi & natura ipſa gentibus dedit. Porro Xerxes
controuerſiam non de ordine ſed de naſcendi fœlicita
te referebat. Nam quod Arthemenẽ primum quidem
Dario ſed priuato prouениſſe, ſe regi primũ natum,
fratres itaq; ſuos qui ante geniti eſſent priuato priua
tum patrimoniũ qđ eo tẽpore Darius habuiſſet nõ re
gnũ ſibi uendicare poſſe, ſe eſſe primum quem in re-
gnũ rex pater ſuſtulerit. Huc accedere qđ Arthemc-
nes nõ patre tm̃ ſed et matre priuatæ adhuc fortunæ
duo quoq; materno priuato creatus ſit, ſe uero et matre
regina natũ, et patrẽ non niſi regẽ uidiſſe, auũ quoq;

Cynigeri memoranda

maternum Cyrum regem habuisse nō hæredē, sed cō
ditorem tanti regni. Itaq; & si æquo iure utrūq; fra
trē pater reliquisset, materno se tamē iure et auito uin
cere. Hoc certamen cōcordi animo ad patruū suū Arta
pharnem ueluti ad domesticū iudicem deferunt, qui
domi cognita causa Xerxē præposuit, adeo que fra
terna contentio fuit ut nec uictor insultauerit, nec ui
ctus indoluerit, ipsoq; litis tempore inuicem munera
miserint, & iucunda quoq; inter se non solum credu
la conuiuia habuerint. Iudiciū quoq; ipsum sine arbi
tris, sine conuitio fuerit. Tāto moderatius tum fratres
inter se regna maxima diuidebant, quanto nunc exi
gua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellū a pa
tre cœptū aduersus græciā per quinquēnium instru
xit. Quod ubi primū didicit Demaratus rex lacedæ
moniorum, qui apud Xerxem exulabat, amicior pa
triæ post fugam quam regi post beneficia, ne inopina
to bello opprimerentur, omnia in tabellis ligneis ma
gistratibus perscribit, easdem cæra superinducta de
let, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut
recens cæra dolum proderet. Fido deinde seruo perfe
rēdas tradit, iusso magistratibus spartanorū tradere,
quibus platis lacedæmona quæstioni res diu fuit, quod
neq; scriptum aliquid uiderēt, nec frustra missas su
spicarētur, tantoq; rem maiorē, quāto sit occultior pu
tabant. Herentibus in coniectura uiris soror regis Leo
nide consiliū scribentis inuenit. Erasa igitur cæra bel
li consilia deteguntur. Iam Xerxes septingenta mi
lia de regno armauerat, & trecēta milia auxiliis pa
rauerat, ut nō immerito proditū sit, flumina ab exer

citũ eius siccata græciam omnem uix capere exercitũ eius potuisse. Naues quoq; decies centũ milia numero habuisse dicitur huic tanto agmini dux defuit. Cæterum si regem spectes, diuitias non ducem laudes, quarum tanta copia in regno eius fuit, ut cũ flumina multitudine cõsumerentur, opes tamen regiæ supessent. Ipse autem primus in fuga postremus in prælio semper uisus est, in periculis timidus, sicubi metus abesset inflatus. Deinq; ante experimentũ belli fiducia uirium ueluti naturæ ipsius domus & montes in planũ deducebat, & cõuexa uallium æquabat, & quædam maria põtibus sternebat, quædam ad nauigationis cõmodum per compendium ducebat, cuius introitus in græciam q̃ terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Nanq; cũ Leonida rex spartanorũ cum quatuor milibus militum angustias thermopylarum occupasset, Xerxes contemptu paucitatis eos pugnã capessere iubet, quorum cognati Marathonia pugna interfecti fuerant, qui dum ulcisci suos quærunt, principiũ cladis fuere, succedente deinde inutili turba maior cædes æditur. Triduo ibi cum dolore et indignatione persarum dimicatum, quarto die cum nunciatũ esset Leonidæ a. xx. milibus hostium summũ cacumẽ teneri, tunc hortatur socios recedant & se ad meliora patriæ tempora reseruent, sibi cum spartanis fortunam experiendam, plura patriæ quam uitæ debere, cæteros ad presidia græciæ seruandos. Audito regis imperio discessere cæteri soli lacedæmonij remanserũt. Initio huius belli sciscitãtibus delphis oracula, responsum fuerat, aut regi spartanorũ, aut urbi cadendũ. Et icciro cum

rex Leonides in bellum proficisceretur, ita suos firmauerat, ut ire separato ad moriendũ animo scirent. Angustias propterea occupauerat, ut cum paucis aut maiore gloria uinceret, aut minore damno reipublicæ caderet. Dimissis igitur socijs hortatur spartanos meminerint, qualitercunq; præliarẽtur, cadendũ esse cauerent, ne fortius mansisse quã dimicasse uideãtur, nec expectandum ut ab hoste circũuenirentur, sed cũ nox occasionẽ daret securis et lætis superueniẽdum, nusq; uictores honestius quam in castris hostium perituros, Nihil erat difficile persuadere persuasis mori statim arma capiunt, & sexcenti uiri castra quingẽtorum milium irrumpunt. Statimq; regis p̃torium petunt, aut cum illo, aut si ipsi oppressi essent in ipsius potissimũ sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani postq; regem non inueniunt, per omnia castra uictores uagantur, cedunt, sternuntq; omnia, ut q sciant se pugnare, non spe uictoriæ, sed in mortis ultione. Prælium a principio noctis in maiorem partẽ diei tractum. Ad postremũ non uicti sed uincendo fatigati, inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. Xerxes duobus uulneribus terrestri prælio acceptis experiri maris fortunam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles cum aduertisset Ionas, ꝓpter quos bellum persarum rex susceperat, in auxilium regis classe uenisse, sollicitare eos in partes suas statuit, Et cum colloquendi copiam non haberent, quo applicaturi erant symbolos proponi & saxis proscribi curat. Quæ uos Iones dementia tenet? quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus uestris nuper

etiam uindicibus cogitatis? An ideo mœnia uestra cō
didimus, ut essent, qui nostra delerent? quid si nō hæc
& Dario prius, & nunc Xerxi belli causa nobiscum
foret, qđ uos rebellantes non destituimus? quin uos
in hæc nostra castra ex ista obsidione transitis? Aut si
hoc parum totum extat, uos cōmisso p̄lio ite cessim in-
hibete remos, & a bello discedite. Ante naualis præ-
lij congressionem miserat Xerxes quattuor milia ar-
matorum delphos ad templum Apollinis diripien-
dum, prorsus quasi non cum græcis tantū, sed cum
dijs immortalibus bellum gereret, quæ manus tota
imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret quā
to grauior offensa deorū esset, tanto nullas esse homi
num aduersus deos uires. Post hæc Thespias & plate
as & athenas uacuas hominibus incendit, & quoniā
ferro non poterat in homines, in ædificia igne grassa
tur. Nāq; Athenienses post pugnam Marathoniam
præmonente Themistocle uictoriam illam de persis,
non finem sed causam maioris belli fore. cc. naues fa-
bricauerunt. Aduentante igitur Xerxe consulētibus
delphis oraculum responsum fuerat, salutem mu-
ris ligneis tuerentur. Themistocles nauium præsidiū
demōstratum ratus, persuadet omnibus patriam mu-
nicipes esse non mœnia, ciuitatemq; non in ædificijs,
sed in ciuitatibus positam. Melius itaq; salutem na-
uibus quam urbi cōmissuros huius sententiæ etiā deū
auctorem esse. Probato consilio coniuges liberosq; cū
preciosissimis rebus abditis insulis relicta urbe demā
dant, ipsi naues armati conscēdunt. Exēplum atheniē
sium. & aliæ urbes imitatæ. Itaq; cū adunata omnis

sociorum classis & intenta in bellum nauale esset, an
gustiasq; salaminij freti ne circũueniri a multitudine
possent, occupassent, dissensio inter ciuitatum princi
pes oritur, qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi
uellent, timens Themistocles ne discessu sociorũ uires
minuerentur, per seruũ fidum Xerxi nunciat uno in
loco eum contractã græciam posse capere facillime,
q̃ si ciuitates quæ iam abire uellent dissipentur ma-
iore labore ei singulas consectandas. Hoc dolo impel
lit regem signum pugnæ dare. Græci quoq; aduen-
tu hostiũ occupati præliũ collatis uiribus capessunt.
Interea rex uelut spectator pugnæ cũ parte nauiũ in
littore remanet. Artemisia autẽ regina halicarnassis
Artemisia. que in auxilium Xerxi uenerat, inter primores duces
bellũ acerrime ciebat, quippe ut in uiro muliebrem ti
morẽ, ita in muliere uirilẽ audaciã cerneres. Cum an
ceps præliũ esset, Iones iuxta preceptũ Themistoclis
pugnæ se paulatim subtrahere cœperunt, quorũ defe
ctio aĩos cæteris fregit. Itaq; circũspiciẽtes fugam pel
luntur persæ, & mox prælio uicti in fugam uertun-
tur. In qua trepidatione multæ summersæ naues, mul
tæ captæ sunt, plures tamen non minus sæuiciã regis
q̃ hostẽ timẽtes domum dilabunt̃. Hac clade percul-
sum et dubium cõsilij Xerxẽ Mardonius aggredit̃.
Hortat̃, ut in regnum abeat, neq̃d seditiõis moueat fa
ma aduersi belli, et in maius sicuti mos ẽ oĩa extollẽs
sibi. ccc. milia armatorum lecta ex oĩbus copijs relin-
quat, qua manu aut cũ gloria eius ꝑdomiturũ se græ-
ciam, aut si aliter euẽtus ferat sine eiusdẽ infamia ho
stibus cessurum. Probato cõsilio Mardonio exercitus

traditur, reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed græci audita regis fuga cōsiliũ ineunt pōtis interrũpendi, quem ille abydo uelut uictor maris fecerat, ut intercluso aditu, aut cũ exercitu deleret, aut desperatione rerum pacē uictus petere cogeretur. Sed Themistocles timēs ne interclusi hostes in desperatione uirtutem uerterēt, & iter quod aliter non pateret ferro patefacerent, satis multos hostes in græcia remanere dictitans nec augeri numerũ retinendo oportere, cũ uincere consilio cæteros non posset eundē seruum ad Xerxem mittit certioremq; consilij facit, & occupare transitũ natura fuga iubet. Ille perculsus nuncio tradit ducibus milites perducēdos, ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi cum solutum pontē hybernis tēpestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna, & ad æstimationē rerum humanæ sortis uarietate miranda. In exiguo latentem uidere nauigio, quē pauloante uix æquor omne capiebat, carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinē terræ graues erant. Nec pedestribus copijs quas ducibus assignauerat fœlicius iter fuit. Siquidē quotidiano labori (neq; enĩ ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde dierum inopia contraxerat & pestem, tantaq; fœditas morientiũ fuit, ut uiæ cadaueribus implerentur, alitesq; & bestiæ escæ illecebris sollicitatæ exercitũ sequerētur. Interim Mardonius olinthum in græcia expugnat. Atheniēses quoq; in spem pacis amicitiaq; regis sollicitat, spōdens incensæ eorum urbis etiam in maius restitutionem. Postq; nullo

precio libertatē uidit his uenalem, incensis quæ ædificare cœperat, copias in bœtiam transfert, eo & græcorum exercitus qui cētum miliū fuit secutus est. Ibiq; prælium cōmissum, sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nā uictus Mardonius ueluti ex naufragio cum paucis profuit, castra referta regalis opulentiæ capta. Vnde primum græcos diuiso inter se auro persico diuitiarum luxuria cœpit. Eodem forte die quo Mardonij copiæ deletæ sunt etiam nauali prælio in asia sub mōte mycale aduersus persas dimicatum est. Ibi ante congressionem cum classes ex aduerso starēt, fama ad utrunq; exercitum uenit uicisse græcos, & Mardonij copias obsidione occidisse, tantum famæ uelocitatem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in bœtia commissum sit meridianis horis in asia per tot maria & tantum spacij tam breui horarum momento de uictoria nunciatum sit. Confecto bello cum de præmijs ciuitatum ageretur, omnium iudicio atheniensium uirtus cæteris prælata. Inter duces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus gloriā patriæ suæ auxit. Igitur Athenienses aucti & præmijs belli & gloria urbem ex integro condere moliuntur. Cum mœnia maiora complexi fuissent, suspecti esse lacedæmonijs cœpere, recte reputantibus ruinam urbis tantum incrementi dedisse, quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos, qui monerent ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles ut uidit spei urbis inuideri non existimans abrupte agendum, respondit legatis, ituros lacedæ

mona qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic dimissis spartanis hortatur suos ut opus maturent. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur, & nunc in itinere infirmitate simulata, nũc tarditatem collegarum accusans sine quibus agi iure nihil possit, diem de die proferendo spacium consummando operi quærebat, cum interim nunciatur spartanis opus atheniensium maturari propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit Atheniensium, legatos uinciant, pignusque teneant, ne in se grauius consulatur, adit deinde concionem lacedæmoniorum, indicat permunitas athenas esse, & posse illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. Siquid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum athenis in hoc pignus retentos, grauiter deinde castigat eos, ꝙ non uirtute sed imbecillitate sociorum potentiam quærerent. Sic dimissus ueluti triumphatis spartanis a ciuibus excipitur. Post hæc spartani ne uires ocio corrumperent, & ut his illatum a persis græciæ bellum ulciscerentur, ultro fines eorum depopulantur, ducem suo, sociorumq; exercitui deligunt. Pausaniam, Pausanias
qui ꝑ ducatu regnũ græciæ affectãs ꝓditionis præmiũ cum Xerxe nuptias filiæ eius paciscitur redditis captiuis ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur, Scribit præterea Xerxi quoscunq; ad se nuncios misisset, interficeret ne rex loquacitate hominũ proderet. Sed dux Atheniẽsiũ Aristides belli socius electus Aristides
collegæ conatibus obuiam eundo simul & in rem sa

pieter cõsulẽdo proditiõis cõsilia discussit. Nec multo
post accusatus. Pausanias dãnatur. Igitur Xerxes cũ
ꝓditiõis dolũ publicatũ uideret ex integro bellũ insti
tuit. Græci quoq; ducẽ instituũt Cimonẽ Atheniẽsem
filiũ Milciadis, quo duce apud Marathonẽ pugna-
tũ est, iuuenẽ, cuius magnitudinẽ futurã pietatis do-
cumẽta ꝓdiderũt. Quippe patrẽ ob crimẽ peculatus
in carcerẽ cõiectũ, ibiq; defunctũ trãslatis in se uincu-
lis ad sepulturã redemit. Nec in bello iudiciũ diligẽ-
tium fefellit. Siquidem non inferior uirtutibus pa-
tris, Xerxem terrestri naualiq; bello superatum tre-
pidum se recipere in regnum coegit.

Iustini Historici Liber Tertius.

x Erxes rex persarũ terror antea gentiũ, bel
lo in græcia infœliciter gesto etiã suis cõ
temptui esse cœpit. Quippe Artabanus
præfectus eius deficiẽte quottidie regis maiestate, in
spẽ regni adductus cũ septẽ robustissimis filijs regiã
uesperi ingredit̃. Nã amicitiæ iure semper illi pate-
bat. Trucidatoq; rege uoto suo obsistẽtes filios eius do
lo aggredit̃. Securior de Artaxerxe puero admodũ,
fingit regem a Dario qui erat adolescens quo matu-
rius regno potiretur occissum, impellit Artaxerxem
parricidiũ parricidio uindicare. Cum uẽtum esset ad
domum Darij dormiens, inuentus quasi somnum fin
geret interficitur. Deinde cum unum ex regis filijs
sceleri superesse Artabanus uideret, metueretque
de regno certamina principum assumit in societa
tem consilij Baccabassum, qui presenti statu conten

tus rem prodit Artaxerxi, ut pater eius occisus sit, ut frater falsa parricidij suspiciōe oppressus, ut denique ipsi pararent insidiæ. His cognitis Artaxerxes uerēs Artabani numerū filiorū, in posterū diē paratū esse exercitum armatūque iubet, recogniturus & numerū militū, & in armis industriam singulorū. Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breuiorē loricam habere. Iubet Artabanum secum cōmutare, exuentē se ac nudatū gladio traiecit. Tum & filios eius corripi iubet, atque ita egregius adolescens & cædē patris, & necē fratris, & se ab insidijs Artabani uindicauit. Dum hæc in persis gerun tur, interea græcia omnis ducibus lacedæmonijs & Atheniēsibus in duas diuisa partes ab externis bellis uelut in uiscera sua arma conuertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora, & corundē castrorū hoīes in duo hostiles exercitus diuiduntur. Hinc lacedæmo nij cōia quondam ciuitatum auxilia ad uires suas tra hebāt. Inde Athenienses & uetustate gētis & gestis rebus illustres proprijs uiribus confidebāt. Atque ita duo potētissimi græciæ populi institutis Solonis & Lycurgi legibus pares ex æmulatione uitium in bellum ruebant. Nanque Lycurgus cum fratri suo Polybitæ spartanorū regi successisset regnumque sibi uendicare potuisset, Charilao filio eius qui natus posthumus fuerat cū ad ætatem adultā uenisset regnū summa fide restituit, ut intelligerēt oēs quāto plus apud bonos pietatis iura quam omnes opes ualerent. Medio igitur tempore dum infans cōualescit tutelamque eius administrat, non habentibus spartanis leges instituit.

non inuentione earum magisq̃ exemplo clarior, Siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documēta daret populū in obsequia principum, principes ad iusticiam imperiorum firmauit. Parsimoniā omnibus suasit, existimans laborem militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non pecunia sed compensatione mercium iussit. Auri argentiq; usum uelut omniū scelerū materiā sustulit. Administrationē reipublicę per ordines diuisit. Regibus potestatē bellorum, magistratibus iudicia & annuas successiones, senatui custodiam legum, populo sublegēdi senatum uel creandi quos uellet magistratus potestatē permisit, fundos omniū æqualiter inter omnes diuisit, ut æquata patrimonia neminē potentiorem alteri redderent, conuiuari omnes publice iussit, ne cuius diuitiæ uel luxuria in occulto essent. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno permissum, nec quemq̃ cultius q̃ alterum progredi, nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriā uerteretur. Pueros impuberes non in forū sed in agrū deduci præcepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere et in laboribus agerent. Nihil eos somni causa substernere, & uitam sine pulmento degere, neq; prius in urbem redire quā uiri facti essent, statuit uirgines sine dote nubere, iussit ut uxores eligerentur nō pecunia, seueriusq; matrimonia sua uiri coercerent, cum nullis dotis frænis tenerentur. Maximum honorem non diuitum & potentium, sed pro gradu ætatis senum esse uoluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. Hæc quoniam pri-

Lycurgus emi singula nō pecunia: sed compensatione mercium iussit.

virgines sine dote nubere.

Maximus honor senum.

mo solutis antea moribus dura uidebantur esse autho rem eorum Apollinem delphicum fingit, & inde se ea ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tæ dium metus religionis eximat. Deinde ut æternitatẽ legibus suis daret, iureiurando obligat ciuitatem, nihil eos de eius legibus mutaturos priusquã reuerteretur, & simulat se ad oraculum delphicũ proficisci consulturum quid addendum mutandũq; legibus uideretur. proficiscitur autem cretam, ibiq; perpetuũ exiliũ egit, abijciq; in mare ossa sua moriens iussit, ne delatis lacedæmonia, solutos se spartani religione iurisiurãdi in dissoluẽdis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui ciuitas cõualuit ut cũ messenijs propter stupratas uirgines suas in solenni messeniorũ sacrificio bellũ intulissent grauissima se execratione obstrinxerint, non priusquã Messeniam expugnassent reuersuros, tantum sibi uel de uiribus suis, uel de fortuna spondentes, quæ res initium dissensionis græciæ & intestini belli causa & origo fuit. Itaq; cũ contra præsumptionem suam annis decem in obsidione urbis tenerẽtur, & quæ(re)llis uxor(u)m post tam longam uiduitatem reuocarentur, ueriti ne hac perseuerantia belli grauius sibi quã messenijs nocerẽt, quippe illis quantum iuuẽtutis bello intercidat mulierũ fœcũditate suppleri, sibi & belli damna assidua & fœcunditatem uxorũ absentibus uiris nullam esse. Itaq; legunt iuuenes ex eo genere militum qui post iusiurandũ in supplemẽtum uenerant, quibus spartã remissis promiscuos omnium fœminarũ concubitus permisere, maturiorẽ futurã cõceptionẽ rati, si eã singulæ per plures uiros experirentur.

tur. Ex his nati ob notam materni pudoris partheniĩ sunt uocati, qui cũ ãnos. xxx. peruenissent metu inopiæ (nulli eñ pater existebat cuius in patrimoniũ succes sio speraretur) ducẽ Phalãtum assumunt filiũ Araci qui ductor spartanis fuerat iuuẽtutis ad generãdã so bolem domum remittẽdæ, ut sicuti dudum patrẽ eius nascẽdi habuissent authorẽ sic ipm spei ac dignitatis suæ haberẽt. Itaq; nec salutatis e matribus quarũ adul terio infamiã collegisse uidebãtur ad sedes requiren das proficiscuntur, diuq; & per uarios casus iactati tã dem in italiam deferuntur, & oppugnata arce tarẽ tinorum, expugnatis ueteribus incolis sedẽ sibi cõsti tuunt. Sed post annos plurimos dux eorum Palãthus per seditionẽ in exilium perturbatus Brundusium se contulit, quo expulsi sedibus suis ueteres tarentini cõ cesserant. Is moriẽs persuadet ut ossa sua postremasq; re liquias conterant, & tacite spargi in foro tarẽtinorũ curent. Hoc eñ modo recuperare illos patriã suam pos se Apollinẽ delphis cecinisse. Illi arbitrãtes eum i ul tionẽ sui facta ciuium perdidisse præceptis paruere, sed oraculi diuersa sentẽtia fuerat, perpetuitatẽ enim urbis non amissionẽ hoc facto promiserat. Ita ducis exulis cõ silio & hostium ministerio possessio tarẽtina parthe niĩs in æternum fundata, ob cuius beneficiĩ memoriã Palantho diuinos honores decreuere. Interea Messe niĩ cum uirtute nõ possent per insidias expugnãtur. Deinde cum per annos. lxxx. grauia seruitutis uerbe ra, plerunq; uincula cæteraq; captiuitatis mala per pessi essent, post longam pœnarũ patientiam bellũ restaurant. Lacedæmoniĩ quoq; eo conspiratius ad ar

ma concurrunt, quo aduersus seruos dimicaturi uide-
bantur. Itaq; cum hinc iniuria, inde indignitas ani-
mos acueret, Lacedæmonij de belli euentu oraculo del
phis consulto iubentur ducem belli ab Atheniẽsibus
petere. Porro athenienses cum responsum cognouis-
sent in contemptum spartanorum Tyrtæum poetam tyrteus
claudum pede misere, qui tribus prælijs fusus eo usq;
desperationis spartanos adduxit, ut ad supplemen-
tum exercitus seruos suos manumitterent hisq; interfe
ctorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tã-
tum amissorum ciuium sed & dignitati succederent.
Sed reges lacedæmoniorum ne contra fortunam pu-
gnando maiora detrimenta ciuitati infunderent, re-
ducere exercitum uoluerunt, ni interuenisset Tyrtæus
qui composita carmina exercitui pro concione recita-
uit. In quibus hortamenta uirtutis damnorum solatia
belli consilia conscripserat. Itaq; tantum ardorem mi
litibus iniecit, ut non de salute sed de sepultura solli-
citi tesseras insculptis suis & patrum nominibus dex
tro brachio delegarent. Vt si omnes aduersum præ-
lium consumpsisset, & temporis spacio confusa cor-
porum liniamenta essent ex indicio titulorum tradi
sepulturæ possent. Cum sic animatum reges exercitũ
uiderent, curant rem hostibus nunciare. Messenijs au
tem non timorem res sed emulationem mutuam de-
dit. Itaq; tantis animi concursum est, ut raro unq; cru
entius prælium fuerit. Ad postremũ tamẽ uictoria la-
cedæmoniorum fuit. Interiecto tẽpore tertium quoq;
bellum messenij reparauere. In cuius auxilium lace-
dæmonij inter reliquos socios etiam athenienses adhi-

buere, quorum fidem cum suspectam haberent superuacuos eos simulantes a bello eodem dimiserunt. Hãc rem athenienses grauiter ferentes pecuniam quæ erat in stipendium persici belli ab uniuersa græcia collata a delo athenas transferunt ne deficientibus a fide societatis lacedæmoniis predæ ac rapinæ essent. Sed nec lacedæmonii quieuere, qui cum Messeniorum bello occupati essent, Peloponẽses immisere, qui bellum Atheniensibus facerent. Paruæ tunc temporis classe in ægyptum missa uires atheniensibus erant. Itaq; nauali prælio dimicantes facile superantur. Interiecto deinde tempore post reditum sociorum aucti & classis & militum robore prælium reparant. Iam & Lacedæmonii omissis Messeniis aduersus Athenienses arma uerterant, diu uaria uictoria fuit. Ad postremũ æquo marte utrinq; discessum. Inde reuocati Lacedæmonii ad messeniorum bellum ne medium tempus ociosum atheniensibus reliquerant cum thebanis paciscuntur ut Bœtiorum imperium his restituerẽt, quod temporibus persici belli amiserant, ut illi cum atheniensibus bella susciperent. Tantus furor spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent. Igitur athenienses aduersus tantam tempestatẽ belli duos duces deligunt. Periclem spectatæ uirtutis uirum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum, qui diuerso exercitu & spartanorum agros uastauerunt, & multas Achaiæ ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti lacedæmonii, in annos XXX. pepigerunt pacem, sed tam longum ocium inimi

micitiæ non tulerunt. Itaq; inter quindecim annos rupto fœdere cum contemptu deorum hominumq; fines atticos populantur. Et ne prædam potius quam pugnam expetiſſe uiderentur, hoſtes ad prælium uocant. Sed Athenienſes conſilio periclis ducis populationis iniuriam differunt in tempus ultionis, ſuperuacuam pugnam exiſtimantes cum ulciſci hoſtem ſine periculo poſſent. Deinde interiectis diebus naues conſcendunt, & nihil ſentientibus lacedæmoniis totam ſpartam deprædantur, multoq; plura auferunt quam amiſerant. Prorſus in comparatione damnorum longe plus fuerit ultio, quam ira. Clara quidem hæc periclis expeditio habita, ſed multo clarior priuati patrimonii contemptus fuit. Huic agros in populatione cæterorum intactos hoſtes reliquerãt, ſperantes acquirere ſe illi poſſe, aut periculum ex inuidia, aut ex ſuſpitione proditionis infamiam, quod ante proſpiciens pericles & futurum populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum agros ipſos dono reipublicæ dederat. Atq; ita unde periculum quæſitum fuerat ibi maximam gloriam inuenit. Poſt hæc interiectis diebus naualı prælio dimicatum eſt. Victi lacedæmonii fugerũt. Nec ceſſatũ deinceps eſt qui aut terra aut mari uaria præliorum fortuna inuicẽ ſe trucidarent. Deniq; feſſi tot malis pacem in annos quinquaginta facere, quã nõ niſi ſex ãnis ſeruauerũt. Nã iducias quas in ꝓprio noĩe cõdixerãt ex ſociorũ pſona rũpebãt. Quippe quaſi minus piurii cõtraherẽt ſi ferẽtes ſociis auxilia potius q̃ ſi apto ꝑlio dimicaſſent. Hinc bellũ in ſiciliã

translatum quod prius q̄ exponã, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

Iustini Historici Liber Quartus.

Sicilia.

S Iciliam ferunt angustis quondam faucibus italiæ adhæsisse. direptamq; uelut a corpore maiore impetu superioris maris, quod toto undarum onere illuc uehitur. Est autẽ ipsa terra tenuis ac fragilis, & cauernis quibusdam fistulisq; ita penetrabilis, ut uentorum tota ferme flatibus pateat, necnon & ignibus generandis nutriendisq; soli ipsius naturalis ui. Quippe intrinsecus stratum sulphure & bitumine traditur, quæ res facit ut spiritu cum igne inter interiora luctante frequẽter et compluribus locis nunc flammas, nunc uaporẽ, nunc fumum eructet. Inde deniq; ætnæ montis per tot sæcula durat incendium, & ubi acrior per spiramenta cauernarum uentus incubuit, harenarum moles egeruntur proximum italiæ promontorium Rhegium dicitur. Ideo quia græcæ abrupta hoc nomine pronunciãtur. Nec mirum si fabulosa est loci huius ãtiquitas in quẽ res tot coiere miræ. Primum q̄ nusq; alias torrens fretum, nec solum citato impetu, uerumetiam sæuo, neq; experientibus modo terribile, uerumetiam procul uisentibus undarum porro in se concurrentium, tãta pugna ẽ, ut alias ueluti terga dãtes uorticibus in imum desidere, alias quasi uictrices in sublime ferri uideas, nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in uoragine desidentis exaudias, accedunt uicini & perpetui ætnæ montis ignes & insularum æolidum uelut ipsis undis alitur incendium. Neq; enim

in tam angustis terminis alter durare tot sæculis tan- alter
tus ignis potuisset, nisi & humoris nutrimentis alere
tur. Hinc igitur fabulæ scyllam & charybdim pepe Scylla.
rere, hinc latratus auditos, hinc monstri credita simu Caribdis.
lachra, dum nauigãtes magnis uorticibus pelagi desi
dentis exterriti latrare putant undas, quas sorbentis
æstus uorago collidit. Eadem causa etiam ætnæ mon-
tis ꝑpetuos ignes facit. Nam aquarum ille cõcursus ra
ptum secum spiritum in imũ fundum trahit, atq; ibi
suffocatum tam diu tenet, donec per spiramẽta terræ
diffusus nutrimẽta ignis incẽdat. Iam ipsa italiæ Si-
ciliæq; uicinitas. Iam pro montoriorũ altitudo ipsa ita si-
milis est, ut quãtum nunc admirationis tantũ antiquis
terroris dederit, credentibus coeuntibus in se promon-
toriis ac rursum discedentibus solida intercipi absu-
miq; nauigia. Neq; hoc ab ãtiquis in dulcedinẽ fabu
læ cõpositũ, sed metu & admiratione transeuntium.
Ea est enim procul inspicientibus natura loci, ut sinũ
maris non transitum putes, quo cum accesseris disce-
dere ac seiungi promõtoria, quæ antea iuncta fuerãt,
arbitrare. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit. Præ-
terea Sicania denominata est. hæc a principio patria 3 Cyclopes.
Cyclopũ fuit. Quibus extinctis Aeolus regnum in- Aeolus.
sulæ occupauit, post quẽ singulæ ciuitates in tyranno
rum imperium cõcesserũt, quorũ nulla terra feracior
fuit. Horum ex numero Anaxilaus iusticia cum cæte- Anaxilaus.
rorum crudelitate certabat, cuius moderatio aut me- haud
diocrem frustum tulit. Quippe decedens cum filios fructum
paruulos reliquisset, tutelamq; eorum Micytho spe-
ctatæ fidei seruo commisisset, tantus amor memoriæ

eius apud omnes fuit, ut parere seruo quam deserere
regis filios mallent. Principesq; ciuitatis obliti digni
tatis suæ regni maiestatem administrari per seruum
paterentur, imperium Siciliæ etiam Carthaginenses
tentauere, diuq; uaria uictoria cum tyrannis dimica-
tum ad postremũ amisso Hamilchare imperatore cũ
exercitu, aliquãtisper quieuere uicti. Medio tempore
cum rhegini discordia laborarẽt, ciuitasq; per dissen
sionem diuisa in duas partes esset. Veterani ab altera
parte ab himera in auxilium uocati pulsis ciuitate cõ
tra quos implorati fuerant, & mox cæsis quibus tule
rant auxilium urbem cum cõiugibus & liberis socio-
rum occupauere, ausi facinus nulli tyranno comparã
dum. Quippe ut rheginis melius fuerat uinci q̃ ui-
cisse. Nam siue uictoribus captiuitatis iure seruissent,
siue amissa patria exulare necesse habuissent, non ta-
men inter aras et patrios lares trucidati crudelissimis
tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis prædam
reliquissent. Caranẽses quoq; cũ Syracusanos graues
paterentur diffisi uiribus suis auxilium ab Athenien
sibus petiuere, qui seu studio maioris imperij quod
asiam græciamq; penitus occuparent, seu metu facte
pridẽ a Syracusanis classis ne Lacedæmonijs ille ui-
res accederent, Lamponium ducem cum classe in Sici-
liam misere, ut sub specie ferendi Caranẽsibus auxi-
lij tentarent Siciliæ imperium. Et quoniã prima ini-
tia frequenter cæsis hostibus prospera fuerant, maio-
re denuo classe & robustiore exercitu Lachetheo et ca
riade ducibus Siciliam petiuere. Sed Caranẽses siue
metu Atheniensium siue tædio belli pacẽ cum Syra-

cusanis remissis Atheniensium auxilijs fecerunt. Interiecto deinde tempore cum fides pacis a Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittunt, qui sordida ueste, capillis barbaq; prolixis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commouēdam acquisito concionem deformes adeunt, adduntur precibus lachrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerāt, Igitur classis ingēs decernitur, creantur duces Nicæias & Alcibiades et Lamacus tantisq; uiribus Sicilia repetit̄, ut ipsis terrori essent, in quorū auxilia mittebātur. Breui post tēpore reuocato ad reatum Alcibiadæ duo prælia pedestria secūda Nicæas et Lamacus faciūt munitionibus, deinde circūdatis hostes etiā marinis cōmeatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani a Lacedæmonijs petiuerunt ab his mittitur Gylippus solus quidē, sed in quo instar omniū auxiliorū erat. Is audito genere belli iam iclinato statu, auxilijs partim in græciā, partim in Siciliā contractis opportuna bello loca occupat. Duobus inde prælijs uictus, congressus tertio occiso Lamaco & hostes in fugam cōpulit, & socios obsidione liberauit. Sed cum athenienses a bello terrestri in nauale se transtulissent, Gylippus classem a lacedæmone cū auxilijs accersit, quo cognito & ipsi athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedunta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoq; cōmuni ciuitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia misere, et quasi græciæ bellū in Siciliam trāslatum esset. Ita ex utraq; pte summis

Alcibiades.

uiribus dimicabatur. Prima igitur congressione naualis certaminis Athenienses uincũtur. Castra quoq; cum omni publica ac priuata pecunia amittunt. Sup hæc mala cum etiam terrestri prælio uicti essent, tunc Demosthenes censere cœpit, ut abirent Sicilia, dũ res q̃uis afflictæ nondum tamẽ perditæ forent, neq; in bello male auspicato amplius perseuerandũ esse, domi grauiora et forsitan infœliciora bella esse, in quæ reseruare nos urbis appatus oporteat. Nicæas seu pudore male actæ rei, seu metu destitutæ spei ciuiũ, seu impellente fato manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium, et a nimia prioris fortunæ procella ad spem certaminis reuocãtur, sed insitia ducum qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi facile uincuntur. Eurymedõ dux in prima acie fortissime dimicans primus cadit, triginta naues quibus præfuerat incendũtur. Demosthenes & Nicæas etiam ipsi uicti exercitum in terram deponunt, tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas centũ triginta naues Gylippus inuasit, ipsos deinde insequitur fugientes, partim capit, cædit partim Demosthenes amisso exercitu captiuitate gladio et uoluntaria morte se uindicat. Nicæas autem nc Demosthenis quidem exẽplo ut sibi consulerat, admonitus cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

Demosthenis excessus.

Iustini Historici Liber Quintus.

d

Vm athenienses in Sicilia bellũ per biennium cupidius quã fœlicius gerunt, Interim concitator et dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur mysteria cereris initiorum

sacra nullo magis q̃ silentio solemnia enunciauisse. Reuocatusq; a bello ad iudicium siue conscientiã siue indignitatẽ rei nõ ferens tacitus in exiliũ Elidẽ profectus est. Inde ubi non dãnatum se tantũ, uerũetiam diis per omniũ sacerdotũ religiones deuotum cognouit, Lacedæmona se contulit. Ibi & regẽ Lacedæmoniorum impellit, turbatis Atheniensibus aduerso Siciliæ prælio ultro bellũ inferre. Quo facto oĩa Græciæ regna uelut ad extinguendũ cõmune incendiũ cõcurrunt. Tantum odiũ athenienses immoderati imperiĩ crudelitate cõtraxerant. Darius quoq; rex Persarũ memor paterni auitiq; in hanc urbẽ odii, facta cum Lacedæmoniis per Tisapharnẽ præfectũ Lydiæ societate, omnẽ sumptum belli pollicetur. Et erat hic quidem titulus cum græcis cœundi. Re autem uera timebant, ne uictis Atheniensibus ad se Lacedæmonii arma transferrẽt. Quis igitur miretur tam florẽtes atheniensium opes ruisse, cum ad opprimendã unam urbem totius orientis urbes concurrent, non tamen inerti neq; incruento cecidere bello, sed præliati ad ultimum uictores, etiam interdum consumpti magis fortunæ uarietate q̃ ui uicti sunt. Principio belli omnes ab his socii discinerant, ut fit, quo se fortuna eodem etiam fauor hominum inclinat. Alcibiades quoq; motum aduersum patriam bellum non Gregarii militis opera, sed ĩperatoris uirtutibus adiuuabat. Nempe acceptis quinq; nauibus in asiam cõtendit, & tributarias Atheniensium ciuitates authoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum, nec exilio uidebant factum minorem, nec

tam ablatum Athentensibus ducem quam Lacedæmonijs traditum, partaq; cum amissis imperia pensarent. Sed apud Lacedæmonios uirtus Alcibiadis plus inuidiæ quam gratiæ contraxit. Itaq; cum principes uelut æmulum gloriæ suæ interficiendum insidijs mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis quã adulterio cognouerat ad, Tisafernem præfectum Darij regis profugit. Cui celeriter officij comitate & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & ætatis flore & formæ ueneratione, nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis, sed in reconciliandis amicitiarum studijs quam in retinendis uir melior, quia morum uitia sub umbra eloquentiæ primo latebãt. Igitur psuadet Tisaferni ne tãta stipẽdia classi Lacedæmoniorũ præberet. Vocandos enim in portionẽ muneris Ionios quorũ pro libertate, cõtributa Atheniẽsibus pẽderent, bellum susceptũ sit. Sed nec auxilijs nimis enixe Lacedæmonios iuuandos. Quippe memorẽ esse debere alienã se uictoriã non suã instituere, & eatenus bellũ sustinendum ne inopia deseratur. Nã regem persarũ, dissentiẽtibus Græcis arbitrũ pacis ac belli fore, & quos suis non possit ipsorum armis uicturum, perfecto autem bello statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis græciam obterendam ne externis uacet, exequendasq; uires partium, & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc uictoriã Spartanos, qui uindices se libertatis græciæ professi sunt, grata oratio Tisaferni fuit. Itaq; cõmeatus maligne præbere, classem regiã non totã mittere

ne aut uictoriam totam daret aut necessitatem depo-
nendi belli imponerent. Interea Alcibiades hanc
operam ciuibus uendicabat, ad quem cum legati athe
niensium uenissent, pollicetur his amiciciam regis
si respublica a populo translata ad senatum foret,
sperans ut aut concordante ciuitate dux belli ab om
nibus legeretur, aut discordia inter ordines facta
ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed athenien
sibus imminente periculo belli maior salutis q̃ di-
gnitatis cura fuit. Itaq; permittente populo impe-
rium ad senatum transfertur, qui cum insita genti
superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis ty-
rannidis sibi potentiã uendicãtibus, ab exercitu Alci
biades exul reuocatur, duxq; classi constituitur. Sta-
tim igitur Athenas mittit ex continenti secum exerci-
tu uenturum recepturumq; a quadringẽtis iura po-
puli ni ipsi redderent. Hac denunciatione optima-
tes territi primo urbem prodere lacedæmoniis tenta-
uere, deinde cum id nequiuissẽt in exilium profecti
sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria libera-
ta summa cura classem instruit, atq; ita in bellum ad
uersus lacedæmonios pergit. Iam Zestromidarus &
Pharnabasus lacedæmoniorum duces instructis na-
uibus expectabant prælio commisso uictoria penes
athenienses fuit. In eo prælio maior pars exercitus
& omnes ferme hostium duces cæsi, naues. lxxx. ca
ptæ, interiectis quoq; diebus cum bellum lacedæ-
monii a mari ĩ terrã trãstulissent iterato uincunt. His
malis fracti pacẽ petiere, quã ne acciperent opera eo-
rum effectũ est, quibus ea res questum præstabat. In-

terea & syracusanorũ auxilia illatũ a carthaginensibus Siciliæ bellum domũ reuocauit, quibus rebus destitutis lacedæmonijs Alcibiades cum classe uictrici Asiã uastat, multis locis prælia facit, ubiq; uictor, recipit ciuitates quæ defecerant, nonnullas capit, & imperio Atheniẽsium reducit. Atq; ita prisca nauali gloria uendicata adiecta etiã laude terrestris belli desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus prælijs ducentæ naues hostium & præda ingens capta, adhuc redeũtis exercitus triũphũ effusa omnis multitudo obuiã procedit, & uniuersos quidẽ milites præcipue tamen Alcibiadem mirant̃. In hunc oculos ciuitas uniuersa, in hũc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cœlo missum & ut ipsam uictoriã contuentur, laudantq; pro patria. Nec minus admirãtur quæ exul contra gesserit, excusantes ipsi iratum prouocatumq; fecisse. Enim uero tãtum in uno uiro fuisse momenti, ut maximi imperij subuersi & rursum recepti auctor esset, & unde stetisset eo se uictoria transferret, fieretq; cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum, uerum etiam & diuinis cum honoribus honorant, certant se cum ipsi, utrum contumeliosius eũ expulerint, an reuocarint honoratius. Ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam, quorum execrationibus erat deuotus. Et cui pauloante omnem humanam opem interdixerant, eum si queant in cælo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ illis aduersa pugna in ore est, sed græciæ uictoria, non clas-

ſes per illũ amiſſæ, ſed acquiſitæ, nec Siracuſarũ ſed
Ioniæ helleſpontiq; meminerũt. Sic Alcibiades nũq̃
mediocribus nec in offenſam nec fauorẽ ſtudijs ſuorũ
exceptus eſt. Dũ hæc agunt̃ a lacedæmonijs Lyſander
claſſi belloq; præficit̃, & in locũ Tyſafernis Darius
rex perſarũ filium ſuũ Cyrum ioniæ Lydiæq; præpo
ſuit, qui lacedæmonios auxilijs opibuſq; ad ſpẽ fortu
næ prioris erexit. Aucti igitur uiribus Alcibiadẽ cũ
centũ nauibus in Aſiam profectum dum agros longa
pace diuites ſecurus populat̃, & prædæ dulcedine ſi
ne inſidiarũ metu ſparſos milites haberet, repẽtino ad
uentu oppreſſere, tãtaq; cædes pallantiũ fuit, ut plus
uulneris eo prælio Athenienſes acciperent q̃ ſuperio
ribus dederant, & tanta deſperatio apud athenienſes
erat, ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone du
ce commutarẽt, arbitrantes uictos ſe non fortuna belli
ſed fraude imperatoris, apud quem plus prior offen
ſa ualuiſſet q̃ recentia beneficia. Viciſſe autem eum
priore bello ideo tantum ut oſtenderẽt hoſtibus, quem
ducem ſpreuiſſent, & ut carius eis ipſam uictoriam
uenderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade uigor
ingenij, & uiciorum amor, & morum luxuria facie
bat. Veritus itaq; multitudinis impetum denuo in uo
luntarium exiliũ proficiſcitur. Itaq; Conon Alcibia
di ſuffectus habens ante oculos cui duci ſucceſſiſſet,
claſſem maxima induſtria exornat, ſed nauibus exer
citus deerat fortiſſimis quibuſque in Aſiæ popula
tione amiſſis. Armantur tamen ſenes aut impuberes
pueri, & numerus militum ſine exercitus robore ex
pletur. Sed non magnam bello moram ætas fecit.

Imbelles aut cæduntur passim, aut fugientes capiun tur. Tantaq; strages aut occisorum aut captiuorũ fuit, ut Atheniensiũ deletum non imperium tantũ uerum etiam nomen uideretur, quo prælio perditis & despe ratis rebus ad tantam inopiam rediguntur, ut cõsum pta militari ætate, peregrinis ciuitatem, seruis liber tatem, damnatis impunitatem darent. Eaq; colluuio ne hominũ domini antea Græciæ conscripto exercitu uix libertatem tuebantur. Iterũ tamen fortunã maris experiendam decernũt. Tanta uirtus animorũ erat, ut cum pauloante salutem desperauerit, nunc nõ despe rent uictoriã. Sed neq; his miles erat, qui nomẽ Athe niensiũ tueretur, neq; eæ uires quibus uincere consue uerant, neq; ea scientia militaris in his, quos uincula non castra continuerũt. Itaq; omnes aut capti, aut oc cisi, cum dux Conõ prælio superfuisset solus crudeli tatem ciuiũ metuens cum octo nauibus ad regem Cy prium contendit. Euagoras autem dux lacedæmonio rum rebus fœliciter gestis fortunæ hostium insultat, captiuas naues cum præda bellica in triumphi modũ ornatas mittit lacedæmonia ac tributarias Atheniensi um ciuitates, quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat uoluntarias recepit, nec aliud ditioni Athe niensium præter urbem ipsam reliquit, quæ cuncta cũ Athenis nunciata essent omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi. Alius aliũ sciscitari, autho rem nunciĩ requirere, non pueros imprudentia, non se nes debilitas, non mulieres sexus imbecillis domi te net adeo ad omnẽ ætatem tanti mali sensus penetra uerat. In foro deinde cocunt, atq; hi perpeti nocte for

tunam publicam quæstibus iterant. Alij fratres aut filios aut parentes deflent, cognatos alij, alij amicos cariores cognatis, et cum priuatis casibus quærelam publicam miscent. Iam seipsos, iam ipsam patriam perituram miserioremq; incolumiũ quam amissorum fortunam iudicantes, sibi quisq; ante oculos obsidionem famem, & superbum uictoremq; hostem proponentes. Iam ruinam urbis & incendia, iam omnium captiuitatem, & miserrimam seruitutem recordantes fœliciores prorsus prioris urbis ruinas ducentes, quæ incolumibus filijs parentibusq; rectorum tantum ruina taxatæ sint. Nunc autem non classem, in quam sicuti pridem confugiant, superesse, non exercitum, cuius uirtute seruati pulchriora possent mœnia extruere. Sic defletæ ac prope perditæ urbi hostes superueniunt, & obsidione circundatos & obsessos fame urgent. Sciebant enim neq; ex aduectis copijs multum superesse, & ne nouæ aduehi possent prouiderant quibus malis rebus Athenienses fracti post longam famem & assidua suorũ funera pacem petiuere, quæ an dari deberet diu inter spartanos sociosq; deliberatum. Cum multi delendum Atheniensium nomẽ, urbemq; incendio consumendam censerent, negarunt se spartani ex duobus græciæ oculis alterũ eruturos, pacem polliciti, si demissa pyreũ uersus muri brachia deiecerint, nauesq; quæ reliquæ forẽt traderẽt, resq; publica ex semetipsis. xxx. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem lacedæmonij formãdã Lysandro tradiderũt. Insignis hic annus et expugnatiõe Athenarũ et morte Darij regis pſarũ et exilio Diony

Tyranni xxx.

Alcibiadis mors.

Thrasibulus

sij Siciliæ tyranni fuit, mutato statu Athenarum etiã ciuium conditio mutatur. Rectores. xxx. rei. p. constituuntur qui fiunt tyranni, quippe a principio tria milia sibi satellitum statuunt, quantũ ex tot cladibus pene nec ciuium superfuerat, & quasi paruus hic ad cõtinendam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites a uictoribus accipiunt, cædes deinde ciuiũ ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rem publicã sub obtẽtu liberationis inuaderet, quem cũ profectũ ad Artaxerxem persarum regem comperissent, citato itinere, miserunt, qui eum interciperent, a quibus occupatus eum occidi aperte non possent uiuus in cubiculo in quo dormiebat crematus est. Liberati hoc ultoris metu tyranni miseras urbis reliquias cædibus et rapinis exhauriunt, quod cũ displicere uni ex numero suo theramini didicissent, ipm quoq; ad terrorẽ omniũ interficiunt. Fit igitur ex urbe passim oĩm fuga, repleturq; Græcia Atheniensiũ exulibus, quod etiã ipm auxiliũ a miseris eriperetur, nam lacedæmoniorũ edicto ciuitatis exules recipere prohibebantur. Omnes se argos & thebas contulere. Ibi non solũ tutum exilium egerunt uerũetiam spem recuperandæ patriæ receperũt. Erat inter exules Thrasybulus uir strennuus & domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria & pro salute cõmuni etiã cum periculo ratus, adunatis exulibus castellum Phylen atticorum finium occupat, nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaq; et his Menias thebanorum princeps & si publicis non poterat priuatis tamẽ uiribus adiuuabat, & Lysias Syracusanus orator exul tunc

quingentos milites ſtipendio ſuo inſtructos in auxilium patriæ communis eloquētiæ miſit. Fit itaq; aſperum prælium, ſed cum hinc pro patria ſummis uiribus inde pro aliena dominatione ſecurius pugnaret, tyranni uincuntur, uicti in urbem refugerunt, quam exhauſtam cædibus ſuis etiam armis ſpoliant. Deinde cum omnes Athenienſes proditionis ſuſpectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachijs muri, quæ diruta fuerant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes, Poſt hæc Traſibulum corrumpere imperiū ſocietatem pollicentes conantur, quod cum non contigiſſet auxilia a lacedæmonijs petiuere. Quibus accitis iterato præliantur. In eo bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum ſæuiſſimi cadūt. Cæteris uictis cum exercitus eorum ex quibus maior pars Athenienſiū erat fugeret, magna uoce Thraſibulus exclamat. Cur ſe uictorem fugiāt, potiuſq; ut uindicem communis libertatis adiuuent, ciuiū illam meminerint aciem non hoſtium eſſe, nec ſe ideo arma cæpiſſe ut aliqua uictis adimat, ſed ut adepta reſtituat xxx. ſe dominis non ciuitati bellum inferre admonet. Deinde cognationis legum ſacrorum tum uetuſti per tot bella cōmilitij orat, miſereantur exulum ciuium, ſi tam patienter ipſi ſeruiant, reddant ſibi patriam, accipiant libertatem. His uocibus tantum permotum eſt ut reuerſus in urbem exercitus. xxx. tyrannos emigrare Eleuſina iuberet, ſubſtitutis decem, qui rem. p. regerent, qui nihil exemplo prioris dominationis territi eādem uiam crudelitatis aggreſſi ſunt. Dum hæc aguntur nunciatur lacedæmone in bellum athenien-

Tyranni. 10.

Pausanias rex.

ses exarsisse, ad q̄d cōprimēdū Pausanias rex mittit̄ q̄ mia exulis populi p̄motus patriā miseris ciuibus restituit, et decē tyrānos ex urbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cū pax factura eēt iteriectis rebus repēte tyrāni nō minus restitutos exules q̄ se in exiliū actos idignātur quasi uero aliorū libertas sua seruitus esset et bellū atheniēsibus iferūt, sed ad colloquiū ueluti dn̄ationem recepturi p̄gressi p insidias cō præhēsi, ut pacis uictimæ trucidantur. Populus quem emigrare iusserant, in urbem reuocatur. Atq; ita per multa membra ciuitas diuisa in unum tātum corpus redigitur, & ne qua dissentio ex anteactis nasceretur omnes iureiurando obstringuntur discordiarum obliuionem fore. Interea Thebani corinthijq; legatos ad lacedæmonios mittunt, qui ex manubijs portionē prædæ cōmunis belli periculiq; peterent, quibus negatis, non quidem aperte bellum aduersus lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis. tantā irā concipiunt, ut subesse bellum intelligi possent. Eodem fere tempore Darius rex persarum moritur, Artaxerxe & Cyro filijs relictis, regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum præfectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria uidebatur. Itaq; occulte aduersus fratrem bellum parabat, quod cum nunciatū Artaxerxi esset accersitum ad se fratrem & innocentiā dissimulatione belli simulantem compedibus aureis uinxit, interfecissetq; ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellum sed palam, nec per dissimulationē sed aperta professione parare cœpit auxilia undiq; contrahit. Lacedæmonij memores

futura

discordiarum obliuio.

Atheniensi bello enixe se eius opa adiutos uelut ignorantes contra quẽ bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittẽda ubi res eius exegisset, quærẽtes & apud Crum gratiam & apud Artaxerxem, si uicisset ueniæ patrocinia cum nihil aduersus eum apte decreuissent. Sed cum in bello sors prælium utrũq; fratrem pugnæ obtulisset, prior Artaxerxes a fratre uulneratur quem cũ equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus a cohorte regia oppressus interficit̃, sic uictor Artaxerxes & præda fraterni belli et exercitu potitur. In eo prælio decem milia græcorum in auxilio Cyri fuere, quæ & in cornu, in quo steterant, uicerunt, & post mortẽ Cyri neq; armis tanto exercitu uinci neq; dolo capi potuerunt, reuertentesq; inter tot indomitas nationes & barbaras gentes per tanta itineris spacia uirtute se usq; terminos patriæ defenderunt.

Cyrum

Iustini Historici Liber Sextus.

Acedæmonii mira more ingenij hũani quo plura habent, eo ampliora cupiẽtes non contenti accessione atheniensiũ opũ uires sibi duplicatas, totius Asiæ imperiũ affectare cœperunt, sed maior pars sub regno ꝑsarũ erat. Itaq; Hercylides dux in hanc militiam electus cũ uideret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis Pharnabasum et Tysafernem maximarũ gentiũ uiribus succinctos dimicandũ, pacificari cum altero statuit. Aptior uisus Tysafernes uir & industria potior et militibus Cyri quōdã regis instructior in colloquiũ uocat̃, et statutis cõditionibus ab armis dimittit̃. Hãc rem Pharnabasus apud cõmunẽ regẽ criminat̃, ut lacedæmonios

Asiam ingressos nõ repulerit armis,sed impensis re gijs aluerit merceturq; ab his ut differant bella,quæ gerant tanq̃ non ad unius summã imperij detrimen tum omne peuniret. Indignũ ait bellũ nõ perfici sed redimi hostẽ precio,non armis summoueri. His uoci bus regẽ Tysaferni alienatũ hortatur, ut in eius locũ naualis belli ducẽ eligant Cononẽ athemensem,qui amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe athe mensibus & si fractæ sunt opes manere tamẽ naua lem usum,nec si eligendus sit ex uniuersis meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis iussus est Conona classi præficere. His cognitis lacedæmo nij & ipsi a rege ægypti Hercymonem in auxilium naualis belli per legatos petunt, a quo centum trire mes et sexcentum milia modiorum frumenti missa,a cæteris quoq; socijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitu & cõtra tantũ ducẽ deerat dignus imperator. Itaq; postulantibus socijs Agesilaum du cem regem tunc lacedæmoniorũ propter responsum oraculi delphici diu lacedæmonij an eum summæ rei præponerent,deliberauerũt,quibus futurus imperij finis denunciabatur,cum regium claudicasset impe rium,erat enim pede claudus. Ad postremum statue runt melius esse incessum regem q̃ imperio regnum claudicare. postq̃ Agesilaum cum ingentibus copijs in Asiam misere,non facile dixerim,quod aliud par ducum tam bene comparatũ fuerit. Quippe ætas,uir tus,consiliũ,sapiẽtia,utriq; prope una,gloria quoq; rerum gestarũ eadem. Quibus cum patria omnia for tuna dederit,inuictum tamẽ ab altero utrũq; seruãt,

magnus igitur amborũ apparatus belli, magnæ res gestæ fuerunt. Sed Cononẽ seditio militum inuadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant, eo constantius debita poscentibus quo grauiorem sub magno duce militiam præsumebant. Itaq; Conõ diu rege per epistolas frustra fatigato ad postremũ ipse ad eum pergit, cuius aspectu & colloquio prohibitus est, quod eum more ꝑsarum adorare nollet, Agit tamen cum eo per internuncios, & quæritur opulentissimi regis bella inopia delabi, & qui exercitum parẽ hostibus habeat pecunia uinci, qua præstet, inferioreq; eum ea parte uirium inueniri, qua longe superior sit, postulat dari sibi ministeriũ impensæ, quia pluribus id mandari perniciosum sit, dato stipendio ad classem remittitur, nec moram agendis rebus facit, multa fortiter, multa fœliciter agit. Agros hostiles uastat, urbem expugnat, & quasi tempestas quædam cũcta prosternit. Quibus rebus territi Lacedæmonij ad patriæ subsidiũ reuocandum ab Asia Agesilaum decernunt. Interim Lysander ab Agesilao proficiscẽte dux patriæ relictus ingentem classem summis uiribus instruit, fortunam belli tentaturus. Nec non & ipse Conon tunc primum cum hostiũ exercitu cõcursurus magna cura suos ordinat. Summa igitur nõ ducũ tantũ in eo prælio quã militũ æmulatio fuit. Nam ipse & dux Conon nõ tam persis q̃ patriæ studebat, & sicuti afflictis atheniensium rebus auctor amissæ dominationis fuerat, sic uolebat idem haberi redditæ, patriamq; uincendo recipere, quam uictus amiserat, eo speciosius q̃ ne ipsorum quidẽ Athniensiũ, sed alie

ni prælij uiribus dimicet, et pugnaturus periculo regis, uicturus præmio patriæ, gloriamq; diuersis artibus quã priores ciuitatis suæ duces cõsecuturus. Quippe illos uincẽdo persas patriam defendisse persas uictores faciendo restituturũ patriam esse. porro Lysander præter cõiunctionẽ Agesilai etiam uirtutũ æmulator erat, contendebatq; ne a rebus gestis eius & gloriæ splẽdore decederet, neue tot bellis ac sæculis quæsitum imperium breuissimi momẽti culpa subuerteret. Eadem militũ & omniũ regũ cura erat, quos maior sollicitudo cruciabat, non tã ne ipsi quæsitas opes amitterent, quam ne pristinas Athenienses reciperẽt. Sed quanto maius prælium fuit, tanto & clarior uictoria Cononis, uicti lacedæmonij fugam capessunt, præsidia hostium Athenas deducuntur populo restituta dignitate cõditio seruilis eripitur, multæ quoq; ciuitates recipiuntur. Hoc initium Atheniẽsibus resumendæ potẽtiæ et lacedæmonijs habendæ, finis fuit. Nanq; ueluti cum imperio etiã uirtutẽ perdidissent contẽni a finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniẽsibus bellum his intulere, quæ ciuitas ex infinitis incremẽtis uirtute Epaminundæ ducis ad spem imperij græciæ erecta est. Fit itaq; terrestre prælium eadẽ Lacedæmoniorũ fortuna qua pugnatũ aduersus Conona nauali p̃lio fuerat. In eo bello Lysander quo duce athenienses uicti a lacedæmonijs fuerãt, interficitur Pausanias quoq; alter dux lacedæmoniorum proditionis accusatus in exiliũ abijt. Igitur Thebani potiti uictoria uniuersum exercitum ad urbem lacedæmoniorũ ducunt, facilẽ expugnatio

lysander interficitur.

nem rati, quoniam deserti a socijs omnibus erãt, quod metuẽtes Lacedæmonij Regem suum Agesilaum ex Asia qui ibi magnas res gerebat ad defensionem patriæ accersunt. Occiso enĩ Lysandro nullius alterius fiduciam ducis habebant, cuius quoniam serus aduẽtus erat, conscripto exercitu obuiam hosti procedunt. Sed uictis aduersus pauloante uictores nec animus neq; uires pares fuere. Prima igitur cõgressione funduntur, deletis iam suorũ copijs superuenit rex Agesilaus, qui restituto prælio non difficulter recenti & multis expeditiõnibus indurato milite hostibus uictoriam eripuit, ipse tamẽ grauiter sauciatur. Quibus rebus cognitis Ahenienses uerentes ne iterum lacedæmonijs uictoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur, exercitum contrahunt, eumq; in auxilium Boetiorum per Iphicratẽ uiginti quidem annos natũ, sed magnæ indolis iuuenem duci iubent. Huius adolescentis supra ætatẽ uirtus admirabilis fuit, nec unq̃ ante eum Athenienses inter tot tantosq; duces aut spei maioris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt. In quo non imꝑatoriæ tantũ uerũetiam oratoriæ artes fuere. Conõ quoq; audito reditu Agesilai et ipse ex Asia ad populandos lacedæmoniorum agros reuertitur. Atq; ita undiq; belli formidine circum strepente clausi spartani ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon uastatis hostium terris Athenas pergit ubi magno ciuium gaudio exceptus, plus tamen tristitiæ ipsi & ex incensa et diruta a lacedæmonijs patria quam lætitiæ ex recuperata post tantũ tꝑis cœpit. Itaq; quæ incensa fuerãt prædarũ sumptu

Iphicrates 20. annorum dux creatus.

& exercitu persarum restituit, quae diruta fuerant reficit. Fatum illud athenarum fuit, ut ante a persis crematae manubiis eorum, & nunc a lacedaemoniis dirutae ex spoliis lacedaemoniorum restituerentur, uersa quoque uice nunc haberēt socios, quos tunc hostes habuerunt, & hostes nunc paterētur, cum quibus iuncti tunc arctissimis societatis uinculis fuerant. Dum haec aguntur Artaxerxes rex persarum legatos in graeciā mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere, qui aliter fecisset eum se pro hoste habiturum, ciuitatibus libertatem suaque omnia restituit, quod non graeciae laboribus assiduisque bellorum inter ciues odiis consulēs fecit, sed ne occupato sibi aegyptio bello quod propter auxilia aduersus p̄fectos suos lacedaemoniis missa susceperat, exercitus sui in graecia detinerentur. Fessi igitur tot bellis graeci cupide paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit, quod repente pax in tota graecia facta est, sed etiam eo q̄ eodem tempore urbs romana a gallis capta est, sed lacedaemonii secuti insidiantes absentiam Archadū speculati castellū eorum expugnant, occupatoque praesidium imponūt. Itaque armato instructoque exercitu Archades adhibitis in auxilium thebanis amissa bello repetunt, in eo praelio Archidamus dux lacedaemoniorum uulneratur, qui cum caedi suos iam ut uictos uideret, per praeconē corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud graecos uictoriae traditae, qua confessione contenti thebani signum parcendi dedere, post paucis diebus neutris quicquam hostile facientibus cum quasi consensu tacito induciae essent, lacedaemo-

pax in tota grecia

Roma à gallis capta.

Archidamus.

signū uictoriae traditę.

niis alia bella aduersus finitimos gerentibus, thebani Epaminunda duce occupandæ urbis eorum spē cœperunt. Igitur principio noctis taciti lacedæmona proficiscuntur, non tamen aggredi incautos potuerūt. Quippe senes & cætera imbellis ætas cum aduentum hostium persensissent, in ipsis portarū angustiis armati occurrunt, & aduersus quindecim milia militum non amplius centum iam effœtæ ætatis uiri pugnæ se offerunt, tantū animorū uiriumq; patriæ & penatum conspectus sumministrat, tantoq; præsentia q̄ recordatiōe sui maiores spiritus largiunt. Nam ut uiderunt intra q̄ & pro q̄bus starent aut uincēdū sibi aut moriēdū cēsuerūt. Pauci igit sustinuere senes aciē, cui par ante diē uniuersa iuuētus esse nō potuit, i eo prælio duo duces hostium cecidere, cum interim Agesilai aduentus nunciatur, thebani recessere, nec bellum diu dilatum, Si quidem spartanorū iuuentus senum uirtute & gloria incensa teneri non potuit, quin ex continēti acie decerneret, cum uictoria thebanorum esset. Et Epaminundas dum non ducis tantum uerūetiam fortissimi militis officio fungit, grauiter uulnerat. Quo audito his ex dolore metus. & illis ex gaudio stupor iniicitur, atq; ita ex placito consensu a prælio disceditur. Post paucos deinde dies Epaminundas decedit, cum quo uires quoq; rei. p. ceciderunt. Nam sicuti tælo si primā aciem præfregeris, reliquo ferro uim nocendi sustuleris, sic illo uelut mucrone tæli ablato duce thebanorū rei. p. uires hebetatæ sunt, ut non tam illum amisse q̄ cum illo interiisse omnes uiderentur. Nam neq; hunc ante ducem ullum memorabile bel

Epaminūda thebanorum dux

Epaminundę obitus.

Comparatio.

amisisse

Epaminondae virtus.

lum gessere, nec postea uirtutibus sed cladibus insignes fuere, ut manifestum sit patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autẽ incertum uir melior an dux esset, nam & imperiũ non sibi semper, sed patriæ quæsiuit, & pecuniæ adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerit, gloriæ quoq; nõ cupidior quam pecuniæ, quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt honoresq; ita gessit, ut ornamentum nõ accipere sed dare ipsi dignitati uideret̃. Iam litterarũ studiũ, iam philosophiæ doctrina tanta, ut mirabile uideret̃, unde tam insignis militiæ scientia homini inter litteras nato neq; ab hoc uitæ proposito mortis ratio dissensit. Nam ut relatus in castra semianimis uocẽ spiritumq; collegit, id unum ad circunstantibus requisiuit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis, quod ut seruatum audiuit allatum uelut laborũ gloriæq; sociũ osculatus est. Iterũ quæsiuit, utri uicissent, ut audiuit thebanos, bene habere se rẽ dixit, atq; ita uelut gratulabũdus patriæ expirauit. Huius morte etiam Atheniensium uirtus intercidit, siquidem amisso cui æmulari consueuerant, in segnitiam torporemq; resoluti, non ut olim in classem exercitus, sed in dies festos apparatusq; ludorum reditus publicos effundunt, & cum auctoribus nobilissimis pœtisq; theatra celebrant, frequentius scænam q̃ castra uisentes. Versificatores oratoresq; meliores q̃ duces laudantes. Tunc uectigal publicum, quo ante milites & remiges alebantur, cum urbano populo diuidi cœptum. Quibus rebus effectum est ut inter ocia græcorum sordidum & obscurum antea mace

donum nomen emergeret. Et Philippus obses trien- nio thebis habitus. Epaminundæ & Pelopidarum uirtutibus eruditus Regnum macedoniæ græciæ & asiæ ceruicibus ueluti iugum seruitutis imponeret. Philippus thebis obses

Iustini Historici Liber Septimus.

m Acedonia antea nomine Emathionis re- gis cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extant, Emathia cognomina- ta est. Huius sicuti incrementa modica, ita termini peranguști fuere, populi pelasgi & regio boetia dicebatur. Sed postea uirtute regum & gentis, in- dustria, subactis primo finitimis mox populis na- tionibusque imperium usque extremos orientis ter- minos prolatum est. In regione pæoniæ, quæ nunc portio est macedoniæ, regnasse fertur Telegonus pater Astriopæi, cuius troiano bello inter clarissi- mos uindices urbis nomem accepimus. Ex alio late- re in europa Europus nomine regnum tenuit. Sed & caranus cum magna multitudine græcorum se- des in macedonia responso oraculi iussus quærere, cum Emathiam uenisset urbem Edyssam non sentien tibus oppidanis propter imbrium & nebulæ ma- gnitudinem gregem caprarum imbrem fugientium secutus occupauit, reuocatusq; in memoriam oracu- li quo iussus erat, ducibus capris imperium quæ- rere regni sedem statuit, religioseq; postea obser- uauit, quocunque agmen moueret ante signa eas- dem capras habere, cœptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores. Vrbē Edyssam ob memoriā muneris ægæam populum ægæades uocauit, Pulso

Macedonia
Emathia
Telegonus
Europus.

Midanamis. deinde Midanamis quoq; quintã portionẽ macedoniæ tenuit, aliisq; regibus pulsis in locũ omniũ solus successit, primusq; adunatis gẽtibus uariorũ populorũ ueluti unũ corpus macedoniæ fecit, crescentiq; regno ualida incrementorũ fundamẽta constituit. Post

Perdicas. hunc Perdicas regnauit, cuius uita illustris & mortis postrema ueluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidem senex moriens Argæo filio monstrauit locũ quo condi uellet, ibiq; nõ sua tantũ, sed etiam succedentiũ sibi in regnũ ossa poni iussit. Præfatus quoad ibi conditæ posteriorũ reliquiæ forent, regnũ in familia mansurũ, credũtq; hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locũ sepulturæ mutauerit. Argæus moderate & cũ amore populi admi-

Argæus. Phillippus. Europus. nistrato regno successorẽ filiũ Phillippũ reliquit, qui immatura morte raptus Europum paruulũ admodũ instituit hæredem, sed macedonibus assidua certamina cum tracibus & illyriis fuere, quorum armis ueluti quottidiano exercitio indurati, gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. Igitur illyrii infantiã regis

Illyrii. pupilli contẽnentes bello macedonas aggrediuntur, qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato & pugnæ

macedonum egregium facinus. ante aciem posito, acrius certamen repetiuerũt, Tanq; ideo uicti fuissent antea, q; bellãtibus sibi regis auspicia defuissent, futuri uel ꝓpterea uictores, q; ex superstitiõe animũ uincẽdi cœperãt simul & miseratio eos infantis tenebat quem si uicti forent, captiuum de rege facturi uidebantur. Conserto itaque prælio magna cædæ illyrios fudere, ostenderuntq; hostibus suis priore bello, regẽ macedonibus nõ uirtutem defuisse,

Huic Amyntas succedit, & propria uirtute & Alexandri filij egregia indole insigniter clarus, cui Alexandro tanta omniũ uirtutũ naturæ ornamenta extitere, ut etiam olympio certamine uario ludicrorũ genere contenderit. Cum interim Darius rex persarum turpi a scythia fuga summotus, ne ubiq; deformis militiæ damnis haberetur, mittit cum parte copiarũ Megabazum ad subigendã thraciam cæteraq; eius tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura macædonia, qui breui tẽpore executo regis imperio legatis ad Amyntã regẽ macedoniæ missis obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulabat. Sed legati benigne excepti inter epulas ebrietate crescente rogant Amyntã, ut apparatui epularũ adijciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuiũ suũ filijs & uxoribus & filiabus, id apud persas haberi pignus ac fœdus hospicij, qui ut uenerunt petulãtius persis eas contrectantibus filijs Amyntæ Alexander rogat patrem respectu ætatis ac grauitatis suæ abire e conuiuio, pollicitus se hospitum tentaturũ iocos. Quo digresso mulieres quoq; paulo e cõuiuio euocat, cultius exornaturus gratioresq; reducturus. In quarum locum matronali exornatos habitu iuuenes supponit, eosq; petulantiam legatorum ferro, quod sub ueste gerebãt, cõpescere iubet. Atq; ita interfectis omnibus ignarus rei Megabasus cũ legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile & mediocre dedignatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tam fœdæ gentis. Sed Bubares ante bellũ amore filiæ Amintæ captus omisso bello nuptias facit, depo

Amyntas
Alexander
Darius a Scythia fuga summotus
Megabazus
Legati a Megabazo ad Amyntam
ius familiaritatis
filius
hospitum
Legati interficiuntur ob petulantiam
Bubares

fitisq; hostilibus animis in affinitatis iura succedit. Post discessum a macedonia Bubaris Amyntas rex decedit, cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darij tantum temporibus pacem prestitit, uerũetiam Xerxem conciliauit adeo ut cum etiã ueluti tempestas quædam occupasset intus olympũ hæmumq; montes totius regionis eum imperio donauerit. Sed nec uirtute minus q̃ persarũ liberalitate regnum ampliauit. Per ordinem deinde successionis regnum macedoniæ ad Amyntã fratris eius Menelai filium peruenit. Hic quoq; insignis industria & omnibus ĩperatorijs uirtutibus instructus fuit, qui ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrũ, Perdicam, & Philippum Alexandri magni macedonis patrem, & filiam Euryonem. Ex Cygea autem Archelaum, Archideum, Menelaum, qui cum Illyrijs deinde cum olynthijs grauia bella gessit. Insidijs autem Eurydices uxoris, quæ nuptias generi pacta, occidendum uirum, regnumq; adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris & sceleris cõsilia prodidisset. Functus itaq; tot periculis senex decessit, regno maximo ex filijs Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni bellum ab Illyrijs pacta mercede, et Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoq; tẽpore per eũdem obsidem cũ thebanis gratiã pacis recõciliat, quæ res Philippo maxima incrementa egregiæ indolis dedit, Siquidẽ triẽnio thebis obses habitus prima pueriticæ rudimenta in urbe seueritatis antiquæ & in domo Epaminundæ summi & philosophi, & imperatoris deposuit. Nec

Amyntas

Euridice amintę uxor

Alexander

multo post Alexander insidijs Eurydices matris appetitus occumbit, cui Amyntas in scelere deprehensæ propter communes liberos ignarus eisdem quandoq; exitiosam fore pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus libidinis causa liberos a matre uita priuatos, quã scelerum suorum supplicijs liberorum contemplatio uindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes uidebatur q; ei apud matrem misericordiam nec paruulus quidem filius conciliauerat. Itaq; Philippus diu non regem, sed tutorem pupilli egit. At ubi grauiora bella imminebant, serumq; auxilium in expectatione infantis erat compulsus a populo regnum suscepit, ut ingressus imperium, magna de illo spes omnibus fuit, & propter ipsius ingenium, quod magnum spõdebat uirum, & propter uetera macedoniæ fata, quæ cecinerant uno ex Amyntæ filijs regnante florentissimum fore macedoniæ statum, cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni cum hinc cædes fratrum indigne peremptorum, inde hostium multitudo, hinc insidiarum metus, inde inopia, continui belli, & exhausti regni, & immaturam ætatem tyronis urgeret, bellaq; ueluti cõspiratione quadã ad opprimẽdam macedoniam multarum gentium ex diuersis locis uno tempore confluebant, quoniam omnibus par esse non poterat dispensanda ratus alia interposita pactione componit, alia redemit facillimis quibusq; aggressis, quorum uictoria et militũ trepidos animos firmaret, et cõtẽptũ sibi hostiũ demeret. Primũ illi cũ atheniẽsibus certamẽ

Alexandri mors.

Philippus primum tutorem pupilli, postea regem egit.

fuit quibus per insidias uictis metu belli grauioris cũ interficere omnes posset, incolumes sine precio dimisit. Post hos bello Illyrijs translato multa milia hostium cædit. Vrbem nobilissimã Larissæã capit, hic thessaliam capit non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur thessalorũ equitum adiũgere gestiebat, nihil minus q̃ bellum metuentem improuisus expugnat unũq; corpus equitum pedestriũq; copiarũ inuicti exercitus fecit, quibus rebus fœliciter prouenientibus Olympiada Neoptolemi regis mollossorũ filiam uxorem ducit, conciliante nuptias fratre patruele altore uirginis Aryba rege molossorũ, qui sororẽ olympiadis Troadã in matrimoniũ habebat, quæ causa illius exitij malorũq; omniũ fuit. Nam dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturũ se sperat, proprio regno ab eodem priuatus in exilio cõsenuit. His ita gestis Philippus iam nõ contentus sũmouere bella, ultro etiam quietos lacessit. Cum methonã urbem oppugnaret, in ptereũtem de muris sagitta iacta dextrum oculum regis effodit, quo uulnere nec segnior in bellum nec iracundior aduersus hostes factus est, adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit, nec moderatus tantum, uerunetiam mitis aduersus uictos fuerit.

Larissea à Philippo capta

Olympias uxor Philippi et mater alexandri.

Spe frustratus Arybas

Philippus oculum in Methone oppugnatione amisit.

Iustini hystorici Liber Octauus.

g Ræciæ ciuitates dum iperare singulæ cupiunt iperiũ oẽs pdiderũt. Quippe in mutuũ exitiũ sine modo ruentes, ab oĩbus uictæ periere, quod singulæ amitterẽt nõ nisi oppressæ senserũt. Siquidẽ Philippus ex macedoniæ uelut spe

aula quadā libertati oīm insidiatus, dum contētiones ciuitatū alit, auxilium inferioribus ferendo, uictos pariter, uictoresq; subire regiam seruitutem coegit. Causa & origo huius mali thebani fuere qui cum rerum potirentur secundā fortunā imbecillo animo ferētes, uictos armis lacedæmonios, & phocenses quasi parua supplicia cædibus & rapinis luissent, apud commune græciæ conciliū superbe accusauerunt Lacedæmoniis crimini datum ꝙ arcem thebanā induciarum tēpore occupassent, phocensibus ꝙ bœtiam depopulati essent, prorsus quasi post arma, & bellū locum legibus reliquissent. Cum iudiciū arbitrio uictorū exerceretur, tanta pecunia damnaт̄, quanta exolui non posset. Igitur phocenses cum agris liberis, coniugibusq; priuarentur, desperatis rebus, Philomene quondā duce uelut deo irascentes, templū ipsum Apollinis delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites, conducto mercenario milite, bellum thebanis intulerunt, factumq; phocensium tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamē inuidiæ thebanis a quibus ad hanc necessitatē compulsi fuerant, quam ipsis intulit. Itaq; auxilia his & ab atheniensibus & a lacedæmoniis missa. Prima igitur congressione Philomenes thebanos castris exuit, sequenti prælio primus inter confertissimos dimicans cecidit, et sacrilegii pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux Oenomaus creatur aduersus quem thebani thessaliq; nō ex ciuibus suis, ne uictoris potentiā ferre nō possent, sed Philippum in suis timuerunt, sponte succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegii non thebanorum

ultor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atq; ita ueluti deo duce in prælium pergit. Phocēses insignibus dei cōspectis, conscientia delictorū territi, abiectis armis fugam capessunt, pœnasq; uiolatæ religionis sanguine & cædibus suis pendunt. Incredibile quantā ea res apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum uindicem sacrilegij, illum ultorem religionū, quod orbis uiribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret extitisse dignum. Itaq; dijs proximus habetur, per quē deorum maiestas uindicata sit. Sed athenienses audito belli euentu ne in græciam Philippus trāsiret, angustias thermopylarū, pari ratione sicuti antea aduenientibus persis, occupauere, sed nequaq; simili aut uirtute, aut causa. Siquidē tunc pro libertate græciæ nunc pro sacrilegio publico, tunc a rapina hostium templa uindicaturi, nūc aduersus uindices templorū raptores defensuri. Agūtq; se propugnatores sceleris, cuius turpe erat alios uindices fuisse imēores prsus, q̄ i dubijs rebus suis illo deo etiā cōsiliorū auctore usi fuerāt q̄ illo duce tot bella uictores iierāt, tot urbes auspicato cōdiderāt, tm̄ iperiū terra mariq; q̄sierāt, q̄ nihil sine maiestate numinis eius aut priuatæ unq̄ aut publicæ rei gesserāt. Tātū facinus admisisse igenia oi doctrina exculta, pulcherrimis legibus istitutisq; formata ut q̄d unde post hac succensere iure barbaris possint, nō haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe ueluti timens ne ab hostibus sacrilegij scelere uinceretur, ciuitates, quarum pauloante dux fuerat, quæ sub auspicijs eius militauerāt, q̄ gratulatæ illi, sibiq;

uictoriā nactæ fuerant, hostiliter occupatas diripuit. Coniuges, liberosq; omnium sub corona uendidit, nō deorum immortalium templis, non ædibus sacris, nō dijs penatibus, publicis, priuatisq;, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit. Prorsus ut non tam sacrilegij ultor extitisse, q̃ sacrilegiorum licētiam quæsisse uideretur. Inde ueluti rebus egregie gestis, in cappadociā traijcit, ubi bello pari perfidia gesto, captisq; per dolū, & occisis finitimis regibus, uniuersam prouinciam imperio macedoniæ adiūgit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam, qua insignis præter cæteros tunc tēporis habebatur, per regna mittit, & opulentissimas ciuitates, & phana, ac templa, qui opinionem sererent regem philippū magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & phana, & templa facienda, & ut per præcones susceptores sollicitarentur, qui cum in macedoniam uenissent, uarijs dilationibus frustrati, uim regiæ maiestatis timentes, taciti proficiscebātur. Post hæc Olynthios aggredit̃, receperant enim per misericordiā post cædam unius duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos ueluti participes regni interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam urbem antiquam et nobilem excindit, & fratres olim destinato supplicio tradit, prædaq; ingenti, pariter & parricidij uoto fruitur. Inde quasi omnia quæ agitasset animo, ei licerent, auraria in thessalia, argenti metalla in thracia occupat. Et ne quod ius, uel fas inuiolatum prætermitteret, piraticam quoq; exercere instituit. His ita gestis, forte uenit ut eū fratres duo reges thraciæ, & non contēplatione

iusticiæ eius, sed inuicē metuentes ne alterius uiribus accederet disceptationū suarum iudicē eligerēt. Sed Philippus more ingenij sui ad iudiciū ueluti ad bellum inopinantibus fratribus instructo exercitu superuenit, regno utrūq; nō iudicis more, sed fraude latronis, ac scelere spoliauit. Dū hæc aguntur legati atheniensium petentes pacem ad eum uenerūt, quibus auditis, & ipse legatos athenas cum pacis cōditionibus misit, ibiq; ex commodo utrorūq; pax facta. Ex cæteris quoq; græciæ ciuitatibus non pacis amore, sed belli metu legationes uenere. Siquidem crudescente ira, thessali, boetijq; orant, ut professum aduersum phocenses ducem græciæ exhibeat, tanto odio phocensium ardentes, ut obliti cladium suarum perire ipsi q̄ non perdere eos præoptarent, expertáq; Philippi crudelitatem pati, q̄ parcere hostibus suis mallent. Contra phocensiū legati adhibitis lacedæmonijs, & atheniensibus bellum deprecabātur, cuius ab eo dilationem ter iam emerant. Fœdū prorsus, miserandūq; spectaculum, græciam etiam nunc & uiribus, & dignitate orbis terrarum principem, regum certe, gentiumq; semper uictricem & multarum adhuc urbiū dominam, alienis excubare sedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem in alterius ope omnē spem posuisse. Orbis terrarum uindices eo usq; discordia sua ciuibusq; bellis redactos, ut adulantur ultro, sordidā. Pauloante clientelæ suæ partem, & hoc potissimum facere thebanos lacedæmoniosq; antea inter se imperium nunc græciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc uendicatione gloriæ suæ tantarum urbiū fa

stigiũ agitat, atq; uiros potius dignetur, estimat. Secreto igitur auditis utrisq; legationibus his ueniã belli pollicetur iureiurando adactis responsum nemini prodituros, illis contra uenturum se auxiliumq; laturum, Vtrosq; uetat parare bellum aut metuere, sic uariato responso securis omnibus thermopylarum angustias occupat. Tunc primũ phocenses se captos in fraude Philippi animaduertentes trepidi ad arma confugiunt. Sed neq; spaciũ erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia, & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute se dediderunt. Sed pactio eius fidei fuit, cuius antea fuerat deprecati belli ꝓmissio. Igitur caeduntur passim, rapiuntur, non liberis parẽtibus, non coniuges maritis, non deorum simulacra templis suis relinquuntur, unum tãtum miseris solatium fuit, q͏̃d cum philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos uiderunt. Reuersus in regnum, ut pecora pastores nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traijciunt, sic ille populos, et urbes. Vt illi uel replenda, uel derelinquẽda quæq; loca uidebantur, ad libidinem suam transfert, miseranda ubiq; facies, et excidio similis erat, Non quidem pauor ille hostilis, nec discursus per urbem militũ erat, non tumultus armorum, nõ bonorum atq; hominum rapina, sed tacitus mœror, & luctus, uerentibus ne ipsæ lachrymæ pro cõtumacia haberẽtur. Crescit dissimulatione ipã dolor, hoc altius dimissus quo minus profiteri licet. Nunc sepulchra maiorum, nunc ueteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in qui-

bus quae genuerant, cõsiderabant. Miserantes nũc ui-
cem suam, ꝙ in eam diem uixissent, nunc filiorum, ꝙ
non post eam diem nati essent, alios populos in fini-
bus ipsis hostibus opponit, alios in extremis regni ter
minis statuit, quosdam bello captos in supplementis
urbium diuidit. Atq; ita ex multis gentibus nationi-
busq; unum regnum populumq; constituit. Compo-
sitis ordinatisq; macedoniæ rebus dardanos cæterosq;
finitimos fraude captos expugnat. Sed nec a proxi-
mis manus abstinet. Siquidem Aryban regem Epiri
uxori suæ Olympiadi arctissima cognatione uinctũ,
pellere regno statuit atq; Alexandrum priuignum
eius uxoris olympiadis fratrem, puerum honeste pul
chritudinis in macedonia noĩe sororis accersit, om-
niq; studio sollicitatum in spem regni simulato amo
re ad stupri consuetudinẽ perpulit, maiora in eo ob-
sequia habiturus siue conscientiæ pudore, siue regni
beneficio. Igitur cum ad .xx. annos peruenisset, ereptũ
arybæ regnum puero ad modum tradit scelestus in
utroq;, nã nec in eo ius cognationis seruauit cui ade-
mit regnum, & eum cui dedit, impudicum fecit an-
teq̃ regem.

Iustini Historici Liber Nonus.

IN græciam Philippus cũ uenisset sollici-
tatus paucarũ ciuitatũ direptione, & ex
præda modicarum urbium quantæ opes
uniuersarũ essent animo ꝓspiciens, bellũ toti græciæ
inferre statuit. Ad cuius emolumẽtum egregiæ ꝑtine
re ratus si sibi bizantium nobilem, & maritimã ur-
bem, receptaculũ terra mariq; copijs suis futurum in

potestatē redegisset, eandē claudētem sibi portas obsidione cinxit. Hæc nanq; urbs condita primo a Pausania rege spartanorū, et p. vii. annos possessa fuit, deinde uariante uictoria, nunc lacedæmoniorū, nūc Atheniensium iuris habita est, quæ incerta possessio effecit, ut nemine quasi suam auxilijs iuuante libertatem constantius tueretur. Igitur Philippus lōga obsidionis mora exhaustus pecuniæ cōmerciū de piratica mutuatur. Captis itaq;. clxx. nauibus mercium, & distractis anhelantē inopiā paululum recreauit. Deinde ne unius urbis oppugnatione tātus exercitus teneretur: profectus cū fortissimis multas Chersonēsiū urbes expugnat, filiū Alexādrum decem & octo annos natū, ut sub militia patris tyrocinij rudimēta deponeret, ad se accersit. In scythiā quoq; prædādi causa pfectus ē more negociātiū ipēsas belli alio bello refecturus. Erat eo tpe rex scytharū Matthæas, qui cū bello istrianorū premeret, auxiliū a Philippo p Apoloniēses petit, in successione eū regni scythiæ adoptaturus, cū interim istrianorū rex decedēs & metu belli & auxiliorū necessitate scythas soluit. Itaq; Matthæas remissis macedonibus renunciari Philippo iubet, neq; auxiliū eius se petisse, neq; adoptionē mandasse. Nam neq; uindicta macedonū egere scythas, quibus meliores forent, neq; hæredem sibi incolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Matthæam mittit, impensæ obsidionis portionem petentes ne inopia bellum deserere cogatur. Quod eo promptius eum facere debere q missis a se in auxilium eius militibus, nec sumptum quidem uiæ non modo officij precia dederit.

Mattheas in clæmētiam cœli & terræ sterilitatē cau
satus, quæ non patrimonijs ditet scythas, sed uix ali
menta exhibeat, respondit, nullas sibi opes esse qbus
tantū regem expleat, et turpius putaret paruo defun
gi quam totum abnuere. Scythas autem uirtute ani
mi, & duricia corporis non opibus cēseri. Quibus de
risus Philippus soluta obsidione byzantij scythica
bella aggreditur præmissis legatis, quo securiores fa
ceret, qui nunciēt Mattheæ dum bizantium obsidet
nouisse statuam Herculi, ad quam in ostio istri ponen
dam se uenire pacatum accessum ac religionē dei pe
tens amicus ipse scythis uēturus. Ille si uoto fungi ue
lit statuam sibi mitti iubet, non modo ut ponatur, ue
rūetiam ut inuiolata maneat pollicetur, exercitum au
tem fines ingredi negat se passurū, ac si inuitis scy
this statuam ponat, eo digresso sublaturū uersurūq;
æs statuæ in aculeos sagittarum. His utrinq; irritatis
animis prælium committitur, cum uirtute & animo
præstarent scythæ, astutia Philippi uincuntur. xx. mi
lia puerorum, ac fœminarum capta, pecoris magna
uis, auri argentiq; nihil. Ea primum fides inopiæ scy
thicæ fuit. xx. milia nobiliū equarum ad genus facien
dum in macedoniā missa. Sed reuertenti a scythia tri
bali Philippo occurrunt, negant se transitū daturos,
ni portionē accipiant prædæ. Hinc iurgium & mox
prælium. In quo ita in femore ulneratus est Philip
pus, ut per corpus eius equus interficeretur, cum om
nes occisum putarēt præda amissa est. Ita scythica ue
lut deuota spolia pœnæ luctuosa macedonibus fue
re. Vbi uero ex uulnere primū conualuit diu dissimu

latum bellum atheniensibus infert, quorũ causa thebani se iunxere ne uictis metuentes atheniensibus ueluti uicinũ incendiũ belli ad se transiret. Facta igitur inter duas paulo ante infestissimas ciuitates societate, legationibus græciam fatigãt, cõmunẽ hostem putãt cõmunibus uiribus summouendũ. Neq; enĩ cessaturũ Philippũ si prospere prima successerint, nisi omnẽ græciã domuerit. Motæ q̃dã ciuitates atheniensibus se iungunt, quasdam autem ad Philippũ belli metus traxit. Prælio cõmisso cum athenienses longe maiore militum numero præstarent, assiduis bellis indurata uirtute macedonũ uincuntur, non tamen immemores Pristinæ gloriæ cecidere. Quippe aduersis uulneribus omnes loca quæ tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerũt. Hic dies uniuersæ græciæ gloriam dominationis, & uetustissimã libertatem finijt. Huius uictoriæ calide dissimulata letitia est. Deniq; nõ solita sacra Philippus illa die fecit, nõ in cõuiuio risit, nõ ludos ĩter epulas adhibuit, nõ coronas aut unguẽta sumpsit. & quantũ in illo fuit, ita uicit, ut uictorẽ nemo sentiret, sed nec regẽ se græciæ, sed ducẽ appellari iussit. Atq; ita inter tacitã lætitiã & dolorem hostiũ tẽperauit, ut neq; apud suos exultasse, neq; apud uictos insultasse uideretur. Atheniensibus quos passus infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit, & bello consumptorũ corpora sepulturæ reddidit, reliquiasq; funerũ, ut ad sepulchra maiorũ deferrent, ultro hortatus est. Super hæc Alexandrũ filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his amiciciamq; iungeret, Athenas misit. Thebanorum porro

non solum captiuos, uerũetiam interfectorum sepulturã uẽdidit. Principes ciuitatis alios securi percussit, alios in exiliũ redegit, bonaq; omniũ occupauit, pulsos deinde per iniuriã in patriã restituit, ex horũ numero. ccc. exules iudices rectoresq; ciuitati dedit, apud quos cũ potẽtissimi quiq; rei eius ipsius criminis postularent, q̃d per iniuriã se in exiliũ egissent, huius constantiæ fuerunt, ut omnes se auctores faterentur, meliusq; cũ reipu. actum cũ damnati essent, q̃ cũ restituti contẽderẽt. Mira prorsus audacia de iudicibus uitæ necisq; suæ queadmodũ possunt, sententiã ferunt contẽnuntq; absolutionẽ, quã dare inimici possunt, et quoniam rebus nequeũt ulcisci, uerbis usurpant libertatem. Cõpositis in græcia rebus Philippus omnium ciuitatum legatos ad formãdum rerum præsentium statum euocari corynthũ iubet. Ibi pacis legem uniuersæ græciæ pro meritis singularum ciuitatum statuit, consiliũq; omnium ueluti unum senatũ ex omnibus eligit. Soli Lacedæmonij & legem & regẽ contempserũt, seruitutem non pacem rati, quæ non ipsis ciuitatibus conueniret, sed a uictore ferretur. Auxilia deinde singularũ ciuitatum describuntur, siue adiuuãdus ea manu rex oppugnãte aliquo foret, seu duce illo bellũ inferendũ, neq; enim dubium erat imperiũ persarũ his apparatibus peti. Sũma auxiliorũ. cc. milia peditũ fuere et equitũ. xv. milia. Extra hãc summã et macedoniæ exercitus erat, et cõfinis domitarũ gentium barbaries. Initio ueris tres duces in Asiam persarum uiris premittit Parmenonem, Amynthã, & Attalum, cuius sororem nuper expulsa Alexandri ma-

tre Olympiade propter stupri suspitionem in matri-
moniũ acceperat. Interea dũ auxilia a græcia coeunt,
nuptias Cleopatræ filiæ et Alexandri, quem regem
Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine
duorum regum, & collocantis filiã & uxorẽ ducẽtis
apparẽtibus insignis. Sed nec ludorum magnificen
tia deerat, ad quorum spectaculum Philippus cum
sine custodibus medijs inter duos Alexandros filium
generumq́ concederet pausantis nobilis ex macedo-
nibus, nemini suspectus adolescens occupatum an-
gustijs Philippum in transitu obtruncat, diemq; læ-
ticiæ destinatũ foedum luctu funeris facit. Hic pau-
sanias primis pubertatis annis stuprum per iniu-
riam passus ab Attalo fuerat, cuius indignitati hæc
etiam foeditas accesserat. Nã perductũ in conuiuio so
lutumq; mero, Attalus non suæ tantũ uerũ & conui-
uarum libidini uelut scortum uile subiecerat, ludi-
briũq; omnium inter coequales reddiderat Hanc rem
ægre ferẽs Pausanias querelã Philippo sæpe detu-
lerat, Cum uarijs frustrationibus non sine risu defer-
retur, et honoratum insuper ducatu aduersarium cer
neret iram in ipsum Philippum uertit, ultionemq́
quã aduersario non poterat ab iniquo iudice exegit.
Creditũ est etiã immissum ab olympiade matre Ale-
xandri fuisse, nec ipsum Alexandrũ ignarum pater-
næ cædis extitisse, quippe non minus olympiade re-
pudium & prælatam sibi Cleopatram quam stu-
prũ pausaniã doluisse. Alexandrũ quoq; regni æmu-
lum fratrem & nouerca susceptum timuisse, eoq;
actũ ut in cõuiuio antea primum cũ Attalo mox cum

ipso patre iurgaret. Adeo ut etiam stricto gladio eũ Philippus cõsectatus sit egræq; a filij cæde amicorũ precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculũ se in Epirum cum matre, inde ad Regem illyriorum contulerat, uixq; reuocanti mitigatus est patri, precibusq; cognatorum ægre redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suũ Alexandrum Epiri regẽ in bellũ subornabat, peruicissetq;, ni filiæ nuptijs pater generũ occupasset. His stimulis irarum utriq; Pausaniam de impunitate stupri sui quærentem ad tantum facinus impulisse creduntur. Olympias certe fugienti percursori equos quoq; præparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece, cum titulo officij ad exequias eadem nocte cucurrisset, in cruce pendentis pausaniæ capiti eadem nocte, qua uenit coronam aureã imponit, qđ nemo alius audere nisi hæc superstite Philippi filio potuisset, Paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit, & tumultũ ei eodem fecit in loco, parentariq; eidem quotannis incussa populo superstitione curauit. Post hæc Cleopatrã a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius prius filia interfecta finire uitam suspendio coegit, spectaculoq; pendẽtis ultione potita est, ad quam per parricidium festinauerat. Nouissime gladiũ illum, quo rex percussus est, Apollini sub nomine myrtalis consecrauit. Hoc enim nomen ante Olympiadis paruulæ fuit, quæ omnia ita palam facta sunt, ut timuisse uideatur, ne facinus ab ea cõmissum non probaretur. Decessit Philippus xl. & vij. annorum cum annis. xxv. regnasset, genuit

ex Larissæ a saltatrice filium Arideum, qui post Alexandrum regnauit, habuit & multos alios filios ex uariis matrimoniis regio more susceptos, qui partim fato, partim ferro periere. Fuit rex armorum quam conuiuiorum apparatibus studiosior, cui maximæ opes erat. Instrumenta bellorum diuitiarum quæstu quam custodia sollertior, Itaq; inter quotidianas rapinas semper inops erat, misericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eum turpis ratio uincendi, blandus pariter & in gratiam offensam simulare insidiosus alloquio, qui plura promitteret quam præstaret. In seria & iocos artifex, amicitias utilitate non fide colebat. Gratiã fingere in odio, instruere inter cõcordãtes odia apud utrunq; gratiam quærere solẽnis illi cõsuetudo. Inter hæc eloquẽtia & insignis oratio acuminis & sollertia plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentionũ deesset ornatus. Huic Alexãder successit & uirtute et uitiis patre maior, Itaq; uincẽdi ratio utriq; diuersa, hic aperta ui, ille artibus bella tractabat, deceptis ille gaudere hostibus hic palam fusis. Prudentior ille consilio, hic animo magnificẽtior. Irã pater dissimulare plærũq; & uincere hic ubi exarsisset, nec dilatiõis ultiõis, nec modus erat. Vini nimis uterq; auidus, sed ebrietatis diuersa uitia Patri mos erat et de conuiuio in hostem procurrere, manum conserere, periculis se temere offerre Alexander non in hostem, sed in suos sæuiebat, quamobrem Philippum sæpe uulneratũ prælia remisere, hic amicorũ interfector, cõuiuio frequẽter excessit. Regnare ille cũ amicis nolebat, hic in amicos re

gna exercebat. Amari pater malle, hic metui, litterarũ cultus utriq; similis Solertiæ pater maioris, hic fidei uerbis atq; oratione Philippus, hic rebus moderatior parcẽdi uictis, filio animus et promptior et honestior frugalitati pater, luxuriæ filius magis deditus erat, quibus artibus orbis & imperij fundamenta pater fecit operis totius gloriam filius consummauit.

Iustini Hystorici. Liber Vndecimus.

a Rtaxerxi regi persarũ ex pellicibus. cxv. filij fuere, sed tres tãtũ iusto matrimonio suscepti Darius Ariarates & Occhus. Ex his Darium contra morem persarum apud quos rex nisi morte mutatur, per idulgentiã pater regem uiuus fecit, nihil sibi ablatũ existimans, quod in filium contulisset, sinceriusq; gaudium ex procreatione capturũ, si insignia maiestatis suæ uiuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exẽpla interficiendi patris consiliũ cœpit, Sceleratus fuisset, si solus parricidiũ cogitasset, tanto sceleratior quãto in societatẽ facinoris assumptos. l. fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo non solũ sociari, uerumetiam sileri parricidium potuit, ut ex. l. liberis nemo inuentus sit, quem aut paterna maiestas, aut ueneratio senis, aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeo ne uile paternum nomen apud tot numero filios fuit, ut quorum præsidio totus etiam aduersus hostes esse debuerat, eorũ insidijs circunuentus, tutior ab hostibus quam a filijs fuerit. Causa parricidij sceleratior ipso parricidio fuit, occisso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio supra

habita est. Astasiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimoniũ receperat. Hanc patrem cedere sibi sicuti regnum, Darius postulauerat, qui pro indulgẽtia sua in liberos primo facturum se dixerat, mox pœnitentia ductus ut honeste negaret, quod temere promiserat, so lis eam sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omni bus uiris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iu uenis in iurgia primo patris erupit, mox facta cũ fra tribus coniuratione, dum patri insidias parat, depræ hensus cum socijs pœnas parricidij dijs paternæ ma iestatis ultoribus dedit, coniuges quoque omnium cum liberis, nec quod uestigium tanti sceleris extaret interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex do lore contracto decedit Rex quam pater fœlicior. Hæreditas regni Occho tradita, qui timens parem coniurationem regiam cognatorum cæde & strage principum replet nulla non sanguinis, non se xus, non ætatis misericordiam permotus, scilicet ne in nocentior fratribus parricidis haberetur, Atque ita ue luti purificato regno bellum Armenijs infert. In eo cum aduersus prouocatorem hostium Codoma nus quidam cum omnium fauore processisset, hoste cæso uictoriam suis pariter & prope amissam glori am restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præ ficitur Armenijs, Interiecto deinde tempore post mor tem Occhi regis ob memoriam pristinæ uirtutis rex a populo constituitur. Darij nomine nequit regiæ maiestatis deesset honoratus, bellũque cũ Alexãdro ma gno diu uariãte fortuna magna uirtute gessit. Postre mo uictus ab Alexãdro et a cognatis occisus uitã pariter

cum persarum regno finiuit.

Iustini historici. Liber Vndecimus.

N exercitu Philippi sicuti uariæ gentes erant ita eo occiso diuersi motus animorũ fuere. Alij quippe iniusta seruitute oppressi, ad spẽ se libertatis erigebãt. Alij tædio lõginquæ militiæ remissam sibi expeditionẽ gaudebãt, nõ nulli facẽ nuptijs filiæ accensam rogo patris subditã dolebant. Amicos quoq; tam subita mutatione rerum haud mediocris metus cœperat reputantes nunc prouocatam Asiam, nunc Europam nondũ perdomitã, nunc Illyrios, & thracas, & dardanos, cæterasq; barbaras gentes fidei dubiæ, & mentis infidæ, qui omnes populi si pariter deficiãt, resisti nullo modo posse. His rebus uelut medela quædam interuentus Alexandri fuit, qui pro concione ita uulgus omne consolatus, hortatusq; pro tempore est, ut & metum timentibus demeret, & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos. xx. natus in qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret plura eum experimentis reseruare. Macedonibus immunitatẽ cunctarũ rerum præter militiæ uacationem dedit, quo facto tantum sibi fauorem omniũ conciliauit, ut corpus hominis non uirtutem regis mutasse se dicerent. Prima illa cura paternarum exequiarum fuit. In quibus ante omnia cædis conscios ad tumulum patris occidi iussit, soli Alexãdro Lyncestarum fratri pepercit, seruans in eo auspiciũ dignitatis suæ, nam regem eũ primus salutauerat, æmulũ quoq; ĩperij Caranũ fratrem ex nouerca susceptũ iterfici curauit. Inter initia multas gẽ

tes rebellãtes cõpescuit, oriẽtes nõnullas seditiones ex tinxit, qbus rebus erectus tacito gradu in græciã con tẽdit, ubi exẽplo patris Corynthum euocatus ciuitati bus dux in loco eius substituit̃. Inchoatũ deinde a pa tre psicũ bellum aggredit̃, in cuius apparatu occupa to nunciat̃ Atheniẽses Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad persas defecisse, auctoremq; eius defectionis magno auri põdere a persis corruptũ. Demosthenem oratorẽ extitisse, q Macedonũ deletas oẽs cũ rege copi as a tribalis affirmauerit. pducto in concionẽ auctore qui in eo p̃lio in quo rex ceciderat, se quoq; uulneratũ diceret. Qua opiniõe mutatos oĩm ferme ciuitatũ ani mos esse p̃sidia Macedonũ obsideri, qbus motibus oc cursurus tanta celeritate, instructo paratoq; exercitu græciam oppressit, ut quem uenire non senserant, ui dere se uix crederent. In trãsitu hortatus Thessalos fue rat, bñficiorũq; Philippi patris maternæq; suæ cum his ab æacidarũ gente necessitudinis admonuerat, cu pide hæc thessalis audiẽtibus, exẽplo patris dux uni uersæ gẽtis creatus erat, & uectigalia oĩa redituſq; suos ei tradiderant. Sed Athenienses sicuti primi de fecerunt, ita primi pœnitere cœperunt, contemptũ ho stis in admiratione conuertentes, pueritiamq; Alexã dri spretam antea supra uirtutem ueterũ ducũ extol lentes. Missis itaq; legatis bellum deprecãtur, quibus auditis, & grauiter increpatis Alexander bellum re misit. Inde thebas exercitũ cõuertit, eadẽ indulgentia usurus si parem pœnitentiam inuenisset. Sed theba ni armis non præcibus nec deprecatiõe usi sunt. Itaq; uicti grauissima quæque supplicia miserrimæ capti

uitatis experti sunt. Cũ in cõsilio de excidio urbis de liberaret Phocẽses, et Platænses, & Thespiẽses, et Orchomenij Alexandri socij, uictoriæq; participes excidium urbium suarum, crudelitatemq; thebanorũ referebant, studia in persas non præsentia tantum uerumetiam & uetera aduersus græciæ libertatem increpantes. Quamobrem odium eos omnium populorum esse, quod uel ex eo manifestari, quod iureiurando se omnes abstrinxerint, ut uictis persis Thebas diruerent, adijciunt & scelerum priorum fabulas, quibus omnes scænas repleuerant, ut nõ presenti tantum perfidia, uerum & uetere infamia inuisi forent, Tunc Eleadas unus ex captiuis data potestate dicendi non a rege se defecisse, quem interfectum audierint, sed a regis hæredibus, quicquid in eo sit admissum crudelitatis non perfidiæ culpam esse, cuius tamen iam magna se supplicia pependisse. Deleta iuuentute nunc senum fœminarumq; sicuti infirmum, ita innoxium restare uulgus, ipsumq; stupris contumelijsq; ita uexatum esse, ut nihil amarius unquã sint passi, nec iam pro ciuibus, sequi tam pauci remanserint orare, sed pro innoxio patriæ solo & pro urbe, quæ non uiros tantum, uerum etiam deos genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur geniti apud ipsos Herculis, unde originem gens æacidarum trahat. Actaq; Thebis a patre cuius Philippo pueritia rogat, urbi parcat, quæ maiores eius partim apud se genitos deos adoret, partim educatos summæ maiestatis reges uiderit. Sed potentior fuit ita quam preces. Itaq; urbs diruitur, agri in

ter uictores diuiduntur captiui sub corona uendun tur, quorum præcium non elementiũ commodo, sed ex inimicorum odio extenditur, miseranda res Athe niẽsibus uisa. Itaq; portas refugijs profugarum con tra interdictum regis aperuere, quam rem ita grauis ter tulit Alexander, ut secunda legatione denuo bel lum depræcantibus ita demum remisit, ut oratores et duces quorum fiducia totiẽs rebellent, sibi dedantur, paratisq; Atheniensibus, ne cogantur subire bellum, eo res deducta est, ut retentis oratoribus duces in exi lium agerentur, qui ex continenti ad Darium profe cti nõ mediocre momentum persarum uiribus accesse re. Proficiscens ad persicum bellum omnes nouercæ suæ cognatos (quos Philippus in excelsiorem digni tatis locum prouehens imperijs præfecerat) interfe cit, sed nec suis, qui apti regno uidebantur, pepercit, ne qua materia seditionis procul se agentem in mace donia remaneret, & reges stipendiarios conspectio ris ingenij ad cõmilitium secum trahit, seniores ad tu telam regni relinquit adunato deinde exercitu naues onerat, unde conspecta Asia incredibili ardore men tis accensus duodecim aras deorum in belli uota sta tuit. Patrimoniũ omne suum, quod in macedonia euro paq; habebat, amicis diuidit, sibi Asiã sufficere p̃fa tus. Priusq̃ ulla nauis littore excederet, hostias cædit, petẽs uictoriã bello, quotiẽs a persis petitæ græciæ ul tor relictus sit, q̃bus lõga iam satis & matura impia contigisse, quorũq; tẽpus esse uices excipe melius actu ros. Sed neq; exercitus eius alia quã regis aiorũ præ sumptio fuit. Quippe obliti oẽs coniugũ, liberorũq;

& longinquæ a domo militiæ, persicum aurum, & totius orietis opes, iam quasi suam prædam ducebat, nec belli periculorum, sed diuitiarū meminerant. Cū delati in continentem essent, primus Alexander iaculum uelut in hostilem terram iecit, armatusq; de naui tripudiāti similis prosiluit, atq; ita hostias cædit, præcatus ne se regem illæ terræ inuitæ accipiant. In ilio quoq; ad tumulos eorum, qui troiano bello ceciderant, parentauit. Inde hostē petēs milites a populatione asiæ prohibuit, parcendū suis rebus præfatus, nec pdēda ea, quæ possessuri uenerāt. In exercitu eius fuere peditum trigintaduo milia, equitū quatuor milia quingenti, naues cētum. lxxxij. hac tam parua manu uniuersum terrarū orbem utrum sit admirabilius uicerit, an aggredi ausus fuerit incertū est, cum ad tam periculosum bellum exercitū legerit non iuuenes robustos, nec primo flore ætatis, sed ueteranos, plerosq; etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patriusq; militauerant elegit, nō tam milites q̄ magistros militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit, ut si principia castrorum cerneres, senatū te alicuius priscæ reipu. uidere diceres. Itaq; nemo in prælio fugam, sed uictoriā cogitauit, nec in pedibus cuiq; sed in lacertis fuit. Cōtra rex persarum Darius fiducia uirium nil astu agere affirmans, suis occulta consilia uictoriæ furtiue conuenire, nec hostem regni finibus arcere, sed intimū regnū accipere, gloriosius ratus repellere bellum, quā nō admittere. Prima igit congressio in campis Adrastis fuit. In acie persarum sexcēta milia militū fuere, quæ nō minus arte Alexā

dri quam uirtute macedonũ superata terga uerterũt. Magna itaq; cædes persarum fuit. De exercitu Alexandri nouem pedites, centũ.xx.equites cecidere, quos rex impẽsæ ad cæterorũ solatia humatos statuis equestribus donauit, cognatisq; eorũ immunitates dedit. Post uictoriam maior pars asiæ ad eũ defecit, gessit et plura bella cum præfectis Darij, quos iam nõ tam armis q̃ terrore nominis sui uicit. Dum hæc agũtur, interim inditio captiui ad eũ defertur insidias ei ab Alexandro lyncistarũ genero antipatris qui præpositus macedoniæ erat parari, ob quam causam timẽs ne quis interfecto eo in macedonia motus oriretur, in uinculis eum habuit. Post hæc gordin urbem petit, quæ posita est inter phrygiam maiorẽ & minorem, cuius urbis potiundæ non tam propter prædam cupido eũ cœpit, sed quod audierat in ea urbe in tẽplo iouis iugum plaustri gordij positũ, cuius nexum si quis soluisset, cum tota Asia regnaturum antiqua oracula cecinisse, huius rei causa & origo illa fuit. Gordius cũ in his regionibus bobus conductis araret aues eũ omnis generis circũuolare cœperunt. Profectus ad cõsulẽdos augures uicinæ urbis obuiã in porta habuit uirginem eximiæ pulchritudinis percunctatusq; eã quẽ potissimũ augurem consuleret. Illa audita causa consulendi gnara artis ex disciplina parentum regnũ ei portendi respondit, polliceturq; se & matrimonij et spei sociam tam pulchra conditio prima regni fœlicitas uidebatur, post nuptias inter phrygas orta seditio est, consulentibus de fine discordiarum oracula responderunt regẽ discordijs opus esse. Iterato quærẽti

bus de persona regis, iubentur eum regem obseruare, quam reuersi primum in tẽplum iouis euntem plaustro reppterissent, obuius illis gordius fuit, statimq; eũ regem consalutant. Ille plaustrum, quo uehenti regnum delatũ fuerat, in tẽplo iouis positũ maiestati cõsecrauit regiæ. Post hũc filius Mida regnauit, qui ab Orpheo sacrorũ solẽnibus initiatus, phrygiã religionibus impleuit, quibus tutior omnis uita quam armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum in templum iouis uenisset, iugum plaustri requisiuit, quo exhibito cũ capita loramentorũ intra nodos abscondita reperire nõ posset, uiolentius oraculo usus gladio loramẽta cædit, atq; ita resolutis nexibus latentia in nodis capita inuenit. Hoc illi argenti nunciatur Dariũ cũ ingenti exercitu aduentare. Itaq; timens angustias magna celeritate taurum transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursus fecit, cum tarsum uenisset captus cydni fluminis amœnitate per mediã urbẽ influentis proiectis armis plenus pulueris ac sudoris in præfrigidã nudum undã se proiecit. Tum repẽte tantus neruos eius occupauit rigor, ut interclusa uoce nõ spes modo remediĳ, sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis noĩe Philippus qui solus remedium polliceretur, sed et ipsum parmenionis pridie a cappadocia missæ epistolæ suspectũ faciebant, qui ignarus infirmitatis Alexandri scripserat a Philippo medico ut caueret, nam corruptum illũ a Dario ingenti pecunia esse, tutius tamẽ est ratus dubie se fidei medici credere q̃ indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo epistolas medico tradidit, atq; ita

interbibendum oculos in uultum legẽtis intendit. Vt securum conspexit lætior factus est, sanitatẽq; quarta die recepit. Igitur Darius cum. ccc. milibus peditũ & cẽtum milibus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum. Sed interdum reputabat quanta res cũ ista paucitate gessisset, quantosq; populos fudisset. Itaq; cum spes metum uinceret, periculosius differre bellũ ratus, ne desperatio suis cresceret, circũuectus suos singulas gentes diuersa oratione alloquitur. Illyrios & thracas opum ac diuitiarum ostẽtatione, græcos ueterum bellorũ memoria æternitq; cum ꝑsis odij accẽdebat. Macedones autẽ nũc europæ uictæ admonet, nũc asiæ expetitæ, nec inuentas illis toto orbe pares uires gloriatur. Cæterum & laborum finem hunc & gloriæ cumulum fore. Atq; inter hæc identidem consistere aciẽ iubet, ut hac mora consuescant oculis turbã hostium sustinere. Nec Darij segnis oꝑa in ordinanda acie fuit. Quippe omissis ducum officijs ipse omnia circũire, singulos hortari, ueteris gloriæ ꝑsarum, imperijq; perpetuæ a dijs immortalibus datæ possessionis admonere. Post hæc prælium ingentibus animis committitur. In eo uterq; rex uulneratur, tãdiu certamẽ anceps fuit, quoad fugeret Darius. Exinde cædes ꝑsarũ secuta ẽ. Cæsa sunt peditũ sexagitaunũ milia, equitũ decem milia capta quadraginta milia. Ex macedonibus cecidere pedestres. cxxx. eq̃tes. cl. in castris persarũ multũ auri cæterarũq; opũ inuentũ. Inter captiuos mater, et uxor, eadẽq; soror et filiæ duæ Darij fuere. Ad quas uisendas hortandasq; cũ Alexãder ue-

nisset, cōspectis armatis inuicē se complexæ uelut statim moriturae complorationem ædiderūt. Prouolutæ deinde genibus Alexandri, non uitam, sed ut Darij corpus sepeliant, dilationē mortis deprecantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander & Dariū uiuere dixit, & timentibus mortis metum dimisit, easq; haberi & salutari ut reginas præcepit, filias quoq; non sordidius dignitate patris sperare matrimoniū iussit, post hæc opes Darij diuitiarūq; apparatū contemplatus admiratione tantarum rerum capitur. Tūc primum luxuriosa conuiuia, & magnificentiā epularum sectari, tunc Marsinem captiuā diligere propter formæ pulchritudinē cœpit. A qua postea susceptum puerū Herculem uocauit memor tamen adhuc darium uiuere, Parmenionē ad occupandam persicā classem, aliosq; amicos ad recipiendas asiæ ciuitates misit, quæ statim audita fama uictoriæ ipsius Darij præfectis cum auri magno pondere tradentibus se in potestatē uictorum uenerunt. Tunc in syriam proficiscitur, ubi obuios cum infulis multos reges oriētis habuit. Ex his pro meritis singulorū alios in societatem recepit, alijs regnum ademit, suffectis in locis eorum nouis regibus. Insignis præter cæteros fuit Abartomius rex ab Alexandro sidoniæ constitutus, quē Alexander (cum operā oblocare ad puteos exhauriendos hortosq; irrigandos solitus esset misere uitam exhibentem) regem fecerat, spretis nobilibus ne generis id non dantis beneficiū putarēt. Tyriorum ciuitas cū coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset, grate mune

re accepto, tyrum se ire uelle ad uota herculi redden-
da dixit, cum legati rectius id est eum in tyro uetere
& antiquiore templo facturũ dicerent, inde deprecã-
tes eius introitum ita exarsit, ut urbi excidium minare
tur, confestimq; exercitu insulæ applicato non minus
animosis tyrijs fiducia carthaginẽsiũ bello excipitur.
Augebat eñ tyrijs animos Didonis exemplũ, quæ car
thagine cõdita tertiam partem orbis quæsisset, turpe
ducentes si fœminis suis plus animi fuisset in impe-
rio quærendo quẽ sibi in tuenda libertate. Amota igit̃
imbelli ætate carthaginẽ & accersitis mox auxilijs
non magno post tempore per proditionem capiũtur.
Inde Rhodum Alexander ægyptum ciliciãq; sine cer
tamie recepit. Ad iouem deinde hãmonẽ pergit cõsul
turus, & de euentu futurorum & de origine sua.
Nanq; mater eius olympias confessa uiro suo Phi-
lippo fuerat Alexandrũ non ex eo se, sed ex serpente
ingentis magnitudinis concepisse. Deniq; Philippus
ultimo prope uitæ suæ tempore filium suum nõ esse
palam prædicauerat, qua ex causa olympiadam ue-
lut stupri compertã repudio dimiserat. Igitur Alexã
der cupiens originem diuinitatis acquirere simul &
matrẽ infamia liberare per premissos subornat anti-
stites quid sibi respõderi uelint. Ingredientẽ templũ
statim antistites ut hãmonis filiũ salutant. Ille lætus
dei adoptione hoc se patre censeri iubet. Rogat dein-
de an omnes interfectores patris sui sit ultus, respon-
dent patrẽ eius nec posse interfici nec mori, regis Phi
lippi peractã plene ultionem esse. Tertiam interroga
tionẽ poscenti uictoriã oim bellorum possessionẽq;

terrarũ dari respondẽt, comitibus quoq; suis responsum, ut Alexandrũ ꝓ deo nõ pro rege colerent. Hinc illi aucta insolẽtia, mirusq; aĩo increuit tumor exempta comitate, quam & græcorũ litteris et Macedonũ institutis didicerat. Reuersus ab hãmone Alexandriã condidit, & coloniam Macedonum caput esse ægypti iubet. Darius cum Babyloniam profugisset, epistolas Alexandrum deprecatus redimendarum sibi captiuarum potestatẽ faciat, inque eã rem magnã pecuniam pollicetur. Sed Alexander in precium captiuarum regnũ omne non pecuniã petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darij Alexandro reddunt̃, quibus filiæ matrimoniũ & regni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitq; supplicẽ uenire & regni arbitria uictori permittere Tũ spe pacis amissa bellũ darius reparat quadringẽtis milibus peditũ, & centũ milibus equitũ obuiã uadit Alexãdro. In itinere nũciat̃ uxorẽ eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiusq; mortẽ illachrymatũ Alexandrũ exequiasq; benigne ꝓsecutum, idq; eũ nõ amoris, sed humanitatis cã fecisse. Nã semel eã tantũ Alexandro uisam esse, cũ matrẽ paruulasq; filias eius frequentes cõsolaret̃. Tũc Darius seratus uere uictũ, cum post tot prælia et beneficijs ab hoste superaret̃, gratũq; sibi esse si uincere nequeat, ꝙ tali potissimũ uinceret̃. Scribit itaq; & tertias epistolas, & gratias agit, ꝙ nihil in suo hostile fecerit. Offert deinde maiorẽ partẽ regni usq; ad flumẽ eufratẽ, & alterã filiã uxorẽ, pro reliq̃s captiuis triginta milia talentorũ. Ad hoc Alexander gratiarũactionẽ ab hoste superuacaneam esse

respōdit, nec a se quicq̃ factũ in hostis adulatiõe, nec q̃ in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret, sed animi magnitudine, quam didicerit aduersus uires hostiũ nõ aduersus calamitates cõtendere. Polliceturq; se præstaturũ ea Dario, si secũdus sibi nõ par haberi uelit. Cæterũ neq; mũdũ posse duobus solibus regi, neq; orbem summa duo regna saluo statu terrarũ habere, proinde aut deditionẽ eadẽ die aut in posterã aciẽ paret, et nec polliceat̃ sibi aliã quã sit expertus uictoriã. Postera die aciẽ producũt cũ repente ante præliũ cõsertũ curis Alexãdrũ somnus arripuit. Cũ ad pugnã solus rex deesset a parmenione ægre excitatus quærentibus somni causas oĩbus inter pericula cũ etiã in ocio semꝑ parcior fuerit, magno se metu liberatũ ait, somnũq; sibi a repentina securitate datũ, q̃ licet cũ oĩbus Darij copijs cõfligere ueritũ se lõgã belli morã, si ꝑsæ exercitũ diuisissent, ante prælium utraq; acies hostibus spectaculo fuit, macedones multitudinẽ hominũ, corporũ magnitudinẽ, armorũq; pulchritudinẽ mirabãtur, persæ autẽ a tam paucis uicta suorum tot milia stupebãt. Sed nec duces circumire suos singulos cessabãt. Darius uix denis armatis singulos hostes, si diuisio fieret, euenire dicebat. Alexander macedonas monebat, ne multitudine hostium, ne corporis magnitudine, uel coloris nouitate mouerentur, tantum meminisse iubet, cum ijsdem se tertio pugnare, nec meliores factos putarent fuga, cum in aciem secũ tam tristẽ memoriam cædium suarũ, & tantũ sanguinis de duobus prælijs fusi ferrent. Et quẽadmodũ Dario maiorem turbã hominum

esse sic uiriũ sibi. Hortatur spernãt illã aciẽ auro & argento fulgentẽ, in qua plus prædæ quam periculi sit, cũ uictoria non ornamẽtorũ decore, sed ferri uirtute quæratur. Post hæc præliũ cõmittitur. Macedones in ferrũ cum contẽptu totiens a se uicti hostis ruebãt, contra persæ mori quam uinci præoptabant. Raro etiã ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Darius cum uinci suos uideret, uoluit mori & ipse, sed a proximis fugere cõpulsus est. Suadẽtibus deinde quibusdã ut pons Cydni fluminis ad iter hostiũ impediendum intercluderetur, non ita saluti suæ uelle cõsultũ ait, ut tot milia sociorũ hostibus obijciat, debere et alijs fugæ uiã patere, quæ patuerit sibi. Alexander autem periculosissima quæq; aggrediebatur, & ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semp ingerebat, periculosaq; sua esse nõ militũ uolebat. Hoc prælio Asiæ imperiũ rapuit quinto post acceptũ regnũ anno, cuius fœlicitas tãta fuit, ut hoc nemo rebellare etiã ausus sit patienter quæ Persæ post imperium, tot annorũ iugum seruitutis acceperint. Donatis refectisq; militibus. xxxiiij. continuis diebus prædã recognoscit. In urbe deinde clausa. xl. milia talẽtorũ inuenit. Expugnat et Hersepoli caput persici regni, urbẽ multis annis illustrẽ, refertãq; orbis terrarũ spolijs, quæ interitu eius primum apparuerunt. Inter hæc octingẽti admodũ græci occurrunt Alexandro, qui pœnam captiuitatis truncata parte corporum tulerant, rogãtes ut sicuti græciã se quoq; ab hostis crudelitate uindicaret. Data potestate redeũdi agros recipere maluerunt ne non tam gaudium parentibus q̃

detestandū sui conspectū reportarent. Interea Darius in gratiam uictoris a cognatis suis aureis compedibus cathenisq; in uico partorū tanea uincitur. Credo ita dijs immortalibus uindicātibus ut in terra eorum, qui successuri imperio erant, persarū regnū finiretur. Alexander quoq; citato cursu postera die superuenit, ibi q̄ cognouit Darium clauso uehiculo per noctem exportatum. Iusso itaq; exercitu subsequi cum. vij. milibus equitū fugientem insequitur. In itinere multa periculosa prælia fecit. Emensus deinde multa milia passuum cum nullum Darij indicium repperisset, respirandi equius data potestate, unus ex militibus dum ad fontem proximū pergit, in uehiculo Darium multis quidem uulneribus confossum, sed spirantem adhuc inuenit qui applicito captiuo cū ciuem ex uoce cognouisset, id saltem præsentis fortunæ solatium se habere dixit, q̄ apud intellecturum locuturus esset, nec incassum postremas uoces emissurus. Proferri hæc Alexandro iubet se nullis in eum meritorum officijs maximorū illi debitorem mori, q̄ in matre liberisq; suis regium eius non hostilem animum expertus, fœliciusq; hostem q̄ cognatos sortitus sit. Quippe & matri ac liberis suis ab eodem hoste uitam datam, sibi a cognatis ereptam, quibus & uitam, & regna dederit. Quā ob rem gratiā illi eam futuram, quam ipse uictor uolet Alexandro referre se, quam solam moriens potest gratiam precari superum & inferum numina, & regales deos, ut illi terrarum omnium uictori contingat imperiū pro se iustam magis q̄ grauem sepulturæ ueniā orare. Quod ad ultionē per



tineat iam non suam, sed exempli cõmuneq́ꝫ oium regum esse causam, quã negligere illi & indecorum esse & periculosum, quippe cũ in altero iusticiæ eius in altero etiam utilitatis causa uersetur, in quam rem unicũ pignus fidei regiæ dextrã se ferẽdã Alexãdro dare, post hæc porrecta manu expirauit. Quæ ubi Alexandro nunciata sunt uiso corpore defuncti tam indignam illo fastigio mortem lachrymis prosecutus est, corpusq́ꝫ regio more sepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

Iustini hystorici. Liber. XII.

a

Lexander in persequendo Dario amissos milites magnis funerũ impẽsis extulit reliquis expeditionis eius socijs. xv. milia talentorum diuisit. Equorũ maior pars æstu amissa, inutilesq́ꝫ etiã quæ superfuerant facti. Pecunia oĩs. clxx. milia talẽtorũ ex uictoria nuper cõgesta, eiq́ꝫ parmenio pficit. Dũ hæc agunt epistolæ Antipatri a macedonia reddunt, qbus bellũ Agidis regis spartanorũ i græcia, alexãdri regis epiri i italia, bellũ Zopirionis pfecti eius in scythia continebat, qbus uariæ affectus plus tñ lætitiæ cognitis mortibus duorũ æmulorũ regũ, q̃ꝫ doloris amissi cũ Zopirione exercitus suscepit. Nãq́ꝫ post pfectionẽ Alexãdri græcia ferme omnis in occasionem recuperandæ libertatis ad arma cõcurrerat, auctoritatem lacedæmoniorũ secuta, qui Philippi Alexandriq́ꝫ pacẽ soli spreuerant & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex lacedæmoniorum fuerat, quem motum Antipater contractis militibus i ipo ortu oppressit, magna tñ utrinq́ꝫ cædes fuit.

Agis rex cum suos terga dãtes uideret, dimissis satellitibus, ut Alexndro si non fœlicitate par uirtute inferior uideretur, tãtas strages hostium ædidit, ut agmina interdum fugaret. At extremum & si a multitudine uictus, gloria tamen omnes uicit, porro Alexander rex epiri in italiam a tarentinis auxilia aduersus brutios deprecantibus sollicitatus, ita cupide profectus fuerat, ut in diuisione orbis terrarũ Alexãdro Olympiadis sororis suæ filio oriens, & sibi occidens sorte contigisset, non minorem rerum materiam in italia, africa, siciliaq; quam ille in asia & in persis habiturus. Huc accedebat ut sicut Alexãdro magno delphica oracula ĩsidias in macedonia, ita huic rñsum dodonæi iouis urbẽ pãdosiã, amnẽq; acherusiũ pdixerant, q̃ utraq; cũ epyro essent, ignarus eadẽ et in italia esse ad declinãda fatorũ picula pegrinã militiã cupidus elegerat, igit̃ cũ in Italiã uenisset, primũ illi bellũ cũ appulis fuit, quorũ cognito urbis fato breui post tpe pacẽ & amicitiã cũ rege eorũ fecit. Erat nãq; tũc tpis urbs appulis Brũdusiũ, quã ætoli secuti famã rerũ in troia gestarũ clarissimũ ac nobilissimũ ducẽ Diomedem condiderant, sed pulsi ab appulis cõsulentes oracula rñsum acceperant, locũ quem repetissent perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa per legatos sub belli cõminatione restitui sibi ab appulis urbẽ postulauerãt, sed ubi appulis oraculũ innotuit, interfectos legatos in urbe sepeliunt, ppetuo ibi sedem habituros atq; ita defuncti respõso, diu urbẽ possederũt. Quod cum factum cognouisset Alexander epiri antiqtatis fata ueneratus, bello appulorum abstinuit. Gessit &

cum brutijs lucanisq; bellum, multasq; urbes cœpit, tum & cũ metapontinis, & rutulis, & romanis fœdus amicitiamq; fecit, sed brutij lucaniq; cũ auxilia a finitimis cõtraxissent, acrius bellum repetiuere. Ibi rex iuxta urbem Pandosiam & flumẽ acherusiũ nõ prius fatalis loci cognito noĩe q̃ occideret interficit, moriensq; non in patria fuisse sibi periculosam mortem, ppter quã patriã fugerat, intellexit, corpus eius tyrij publice redemptũ sepulturæ tradiderunt. Dum hæc aguntur in italia ʒophirion quoq; p̃fectus ponti ab Alexandro magno relictus occisum se ratus si nihil ip̃e gessisset adunato. xxx. miliũ militũ exercitu scythis bellum intulit, Cæsus cum om̃ibus copijs pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit. Hæc cũ nũciata in parthiam Alexandro essent, simulato mœrore propter Alexandri cognitionem exercitui suo triduo luctum induxit. Om̃ibus deinde uelut Darij morte perpetrato bello reditum in patriam expectãtibus coniuges & liberos suos animo iam quodammodo complectentibus, ad concionem exercitum uocat. Ibi nihil actum tot egregijs prælijs ait, si incolumis oriẽtalis barbaries relinquatur, nec se corpus, sed regnũ Darij petisse persequẽdosq; esse eos, qui a regno defecerint. Hac oratione uelut ex integro incitatis militum animis hyrcaniam Mardosq; subegit. Ibi ei occurrit Thalestris, siue Minothæa amaʒonũ regina cum. ccc. milibus mulieribus. xxv, dierum inter infestissimas gentes itinere cõfecto, ex rege liberos quæ situra, cuius conspectus aduentusq; admirationi fuit, & ppter insolitũ fœminis habitũ, & ppter expetitũ

cõcubitũ. Ob hoc. xxx. diebus ocio datis ut uisa ẽ uterũ implesse discessit. Post hæc Alexãder habitũ regnũ ꝑsarũ, & diadema insolitũ antea in regibus macedonicis uelut in leges eorũ quos uicerat, trãsiret assumit, q̃ ne inuidiosus et in se uno conspicerent̃, amicos quoq; suos lõgã uestẽ aureã purpureãq; sumere iubet ut luxũ quoq; sicuti cultũ imitaret̃ ꝑsarũ. Iter pellicũ regiarũ greges electæ pulchritudis nobilitatisq; noctiũ uices diuidit, His rebus ingentes epularum apparatus adiĳcit, ne ieiuna & destructa luxuria uideretur. Cõuiuium quoq; iuxta regiam magnificentiã ludis exornat, imemor prorsus tãtas opes amitti his moribus nõ quæri solere. Inter hæc indignatio oim totis castris erat, illũ a Philippo patre tantum degenerauisse, ut etiã patriæ nomẽ euitaret, moresq; persarũ assumeret quos ꝓpter tales mores uicerat. Sed ne solus uitiĳs eorum, quos armis subegerat, succubuisse uideretur, militibus quoq; suis ꝑmisit, si quarũ captiuarũ consuetudine tenerẽtur, ducere uxores existimans minorem in patriã reditus cupiditatẽ futuram habentibus in castris imaginem quandã larium ac domesticæ sedis simul, & laborem militiæ molliorem fore dulcedine uxorũ. In supplementa quoq; militũ minus exhauriri posse Macedonia si ueteranis patris tyrones succederent militaturi ĩ uallo, in quo nati essent, cõstantiores q; futuri, si nõ solum tyrocinia, uerumetiam incunabula in ipsis castris posuissent, quæ consuetudo in successores quoq; Alexandri mansit. Igitur & alimẽta pueris statuta, & instrumenta armorum, equorũq; iuuenibus data, & patribus pro numero filiorũ præ-

mia statuta, si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant, quorũ pueritia inter uarias expeditiões militia erat. Itaq; a paruula ætate periculis, laboribusq; indurati inuicti exercitus fuere, neq; castra aliter quam patriam, neq; pugnam aliud unquam quam uictoriã duxere, hæc soboles nomen habuit epigoni. Parthis deinde domitis præfectus his statuitur ex nobilissimis persarum Andragoras, unde postea originem parthorũ reges habuerunt. Interea non Alexander regio, sed hostili odio sæuire in suos cœpit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum, patris Philippi patriæq; mores subuertisse, ꝑpter quæ crimina, Parmenion quoq; senex dignitate regi proximus cum Philota filio de utroq; prius quæstionibus habitis interficiuntur. Fremere itaq; omnes uniuersis castris cœpere, innoxij senis filijq; casum miserantes interdum se quoq; nõ debere melius sperare dicentes. Quæ cum nunciata Alexandro essent, uerens ne hæc opinio etiam in macedoniam diuulgaretur, et ne uictoriæ gloria sæuitiæ macula offuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam uictoriarum nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere, ratiorem habituros occasionẽ propter militiam remotiorem, datos fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet, ex quibus cognito de se singulorum iudicio in unam cohortem eos qui de rege durius opinati fuerant contribuit, aut consumpturus eos, aut in ultimis terris ĩ colonas distributurus. Inde dracas, euergitas, parimas, parapãmenos hydaspios, cæterosq; populos, qui in radice caucasi morabãtur subegit.

Interea unus ex amicis Darij Bersus uinctus perdu-
citur qui regem non solum prodiderat, uerumetiam
interfecerat, quem in ultionē perfidiæ excruciandum
fratri Darij tradidit, reputās nō tam hostē suū fuisse
Darium, quā amicum eius, a quo esset occisus, & ut
his terris nomē relinqueret urbē Alexandriam super
amnē Tanain cōdidit intra diē septimū decimū mu-
ro. vi. milia passuum cōsumato, trāslatis eo trium ciui
tatum populis, quas Cyrus condiderat. In bastrianis
quoq; sogdianisq;. xij. urbes condidit, distributis his
quoscūq; in exercitu seditiosos habebat. His itaq; ge-
stis solēniq; die amicos in cōuiuiū uocat, ubi orta inter
ebrios rerum a Philippo gestarū mētione præferre se
patri ipse rerūq; suarū magnitudinē extollere cælo
tenus cœpit, assentante maiore conuiuarū parte, itaq;
cum unus ex senibus Clytus ductus fiducia amicitiæ
regiæ, cuius palmā tenebat, memoriā Philippi tuere
tur, laudaretq; eius res gestas, adeo regē offendit, ut
tælo a satellite rapto eundem in conuiuio trucidaue-
rit, qua cæde exultās mortuo patrociniū Philippi lau
demq; paternæ militiæ obiectabat. Postq; satiatus cæ
de animus quieuit, & in locum iræ successit existima
tio, modo personam occisi modo causam occidendi cō
siderans pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes
tam iracunde accepisse se quā nec conuitia debuisset,
amicūq; senem & innoxiū a se occisum inter epulas
& pocula dolebat. Eodem igitur furore in pœniten-
tiam quo pridem in iram uersus mori uoluit. Pri-
mum in fletus ꝓgressus āplecti mortuū uulnera tra
ctare, et quasi audiēdi cōfiteri demētiā, arreptū tælū

in se uertit, pegissetq; facinus ni amici interuenissent. Mansit hæc uoluntas moriendi etiam sequẽtibus diebus. Accesserat enim ad pœnitẽtiam nutricis suæ, & sororis Clyti recordatio, cuius absentis eum maxime pudebat, tam fœdam illi alimẽtorum suorũ mercedẽ redditam, ut in cuius manibus puerciam egerat, huic iuuenis, & uictor pro bñficijs funera remitteret, reputare deinde q̃ntum in exercitu suo, q̃ntum apud gẽtes deuictas fabularũ atq; inuidiæ, q̃ntum apud cæteros amicos metum, & odium sui fecerit, quam amarum & tristẽ reddiderit cõuiuium suum, non armatus in acie quam in conuiuio sedẽs terribilior. Tunc parmenio æ philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc nouerca fratresq; interfecti, tunc Attalus, Eurylotus, Pausanias, aliijq; macedoniæ extincti principes occurrebãt, ob hæc illi quatriduo pseuerata inedia est, donec exercitus uniuersi precibus exoratus est precantis ne ita mortẽ unius doleat, ut uniuersos pdat, quos in ultimam deductos barbariam inter infestas & irritatas gentes bello destituat, multum profuere, & callisthenis philosophi preces condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, & tunc ab ipso rege ad prodẽda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellũ animo Chorasmos & Dracas in deditionẽ accepit, deinde quod primo ex psico supbiæ regiæ more distulerat, ut omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, quæ res et illi et multis principibus macedonum exitio fuit, siquidẽ sub specie insidiarũ omnes interfecti, retentus tamen est macedonibus mos sa-

lutandi regis explosa adoratione. Post hæc indiã pe
tit, ut Oceano ultimo oriẽte finiret imperium, cui glo
riæ ut etiam exercitus ornamenta conuenirẽt, faleras
equorum et arma militum argẽto inducit, exercitũq;
suum ab argenteis clipeis argyraspidas appellauit.
Cum ad nysam urbem uenisset oppidanis non repu-
gnantibus fiducia religionis liberi patris, a quo con-
dita urbs erat, parci iussit lætus non militiam tãtum,
uerũetiam uestigia se dei secutum. Tunc ad spectacu-
lum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bo-
nis uitæ, hæderaq; uestiti non aliter, quã si manu cul
tus colentium quæ industria exornatus esset. Sed ex-
ercitus eius ubi ad montem accessit, repẽtino mẽtis im
petu in sacros dei ululatus instinctus cum stupore re-
gis sine noxa discurrit, ut intelligeret nõ tam oppi-
danis parcendo quã exercitui suo se consuluisse. Inde
mõtes dædalos, regnaq; cleophidis reginæ petit, quæ
cum se dedisset eius cõcubitu redẽptum regnũ ab Ale
xandro recepit, illecebris cõsecuta, quod armis non po
tuerat, filiũq; ab eo genitũ Alexandrum noĩauit, qui
postea regno indorũ potitus est. Cleophis regina pro
pter prostratam pudicitiã scortũ regiũ exinde appel-
lata est ab indis. Peragrata india cũ ad saxũ miræ ma
gnitudinis & asperitatis, in quod multi populi cõfu
gerãt, ꝑuenisset, cognoscit. Herculẽ ab expugnatione
eiusdẽ saxi terræ motu prohibitũ. Captus itaq; cupi-
dine Herculis acta superare cũ summo labore ac pericu
lo potitus saxo eius omnes loci gẽtes in deditionẽ acci
pit. Vnus ex regibus indorũ fuit Porus nõie uiribus
corporis et animi magnitudine ꝑiter insignis, qui bellũ

ferro audiētes sagittas ueneno armant atq; ita gemi-
no mortis uulnere hostem a muris summouētes pluri
mos interficiūt. Cum inter multos lætaliter uulnera-
tus etiā Ptolomæus, moriturusq; iā uideretur, p quie-
tem regi monstrata in remedia ueneni herba est, qua
in potu accepta statim periculo est liberatus, maiorq;
pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata dein-
de urbe reuersus in naues oceano libamēta dedit, pro
sperum in patriā reditū precatus ac ueluti curru cir-
ca metam acto positis imperii terminis, qua sinus aut
terrarū solitudines prodire passæ sunt, aut mare naui
gabile fuit, secundo æstu ostio fluminis indi inuehi
tur. In monumēta rerum a se gestarū urbem barcē cō-
didit, arasq; statuit relicto ex numero amicorū littora
libus indis præfecto. Inde iter terrestre facturus cum
arida loca medii itineris dicerētur, puteos opportunis
locis fieri præcepit, quibus ingēti dulci aqua inuenta
babilbiam redit. Ibi multæ deuictæ gētes pfectos suos
accusauerūt, quos sine respectu amicitiæ Alexander
in conspectu legatorum necari iussit. Post hæc Darii
regis filiam Staturā in matrimoniū recepit, sed opti
matibus macedonū lectas ex omnibus gentibus nobi-
lissimas uirgines tradidit, ut cōmuni facto crimen re
gis leuaretur. Tunc ad concionē exercitum uocat, &
promittit se æs alienū omniū propria impensa solutu
rum, ut prædam præmiaq; integre domū ferāt. Insi-
gnis hæc munificētia nō summa tantū, uerūetiam titu
lo muneris fuit, nec a debitoribus magis quam a credi
toribus gratius accepta, quoniā utrisq; exactio pari-
ter ac solutio difficilis erat. xxiii. milia talētorū in nos

ſumptus expenſa. Dimiſſis ueteranis exercitum ex iu-
nioribus ſupplet, ſed retenti ueteranorum diſceſſum
ægre ferentes miſſionē & ipſi flagitabāt, nec annos,
ſed ſtipēdia ſua numerari iubebāt, pariter in militia
lectos pariter ſacramēto ſolui æquū cenſentes, nec id
pcibus, ſed conuicio agebant, iubentes eum ſolum cū
patre ſuo Hammone finire bella, ut milites ſuos faſti
diat. Contra ille nunc caſtigare milites, nunc lenibus
uerbis monere, ne glorioſam militiā ſeditionibus infu
ſcarent, ad poſtremū cum nihil pficeret uerbis, ad cor
ripiendos ſeditionis auctores e tribunali in concionē
armatā inermis ipſe deſiliit, et nemine prohibēte. xiii.
correptos, manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantā uel
illis moriendi patientiā metus regis, uel huic exigen
di ſupplicia conſtantiā diſciplina militaris dabat. In
de ſeparatim auxilia perſarum in concionem alloqui
tur. Laudat perpetuam illorum tum in ſe, tum in pri-
ſtinos reges fidem, ſua in illos beneficia memorat, ut
nunq̄ quaſi uictos, ſed ueluti uictoriæ ſocios habue-
rit. Deniq; ſe in illorum non illos in genitis ſuæ morē
tranſiſſe, affinitatibus connubiorū uictos uictoribus
cōmiſcuiſſe. Nunc quoq; ait cuſtodiā corpis ſui nō ma-
cedonibus tantū ſe uerū etiam illis crediturū. Atq; ita
mille ex his iuuenes in numerum ſatellitum legit, au
xiliorū quoq; portionē armatam in diſciplinā mace-
donum exercitui ſuo miſcet, quā rem ægre macedones
tulerint iactantes hoſtes ſuos in officiū ſuum a rege
ſubactos. Tūc uniuerſi flentes regē adeunt, orant, ut
ſuppliciis ſuis potius ſaturet ſe quam contumeliis,
qua modeſtia obtinuerunt, ut. xi. milia militum uete-

ranorum exauctoret, sed ex amicis dimissi senes Polypercon, clytos, gorgias, polidamas, antigonas. Dimissis his crateris præponitur iussus præesse macedonibus in Antipatri locū. Antipatrūq; cum supplemento tyronum in locum eius uocat, stipendia reuertentibus ueluti militantibus data. Cum hæc aguntur, unus ex amicis eius Ephestion decedit dotibus primo formæ, pueritiæ mox obsequijs regi percarus, quem decus regium Alexāder diu luxit, tumulumq; ei.xij.milia talētorum fecit, cumq; post mortem coli, ut deū iussit. Ab ultimis littoribus oceani babyloniā reuertenti nunciātur legationes carthaginensium, cæterarumq; africæ ciuitatum scilicet hispaniarū siciliæ galliæ sardiniæ, nōnullas quoq; ex italia eius aduētum babyloniæ operire, adeo uniuersum terrarum orbem nominis eius terror inuaserat, ut cunctæ gentes ueluti destinato ibi regi adularentur. Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti uelut conuentū terrarū orbis acturo quidam ex magis prædixit, ne urbem introiret testatus hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa babylonia in byrsiam urbem trans euphratē desertam olim cōcessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho compulsus est rursum magorum prædicta contemnere, ut falsa, ut incerta, & si fatis constent ignota mortalibus, ac si naturæ debeantur, immutabilia. Reuersus igitur Babyloniā multis diebus ocio deditis intermissum olim cōuiuiū solēniter instituit, totusq; in lætitiā fusus cū diei noctē coniunxisset peruigilē, iam e conuiuio medicus Thessalus instaurata comessatione & ipsum et sodales eius inuitat. Accepto poculo me

dia potione repente ueluti tælo Alexāder confixus in gemuit. Elatusq; e conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est, ut ferrū in remedia posceret, tactūq; hominum uelut uulnera indolesceret. Amici causam morbi intēperiem ebrietatis dissæminauerūt. Re autē uera insidiæ fuerunt, quarum infamiā successorū potentia oppressit. Auctor insidiarū antipater fuit, qui cum carissimos amicos eius interfectos uideret, Alexādrum generū suum lyncistarū occisum, se magnis rebus in græcia gestis, non tā gratum apud regē quam inuidiosum esse, a matre quoq; eius Olympiade uariīs se criminationibus uexatū. Huc accedebant ante paucos dies supplicia in præfectos deuictarum nationū crudeliter habita, ex quibus rebus se quoq; a macedonia nō ad societatē militiæ, sed ad pœnā euocatū arbitrabatur. Igitur ad occupādum regē Cassandrū filium dato uenena subornat, qui cū fratribus Philippo & iola ministrare regi solebat, cuius ueneni tanta uix fuit ut nō ære, nō ferro, nō testa contineret, nec aliter ferri nisi in ungula equi potuerit, præmonito filio ne aliī quam thessalo & fratribus crederet. Hac igitur ex causa apud Thessalū paratū repetitūq; cōuiuium est, Philippus & iolas prægustare potum regis soliti in aqua frigida uenenum habuerunt, quam prægustatam iam potioni supermiserunt. Quarto die Alexāder indubitatam mortem sentiēs agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait. Nam plærosque æcidarum inter trigesimum annum defunctos, tumultuantes deinde milites insidīs perire regem suspicantes ipse sedauit, eosq; omnes cum

prolatus in æditissimũ urbis locũ esset ad cõspectum suum admisit, osculandãq; dextrã suã flentibus porrexit. Cum lachrymarẽt omnes, ipse non sine lachrymis, tantum, uerumetiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit, ut quosdã impatientius dolentes consolatus sit. Quibusdam mandata ad parentes eorum dedit, adeo sicut in hostẽ, ita & in mortẽ inuictus animus fuit. Dimissis militibus amicos circunstantes percunctatur, uideantur ne similem sibi reperturi regem, tacentibus cũctis tunc ipse ut hoc ne sciat, ita illud scire uaticinariq; se ac pœnæ oculis uidere dixit, quantũ sit in hoc certamine sanguinis fusura macedonia, quãtis cædibus, quo cruore mortuo sibi parẽtatura. Ad postremũ corpus suũ in Hãmonis tẽplo cõdi iubet. Cũ deficere eũ amici uiderẽt, quærunt quem imperij faciat heredem, respondit dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cũ Herculẽ filium, cum fratrem Arideum, & cũ Roxanẽ uxorẽ prægnantem relinqueret, oblitus necessitudinũ dignissimũ nũcuparet hæredem. Prorsus quasi nefas esse uiro forti aliũ quã uirum fortẽ succedere, aut tanti regni opes alijs quã probatis relinqui. Hac uoce ueluti bellicũ inter amicos cecinisset aut malũ discordiæ misisset, ita omnes in æmulationẽ cõsurgũt, & ambitione uulgi tacitũ fauorẽ militum quærũt. Sexto die præclusa uoce exẽptum digito annulũ perdicæ, tradiditq; res gliscentẽ amicorũ dissensionẽ sedauit. Nã & si nõ uoce nuncupatus hæres, iudicio tñ electus esse uidebatur. Decessit Alexãder mẽse uno, annos tres & .xxx. natus uir supra humanã potẽtiam magnitudine animi præ

ditus. Quã nocte eum mater Olympias concepit uisa per quietẽ est cum ingenti serpente uoluptari, nec dei decepta somnio est. Nã profecto maius humana mortalitate opus utero tulit, quã cum æacidarum gens ab ultima sæculorũ memoria, & regnum patris fratris mariti ac deiceps maiorũ omniũ illustrauerit, nullius tamẽ noie quã filij clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nõnulla apparuerũt. Nã ea die qua natus est duæ aquilæ tota die prepetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperij europæ, asiæq; præferentes, eadẽq; die nunciũ pater eius duarũ uictoriarũ accepit, alterius belli illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarũ currus miserat, quod omen uniuersarũ terrarũ uictorias infanti portẽdebat. Puer accerrimus litterarũ studijs eruditus fuit, Exacta pueritia per quinquenniũ sub Aristotele doctore inclyto omniũ philosophorũ creuit. Accepto deinde imperio regẽ se terrarum oim ac mũdi appellari iussit, tantãq; fiduciam suis militibus fecit ut illo presente nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaq; cum nullo hostiũ unquã congressus est, quem non uicerit. Nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit. Nullam gentem adijt, quã nõ calcauerit. Victus deniq; ẽ ad postremũ nõ uirtute hostili, sed insidijs suorũ & fraude ciuili.

Iustini Historici Liber. XIII.

e Xtincto in ipso ætatis ac uictoriarũ flore Alexandro magno triste apud omnes, totamq; babyloniam silentium fuit, Sed nec deuictæ gentes fidem nuncio habuere, ꝙ ut inui

ctum regem sic immortalem eũ crediderant. Recordã tes quotiens presenti morti ereptus esset, quam sæpe ferro amisso repente se non sospitem tantum suis ue runetiam uictorem obtulisset. Vt uero mortis eius fi des affuit, omnes barbaræ gentes pauloante ab eo de uicte nõ ut hostẽ eũ, sed ut parẽtẽ luxerũt. Mater quo q; Darij regis, quẽ amisso filio a fastigio tantæ maie statis in captiuitatẽ redactã indulgẽtia uictoris in eã diẽ uitæ nõ pœnituerat, audita morte Alexãdri mor tem sibi ipa consciuit, non ꝙ hostem filio pferret, sed ꝙ pietatẽ filij in eo, quẽ hostem timuerat expta esset. Cõtra Macedones uersa uice nõ ut ciuem ac tãtæ ma iestatis regem, uerũ ut hostem amisissent gaudebant. seueritatem nimiã, & assidua belli pericula execran tes. Huc accedebat ꝙ principes regnum & imperia, uulgus militum thesauros & grãde pondus auri ue lut inopinatam prædam spectabant. Illi successionẽ regni, hi opũ ac diuitiarũ hæreditatẽ cogitantes. Erãt enim in thesauris. c. milia talentũ, & in anno uectiga li tributo. ccc, milia. Sed nec amici Alexandri frustra regnum expectabant. Nam eius uirtutis erant, ac ue nerationis, ut singulos reges putares. Quippe ea for mæ pulchritudo & proceritas corporis & uiri, ac sa pientiæ magnitudo in oibus fuit, ut qui eos ignora ret, nõ ex una gẽte, sed ex toto terrarũ orbe electos iu dicaret, neq; eñ unꝗ̃ antea macedonia, uel ulla gens alia tam clarorũ uirorũ puentu floruit, quos primũ Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, ut nõ tam ad societatem belli, quam in successionem regni electi uiderentur. Quis igitur miretur talibus mini

ſtris orbem terrarum uictum cum exercitus macedo-
num a tot non ducibus, ſed regibus regeretur, qui nũ-
quam ſibi pares, ſi non inter ſe concurriſſent. Multoſ
ꝗ macedonia pro uno Alexandro habuiſſet, niſi for-
tuna eos ex æmulatione uirtutis in perniciem mutuã
armaſſet. Cæterũ occiſo Alexandro non ut lætitia &
ſecuri fuere omnibus in unum locum cõpetẽtibus, nec
minus milites inter ſe timebant, quorum & libertas
ſolutior & fauor incertus erat. Inter ipſos uero æqua
litas diſcordiam augebat, nemine tantum cætero exce
dente, ut ei aliquis ſummitteretur. Armati itaq; in re
gia coeunt ad formandum rerum præſentium ſtatũ
Perdicas cenſet Roxanis expectari partũ, quæ exacto
menſe octauo matura iam ex Alexãdro erat, et ſi pue
rum peperiſſet, hunc dari ſucceſſorem patri. Melea-
ger negat differenda in partus dubios cõſilia, nec eſſe
expectandum dum reges ſibi naſcerẽtur, cum iam ge
nitis uti liceret, ſeu ſi puer illis placeat eſſe perga-
mi filium Alexandri natum ex Marſinæ nomine
Herculẽ, ſeu mallent iuuenẽ eſſe in caſtris fratrẽ Ale
xandri Arideum comitẽ, & cunctis non ſuo tantũ ue-
rum patris Philippi nomine acceptiſſimũ. Cæterum
Roxanẽ eſſe originis perſicæ, nec eſſe fas, ut macedo
nibus ex ſanguie corũ quorũ regna deleuerint reges
cõſtituant, quod nec ipm Alexãdrũ uoluiſſe dicit. De-
niq; morientem nullam de eo mentionẽ feciſſe. Ptolo
mæus recuſat regem Aridenm, non propter maternas
modo ſordes, ꝙ ex lariſſæo ſcorto naſceretur, ſed etiã
propter inualitudinem maiorem quam patiebat̃, ne il
le nomen regis alius imperium teneret, & melius

esse ex his legi, qui pro uirtute regi suo proximi fue-
rint, qui prouincias regant, quibus bella mandentur,
quam sub persona regis indignorum subijciantur im-
perio. Vicit Perdicæ sententia ex consensu uniuerso-
rum. Placuit itaq; Roxanis expectari partũ, & si pu-
er natus fuisset tutores Leonatum & perdicã Crate-
ron & Antipatrum cõstituunt, confestimq; in tutorũ
obsequia iurant cum equites quoq; idem fecissent, pe
dites indignati nullas sibi consiliorũ, partes relictas,
Arideum alexãdri fratrem regem appellãt, satellis-
tesq; illi ex tribu sua legunt, & noĩe philippi patris
uocari iubent, quæ cum nunciata equitibus essent, le-
gatos ad mitigãdum eorum animos duos ex proceri-
bus Attalum & Meleagrũ mittunt, qui potẽtiam ex
uulgi adulatione quærentes omissa legatione militi-
bus consentiunt, statim & seditio creuit ubi caput &
consilium habere cœpit. Tunc ad delendũ equitatum
cuncti armati in regiam irrumpũt, quo cognito equi-
tes trepidi ab urbe discedunt, castrisq; positis & ipsi
pedites terreri cœperũt. Sed nec procerũ inter se odia
cessabãt. Attalus ad interficiendũ Perdicam ducẽ al-
terius patris mittit, ad quem armatũ & ultro ꝓuocan
tem cum accedere percussores ausi non fuissent, tanta
constantia Perdicæ fuit, ut ultro ad pedites ueniret, et
in concionẽ euocatos edoceret. Quod facinus moliren-
tur respicerent, contra quos arma sumpsissent, nõ illos
persas sed macedones, non hostes sed ciues esse. Plæ-
rosq; etiã cognatos eorum certe & cõmilitones eorũ-
dem castrorũ & periculorum socios, edituros deinde
egregiũ hostibus suis spectaculũ, ut quorum armis ui-

ctos se doleant, eorum mutuis cædibus gaudeãt, parẽtaturosq; sanguiẽ suo manibus hostiũ a se interfectorum. Hæc cum p singulari facundia sua Perdica perorasset, adeo mouit pedites, ut pbato consilio eius dux ab omnibus legeretur. Tum etiã equites in concordiã reuocati in Arideum regẽ cõsentiunt. Seruata ẽ portio regni Alexandri filio si natus esset. Hoc agebant posito in medio corpore Alexandri ut maiestas eius testis decretorũ esset. His itaq; compositis macedoniæ & græciæ Antipater pponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur. Castrorũ exercitus & rerum cura Maleagro et Perdicæ assignaĩ, iubeturq; Arideus corpus alexãdri in Hãmonis templum deducere. Tũc pdica infensus seditionis auctoribus repẽte ignaro collega lustrationẽ castrorũ propter mortẽ regis in posterũ edicit. Postq; armatũ exercitum in cãpo cõstituit consentiẽtibus uniuersis euocatos duntaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Reuersus deinde inter principes puincias diuidit simul ut remoueret æmulos, & munus ĩperij bñficij sui faceret. Prima ptolomeo ægyptus & africæ arabiæq; pars sorte uenit, quem ex gregario milite Alexander uirtutis causa prouexerat, cui ad tradendam prouinciam Cleomenes qui Alexandriam edificauerat, datur Cõfinem huic prouinciæ syriam Laomedõ mytilenæus, ciliciam philotas cum filio & illyrios accipiunt. Mediæ maiori acropatos, minori alceta frater perdicæ præponitur. Susania gens Syno, phrygia maior antigono Philippi filio assignatur. Lyciam & pamphyliam Learchus, Cariam, Cassander,

Lydiam Menander sortiuntur. Leonato minor phrygia euenit, Thracia & regiones pontici maris Lysimacho, Cappadocia cũ paphlagonia Eumei datur, summus castrorum tribunatus Seleuco antiochi filio cessit. Stipatoribus regis satellitibusq; Cassander filius antipatri præficitur. In bactriana ulteriore & indiæ regionibus priores præfecti detenti. Seres inter amnes duos hydaspem & indum taxilles habebat. In collonias in indis cõditas phyton agenoris filius mittitur, parapomenos fines caucasi montis axiarches accepit. Draicas & argæos Statanor, bactrianos amyntas sortitũ. Sagilianos scythæus. Nicanor parthos. Philippus hyrcanos. Fratafrarnes armenios. Neoptolemus persas. Peutestes babylonios. Arthous pelasgos. Archesilaus mesopothamiam adepti sunt. Hæc diuisio cum ueluti fatale munus singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore quasi regna non præfecturas diuisisset, sic reges ex pfectis facti magnas opes non sibi tantum parauerunt, uerum & posteris reliquerunt. Cum hæc in oriente aguntur, in græcia Athenienses & ætoli bellum, quod iam uiuo Alexandro mouerãt, summis uiribus instruebant. Causæ belli erãt, quod reuersus ab india Alexãder epistolas in græciã scripserat, quibus omniũ ciuitatũ exules præter cædis dãnatos restituebantur, quæ recitatæ præsente uniuersa græcia in mercato Olympiaco magnos motus fecerant, ꝗ plurimi non legibus pulsi patria, sed per factionem principum fuerant, uerẽtibus iisdẽ principibus ne reuocati potẽtiores in republica fierẽt

Palam igitur iam tunc multæ ciuitates libertatẽ bello uĕdicandã fremebãt. Principes tantũ omniũ Atheniẽses & ætoli fuere, quod cũ nunciatum esset Alexandro mille naues lõgas socijs imperij præceperat, quibus in occidẽte bellum gereret, excursurusq; cum ualida manu fuerat ad athenas delẽdas. Igitur Athenienses contracto triginta miliũ militũ exercitu, et. cc. nauibus bellũ cum Antipatro, cui græcia sorte euenerat, gerunt, eumq; detractantẽ præliũ, & heracleæ urbis mœnibus tuentẽ, se obsidione cinxerunt. Eodẽ tpe Demosthenes Atheniẽsis orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpago auri, qui crudelitatẽ Alexãdri fugerat, quod ciuitatẽ in eiusdẽ Alexãdri bellum impelleret. Forte megaris exulabat, qui cum missum ab Atheniẽsibus hyperidem legatũ cognouit, q̃ peloponnenses in societates armorũ sollicitaret, secutus eũ Siciona, argos, & Corynthũ, cæterasq; ciuitates eloquentia sua Atheniensibus iunxit. Ob quod factum missa ab atheniensibus obuiam naui ab exilio reuocatur. Interim in obsidione Antipatri Leosthenes dux Atheniensium tæla e muris in transeuntem iacto occiditur, quæ res tantum animorum antipatro dedit, ut etiam uallum rescindere auderet. Auxilium deinde a Leonato petit per legatos, qui cum uenire nunciaretur cum exercitu, obuij ei atheniẽses cum instructis copijs fuere, ibiq; equestri prælio graui uulnere ictus, extinguitur. Antipater & si auxilia sua uideret deuicta, morte tamẽ leonati lætatus est. Quippe et æmulũ sublatũ et uires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cum par hosti-

bus etiam prælio uideretur, solutus obsidione in macedoniã concessit, græcorũ quoq; copiæ a finibus græciæ hoste pulso in urbes dilapsæ sunt. Interea Perdicca bello innoxio Ariarathi regi cappadocũ illato prælioq; uictor nihil præmij præter uulnera & pericula rettulit. Quippe hostes ab acie in urbẽ recepti occisis cõiugibus, & liberis domos quisq; suas cum omnibus copijs incẽderunt. Eodẽ congestis etiam opibus semetipsi præcipitant, ut nihil hostis uictor suarum rerum præter incẽdij spectaculo frueretur. Inde ut uiribus auctoritatẽ regiã acquireret ad nuptias Cleopatræ sororis Alexandri magni & alterius Alexandri quondã uxoris nõ aspernãte Olympiade matre eius intendit, sed prius Antipatrũ sub affinitatis obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit se in matrimoniũ filiam eius petere, quo facilius ab eo supplemẽtum tyronum ex macedonia obtineret, quẽ dolum præsentiente Antipatro, dum duas eodẽ tpe uxores quærit, neutrã obtinuit. Post hæc bellum inter Antigonum & Perdiccam oritur Antigono Crateros et Antipater auxiliũ ferebant, qui facta cum Atheniẽsibus pace Polypercõta græciæ & macedoniæ præponũt. Perdicca alienatis rebus Arideum et Alexãdri magni filiũ in cappadociam, quorum cura illi mãdata fuerat de summa belli in cõsilium adhibet, quibusdã placebat bellum in macedoniã transferri ad ipsum fontẽ et caput regni, ubi & Olympias esset mater Alexandri, non mediocre momẽtum patriũ & ciuium fauor, propter Alexãdri Philippiq; noĩa, sed in rẽ uisum ẽ ab ægypto incipere, ne in macedoniã profectis asia a Ptolo-

mæo occuparetur. Eumeni præter prouincias quas ac ceperat Paphlagonia, & Caria, & Lycia, & Phrygia adiiciuntur. Ibi Craterũ & Antipatrũ opperiri iubẽtur, adiutores ei dantur cum exercitibus suis frater Perdicæ Alcetas, & Neoptolomæus Clyto cura classis traditur. Cilicia philotæ adẽpta Filoxeno datur, ipse Perdica ægyptum cum ingẽti exercitu petit, sic macedonia in duas ptes discurrentibus ducibus in sua uiscera armatur, ferrũq; ab hostili bello in ciuilẽ sanguinẽ uertit, exẽplo furentium manus ac mẽbra sua ipsa cæsura. Sed Ptolomeus in ægypto solerti industria magnas opes parabat. Quippe & ægyptios insigni moderatione in fauorẽ sui solicitauerat, et reges finitimos bñficiis obsequiisq; deuinxerat, terminos quoq; imperii acquisita cyrene urbe ãpliauerat, factusq; iam tantus erat, ut nõ tam timeret hostes quã timendus ipse hostibus esset. Cyrene autẽ condita fuit ab aristeo, cui nomẽ battos propter linguæ obligationem fuit. Huius pater Cirnus rex theramenis insulæ cum ad oraculũ delphos propter dedecus adolescẽtis filii nondũ loquẽtis deũ deprecaturus uenisset respõsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus affricã petere, & urbẽ cyrenẽ condere, usum linguæ ibi accepturus. Cum respõsum ludibrio simile uideretur propter similitudinẽ thæramenis insulæ, ex qua coloni ad urbem condendam in africam tam longinquæ regionis proficisci iubeantur, res omissa est. Interiecto deinde tempore uelut contumaces ex pestilentia deo parere compelluntur quorum tam insignis paucitas fuit, ut uix unam nauem complerent, cum uenissent

in Africam pulsis accolis montem cyram, et propter amœnitatem loci, & propter fontis ubertatem occupauere. Ibi battus dux eorum linguæ nodis solutis, loqui primum cœpit, quæ res animos eorum ex promissis dei iam parte percepta, in reliquam spem condende urbis accēdit. Positis igitur castris opinionem ueteris fabulæ accipiunt. Cyrenē eximie pulchritudinis uirginem a Thessaliæ mōte pelio ab Apolline raptam platamq; in eiusdē mōtis iuga, cuius collem occupauerat, adeo repletam quattuor pueros peperisse. Nominū Aristeum, Eutocū, Ageū missos a patre Hypsco rege Thessaliæ, qui pquirerēt uirginē, loci amœnitate captos in iisdē terris cum uirgine resedisse, ex his pueris tres adultos in thessaliam reuersos auita regna cœpisse. Aristeum in Arcadia late regnasse, eūq; primum & apium & mellis usum & lactis coaguli hominibus tradidisse, solsticialisq; ortus & siderū primum inuenisse, quibus auditis battus uirginis nomine ex respōsis agnito, urbē Cyrenem condidit, Igitur Ptolomæus huius urbis auctus uiribus bellū in aduentum Perdicæ parabat, sed perdicæ plus odiū arrogantiæ q̄ uires hostium nocebant, quē exosi etiā socii ad Antipatrū gregatim cōfugiebāt. Neoptolemæus quoq; in auxiliū Eumeni relictus nō solum transfugere, uerūetiā prodere partiū exercitum uoluit, quā rem cum præsensisset Eumenes cū pditore decernere prælio necesse habuit, Victusq; Neoptolemæus ad antipatrū et polypercōta pfugit, hisq; psuadet ut cōtinuatis māsiōibus læto ex uictoria & securo fuga sua Eumeni supueniat, sed res Eumenē nō latuit. Itaq; insi

diæ in insidiatores versæ, & qui securũ aggressuros se putabant securis itinere, & ꝑuigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio polypercõ occidit. Neoptolemæus quoq; cum Eumene cõgressus diu mutuis uulneribus acceptis colluctatus est, & in summa uictus occumbit. Victor igitur duobus prælijs continuis Eumenes, afflictas partes transactione sociorum paululũ sustẽtauit. Ad postremũ tñ ꝑdica occiso ab exercitu hostis cũ Phytone et Illyrio et Alceta fratre ꝑdicæ rex appellat̃, bellũq; aduersus eos antigono decernit̃.

Iustini Historici Liber Decimusquartus.

e Vmenes Vt Perdicã occisum, se ut hostẽ a macedonibus iudicatũ, bellũq; ãtigono decretũ cognouit, ultro ea militibus suis iudicauit, ne fama aut rem in maius extolleret, aut militum aĩos rerũ nouitate terreret, simul ut an cõtra se aĩati essent cognosceret, sumpturus cõsilium ex motu uniuersorum cõstanter tñ præfatus est, si cui hæc terrori essent habere eũ dicẽdi ptãtẽ, qua uoce adeo cunctos in studium partium suarũ induxit, ut ultro illũ omnes hortarẽtur, rescissurosq; se ferro decreta macedonum affirmarẽt, tunc exercitu in ætholiã promoto, pecunias ciuitatibus imperat, recusantes dare hostiliter diripit. Inde sardis profectus est ad Cleopatrã sororem Alexãdri magni, ut eius uoce cẽturiones principalesq; cõfirmarẽtur, existimaturus ibi maiestatem regiam ueriti, unde soror Alexandri staret, tanta ueneratio magnitudinis Alexandri erat ut etiam ꝑ uestigia mulierum fauor sacrati eius nois quæreretur, cum reuersus ĩ castra eẽt, epistolæ totis castris abiectæ

inueniuntur, quibus, ĩs qui Eumenes caput ad Antigonum detulissent magna præmia definiebant. Iis cognitis Eumenes uocatis ad concionẽ militibus prio gratias agit, q̃ nemo inuẽtus sit, qui spem cruẽti præmij fidei sacramẽto anteponeret, tamen deinde calli de subnectit confictas a se has epistolas, ad expediendos suorum animos esse, cæterum salutẽ suam in omnium potestate esse, nec Antigonũ, nec quẽq̃ ducũ sic uelle uincere, ut ille in se exẽplum pessimum statuat. Hoc facto & in præsenti labanitũ animos deterruit, & in futurum prouidet, ut siquid simile accidisset nõ se ab hoste corrumpi, sed a duce tentari milites arbitrarẽtur, omnes igitur operã suam certatim ad custodiam salutis eius offerũt. Interim Antigonus cũ exercitu superuenit, castrisq; positis postera die in aciem ꝓcedit. Nec Eumenes morã prælio fecit, qui uictus in munitum quoddã castellũ confugit, ubi cum uideret se fortunam obsidionis subiturũ, maiorem exercitus partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur: aut obsidio ipsa multitudine grauaretur, legatos deinde ad Antipatrum (qui solus par antigoni uiribus uidebaĩ) supplices mittit a quo cum auxilia Eumeni missa antigonus didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidẽ solutus ad tẽpus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat, omnia igitur circũspiciẽti optimũ uisum est, ad alexãdri magni argyraspidas inuictum exercitum, & tot uictoriarum ꝑfulgentem gloria decurrere, sed argyraspides post alexãdrũ omnes duces fastidiebãt, sordidã militiã sub aliĩs post tanti regis memoriã exi

stimantes. Itaq; Eumenes blandimẽtis agere, singulos suppliciter alloqui, nũc cõmilitones suos, nunc patronos appellãs piculorum & operum oriẽtalium socios, nũc refugia salutis suæ, & unica præsidia cõmemorans, solos esse quorũ uirtute oriens sit domitus, solos qui militiã liberi patris qui Herculis monumẽta superauerint, per hos Alexãdrum magnũ factum, per hos diuinos honores & imortalẽ gloriã consecutum, orat ut non tam ducem se q̃ cõmilitonẽ recipiãt unumq; ex corpore suo esse uelint. Receptus hac lege paulatim imperiũ primum monẽdo singulos mox q̃ pperam facta erant blande corrigẽdo usurpat, nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremũ cum Antigonum uenire cũ exercitu esset nunciatum, cõpellit eos in aciẽ descẽdere. Ibi dum ducis imperia cõtẽnunt, hostium uirtute superant̃ in eo p̃lio non gloriã tantum tot bellorum, uerumetiã cum cõiugibus & liberis præmia longæ militiæ parta pdiderunt. Sed & eumenes qui auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat uictos hortabat̃, nam & uirtute eos superiores fuisse affirmabat, quippe ab his quinq; milia hostium cæsa & si in bello perstent, ultro hostes pacem petituros damna quibus se putent uictos, duo milia mulierum & paucos infantes & seruitia esse, quæ melius uincẽdo possint reparare, q̃ deserẽdo uictoriam, porro argyraspides neq; fugam se tentaturos dicunt, post dãna matrimoniorum, & post coniuges amissas, neq; bellum gesturos contra liberos suos. Vltroq; eum conuitijs agitant, q̃ se post tot annos emeritorum stipen

diorũ redeũtes domũ cum præmijs tot bellorũ ab ipsa
missione rursus in nouã militiã, immẽsaq; bella reuo
cauerit, & a laribus quodã modo suis, & ab ipso li-
mite patriæ abductos inanibus promissis deceperit,
nũc quoq; amissis oĩbus fœlicis militiæ quæstibus, ne
uictos quidẽ in misera & inopi senecta quiescere si-
nat. Ignaris deinde ducibus cõfestim ad Antigonum
legatos mittũt petentes ut sua reddi iubeat. Is redditu
rum se pollicetur, si Eumenẽ sibi tradant, quibus co-
gnitis Eumenes cũ paucis fugere tẽtauit, sed retractus
desperatis rebus cũ concursus multitudinis factus es-
set, petit ut postremum sibi alloqui exercitum liceret.
Iussus ab uniuersis dicere, facto silentio, laxatisq; uin
culis, prolatã sicut erat cathænatus manũ ostẽdit, cer-
nite milites inquit habitum atq; ornamenta ducis ue-
stri, quæ non hostiũ quisq; imposuit, nã hoc etiã sola-
tio foret uos me ex uictore uictũ, uos me ex imperato-
re captiuum fecistis, quater intra hũc annum in mea
uerba iureiurando obstricti estis, & ista mitto (neq;
enim miseros conuicia decẽt) unũ oro si propositorum
Antigoni in meo capite summa cõstitit, inter uos me
uelitis mori, nã neq; illius interest quẽadmodum aut
ubi cadã, et ego fuero ignominia mortis liberatus hoc
si impetro soluo uos iureiurando, quo totiens uos sa-
cramento mihi deuouistis. Aut si ipsos pudet roganti
uim adhibere, ferrum huc date & permittite, quod
uos facturos pro imperatore iurastis, imperatorem
pro uobis sine religione iurisiurandi facere, cum non
obtineret preces in iram uertit, ad uos ait deuota capi
ta respiciãt dij periuriorũ uindices, talesq; uobis exi-

tus dent, quales uos ducibus uestris dedistis, nẽpe uos idẽ paulo ante & Perdicæ sanguine estis aspersi, & in Antipatrũ eadẽ moliti. Ipsum denique Alxandrũ si fas fuisset cum mortali manu cadere interẽpturi, quod maximũ erat seditionibus agitastis, ultima nunc ego perfidorum uictima, has uobis diras atque inferias dico, ut inopes extorresque omne æuũ in hoc castrensi exilio agatis, deuorentque uos arma uestra, quibus plures uestros quam hostiũ duces absumpsistis. Plenus deinde iræ custodes suos pcedere ad Antigoni castra cœpit, sequitur exercitus pdito imperatore suo, & ipse captiuus, triũphumque de seipso ad uictoris castra ducit, oĩa auspicia regis Alexãdri, et tot bellorum palmas, laureasque una secũ uictori tradẽtes, & ne quid deesset põpæ, elæphãti quoque et auxilia oriẽtalia subsequũtur, tanto pulchriora hæc Antigono quã Alexãdro tot uictoriæ fuerũt, ut cũ ille orientẽ uicerit, hic eos a quibus oriẽs uictus fuerit superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit, redditis quæ in uictoria cœperat. Eumenẽ uero uerecundia prioris amicitiæ in cõspectum suũ uenire prohibitũ assignari custodibus præcepit. Interea Eurydice uxor Aridei regis, ut Polyperconta a græcia redire in Macedoniã cognouit, et ab eo accersitã olympiada muliebri æmulatione perculsa, abutens ualitudine uiri cuius officia sibi uendicabat, scribit regis nomine Polypercõti. Cassandro exercitũ tradat, in quẽ regni administrationem rex transtulerit, eadẽ & in Asiã Antigono per epistolas nunciat, quo beneficio deuinctus Cassander nihil nõ ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. De

inde profectus in Græciā multis ciuitatibus bellū infert, quarū excidio ueluti uicino incendio territi Spartani, urbem quā semper armis nō muris defenderāt, tum cōtra respōsa fatorū, & ueterū maiorū gloriā armis diffisi, murorū p̄sidio includūt, tātū eos degenerauisse a maioribus, ut cū multis sæculis murus urbis ciuiū uirtus fuerit, ciues saluos se fore nō existimauerint, nisi intra muros laterēt. Dū hæc agunt̄ Cassandrum a Græcia turbatus Macedoniæ status, domū reuocauit, nāq; Olympias mater Alexādri magni regis cū ab Epiro in macedoniā ꝑsequēte æacida rege molossorum ueniret, prohiberiq; finibus ab Eurydice & Arideo rege cœpisset, seu memoria mariti, seu magnitudine filij, & indignitate rei moti macedones, ad olympiada transiere cuius iussu & Eurydice & rex occiditur, sex annis post alexandrum potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nā cū principū passim cædes muliebri magis quā regio more fecisset, fauorē suum in odiū uertit. Itaq; audito Cassandri aduētu diffisa Macedonibus cū nuru Roxane, et nepote Hercule Pictuā urbē concessit. Proficiscenti Deidamia æacidæ regi filia & Thessalonicæ priuigna, & ipsa clara Philippi patris noīe, multæq; aliæ principum matronæ speciosus magis quā utilis grex fuere comites. Hæc cū nūciata Cassandro essent statim citato cursu Pictuā uenit. & urbē obsidione cinxit, cum fame ferroq; urgeret̄. Olympias longæ obsidionis tedio pacta salute uictori se tradidit. Sed cū Cassander ad cōcionē uocato populo sciscitaturus quid de Olympiade fieri uellēt, subornat parētes īterfectorū, q̄ sum

pta lugubri ueſte crudelitatem mulieris accuſarent, a
quibus accẽſi Macedones ſine reſpectu priſtinæ ma-
ieſtatis occidẽdã decernũt, immemores prorſus qđ per
filiũ eius, uerũq; nõ ſolũ uitã ip ſi inter finitimos tutã
habuiſſent, uerum etiam tantas opes imperiumq; or-
bis quæſiſſent. Sed Olympias ubi obſtinatos uenire
ad ſe armatos uidit, ueſte regali duabus ancillis in-
nixa ultro obuiã ꝓcedit, qua uiſa percuſſores attoni-
ti fortuna maieſtatis prioris, & tot in eam memoriæ
occurrẽtibus regũ ſuorũ nominibus ſubſtiterũt, donec
a Caſſandro miſſi ſunt, qui eã confoderẽt nõ refugiẽ
tem gladium, nec uulnera, aut muliebriter uociferan
tem, ſed uirorũ more fortiũ pro gloria ueteris proſa-
piæ morti ſuccũbentem, ut Alexandrũ poſſes etiã mo
riẽte matre cõſpicere. Inſuper expirans capillis & ue
ſte crura cõtexiſſe fertur, ne qđ poſſet in corpore eius
indecorũ uideri. Poſt hæc Caſſander Theſſalonicẽ re-
gis Aridei filiã uxorem ducit. Filium Alexãdri cum
matre in arcem amphipolitanam cuſtodiẽdos mittit.

Iuſtini Hiſtorici Liber. XV.

P Erdica & frater eius Alceta, Eumene, ac
Polyperconte cæteriſq; ducibus diuerſæ
partis occiſis, finitũ certamen inter ſucceſ
ſores Alexãdri magni uidebatur, cũ repente inter ip-
ſos uictores nata diſcordia, quippe poſtulantibus Pto
lomæo, & Caſſandro, & Lyſimacho, ut pecunia in
præda capta prouinciæq; diuiderentur. Antigonus
negauit ſe in eius belli ſocios admiſſurum, in cuius
periculum ſolus deſcenderat, & ut honeſtum aduer
ſus ſocios bellum ſuſcipere uideretur, diuulgat ſe

olimpiadis mortem a Cassandro interfectæ ulcisci
uelle et Alexandri regis sui filiũ cũ matre obsidione
amphilpolitana liberare. His cognitis Ptolomæus et
Cassander inita cum Lysimacho, & seleuco societate
bellum terra mariq; innixe instruebãt. Tenebat Ptolo
mæus ægyptum cum Africe parte maiore, et Cypro
& Phœnice. Cassandro parebat Macedonia cũ Græ-
cia, Asiam et partẽ orientis occupauerat Antigonus,
cuius filius Demetrius prima belli cõgressione a Pto
lomæo apud calamã uincit. In quo prælio maior Pto
lomæi moderationis gloria, quã ipsius uictoria fuit.
Siquidem & amicos Demetrij non solum cũ suis re-
bus dimisit, uerũetiam additis insuper muneribus ho
norauit, et ipsius Demetrij priuatum omne instrumẽ
tum ac familiã reddidit, adiecto honore uerborũ non
se propter prædam, sed propter dignitatẽ inisse bel-
lum indignatum ꝙ Antigonus deuictis diuersæ fa-
ctionis ducibus, solus uictoriæ cõmunis præmia corri
puisset. Dum hæc aguntur Cassander ab Appollo-
nia rediens incidit in abderitas, qui propter ranarum
murũq; multitudinẽ relicto patriæ solo sedes quære-
bant, uerius ne macedoniã occuparent, facta pactione
in societatem eos recepit, agrosq; ijs ultimis Macedo-
niæ finibus assignat. Deinde ne Hercules Alexandri
filius, qui per annos. xiiij. excesserat, fauore paterni
nomis in rerum macedoniæ uocaretur, occidi eum ta-
cite cum matre Barsene iubet, corporaq; eorum terra
obrui ne cædes sepultura proderetur, & quasi parũ
facinoris in ipso primũ rege, mox ĩ matre eius Olym
piade ac filio admisisset, alterũ quoq; filiũ cũ matre

Roxane pari fraude interficit, scilicet quasi regnum
Macedoniæ, quod affectabat, aliter cõsequi quã scele
re nõ possit. Interea Ptolomæus cũ Demetrio nauali
ꝑlio iterato congreditur, & amisso classe hostiq; con-
cessa uictoria in ægyptum refugit. Demetrius filium
Ptolomæi Leuticum, & fratrem Menelaum, amicos
q; eius cum priuati instrumenti ministerio prouo-
catus, pari antea munere ægyptum remittit, &
ut apparet eos non odij, sed dignitatis gloria ac-
censos, donis muneribusq; inter ipsa bella contende-
bant. Tanto honestius tunc bella gerebantur, quanto
nunc amicitiæ coluntur. Hac uictoria elatus Antigo
nus regem se cum Demetrio filio appellari a po-
pulo iubet. Ptolomæus quoq; ne minoris apud suos
auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognomina-
tur, quibus auditis Cassander & Lysimachus, &
ipsi regiã sibi maiestatẽ uendicauerũt. Huius honoris
ornamẽtis tãdiu oẽs abstinuerũt, ꝗdiu filij regis sui
superesse potuerũt. Tanta in illis uerecundia fuit, ut
cum opes regias haberent, regum tamen nominibus
æquo animo caruerint, quoad Alexandro iustus hæ-
res fuit. Sed Ptolomæus & Cassander cæteriq; fa-
ctionis alterius duces cum carpi se singulos ab antigo
no uiderẽt, dũ priuatũ singulorũ nõ cõmune uniuer-
sorũ bellũ ducunt, nec auxiliũ ferre alter alteri uolũt
quasi uictoria unius non omnium foret, per epistolas
seinuicem confirmantes, tempus locum cocundi con-
dicunt, bellumq; cõmunibus uiribus instruunt cui cũ
Cassander iteresse ꝑpter finitimũ bellũ nõ posset, Ly
simachũ cum ingẽtibus copijs in auxiliũ socijs mittit.

Erat hic Lysimachus illustri quidẽ Macedoniæ locõ natus, sed uirtutis experimẽtis omni nobilitate clarior, quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudine philosophia ipa uiriũq; gloria oẽs per quos Oriens domitus est, uicerit, quippe cum Alexander magnus Callisthenem philosophũ ꝑpter salutationis persicæ interpellatũ morem insidiarũ, quæ sibi paratæ fuerant consciũ fuisse, ratus fuisset, eumq; truncatis crudeliter membris abscissisq; auribus ac naso, labiisq; deforme ac miserandũ spectaculũ reddidisset. Insuꝑ cum cane in cauea clausum ad metum cæterorũ circũferret, tũc Lysimachus audire Callisthenem & ꝑcepta ab eo recipere uirtutis solitus, miseratus tanti uiri non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, uenenũ ei in remediũ calamitatũ dedit, quod adeo ægre Alexander tulit, ut obiici ferocissimo leoni iuberet. Sed cum ad cõspectũ eius cõcitus leo impetũ fecisset, manum manipulo inuolutã Lysimachus in os leonis ĩmersit, arreptaq; lingua feram exanimauit, quod cũ nunciatum regi esset admiratio in satisfactionẽ cessit, cariorẽq; eum ꝑpter constantiam tantæ uirtutis habuit. Lysimachus quoq; magno animo regis ueluti parentis tulit contumeliã denĩq; omni ex animo huius facti memoria exturbata, postea in india insectanti regi quosdam pallantes hostes, cum a satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas arenarum moles cursus comes fuit, quod idem antea Philippus frater eius cum facere uoluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander haste cuspide ita in fronte uulnerauit, ut sanguis aliter claus

di non possit, quam diadema sibi demptũ res alligã-
di uulneris causa capiti eius imponeret, quod auspici
um primũ regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post
mortem Alexandri cum inter successores Alexãdri ꝓ
uinciæ diuiderentur, ferocissime gentes quasi omniũ
fortissimo assignatæ sunt. Adeo etiam consensu uni-
uersorum palmã uirtutis ĩter cæteros tulit. Prius quã
bellum inter Ptolomeũ, sociosq; eius aduersum Anti-
gonum committeret, repẽte ex asia maiore digressus
Seleucus nouus Antigono hostis accesserat. Huius
quoq; & uirtus clara, & origo admirabilis fuit, si qui-
dem mater eius Laodice cum nupta esset antiocho cla
ra inter Philippi duces uiro, uisa est sibi per quietem
ex concubitu Apollinis concepisse, grauidãq; factam
munus cõcubitus ãnulum a deo accepisse, cuius gem-
ma anchora sculpta esset. Iussaq; id donũ filio, quem
peperisset, dare, admirabilem fecit hunc uisum, et an
nulus qui postera die eiusdem sculpturæ in lecto in-
uentus est. & figura anchoræ, quæ in femore Seleu-
ci nata cum ipso paruulo fuit. Quamobrem laodice an
nulum Seleuco eunti cum Alexandro magno ad per
sicam militiam edocto de origine sua dedit. Vbi post
mortem Alexandri occupato regno orientis urbem cõ
didit. Ibiq; geminæ originis memoriam consecrauit,
nam & urbem ex antiochi patris nomine antiochiam
uocauit, & campos uicinos urbi Apollini dicauit, ori
ginis eius argumentum etiam posteris mansit, si qui-
dem filij, nepotesq; eius Anchoram in femore uelu-
ti notam generis naturalem habuere. Multa in orien
te post diuisionem inter socios regni macedonici bel-

la gessit, principio Babyloniã cœpit. Inde auctis ex uictoriæ uiribus Bactrianos expugnat, transitũ deinde in Indiam fecit, quæ post mortẽ Alexandri ueluti a ceruicibus iugo seruitutis excusso, pfectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandrocottus fuerat, sed titulum libertatis post uictoriã in seruitutem uerterat, si quidem occupato regno populũ (quem ab externa dominatione uendicauerat) ipse seruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatẽ maiestate numinis impulsus, quippe cum procacitate sua Alexandrũ regem offendisset, interfici a rege iussus, salutem pedum celeritate quæsierat, ex qua fatigatione cum somno captus iaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accessit, sudoremq; profluẽtẽ lingua ei detersit, expergefactũq; blãde reliquit. Hoc pdigio primũ ad spem regni impulsus cõtractis latronibus Indos ad nouitatẽ regni sollicitauit. Moliẽti deinde bellũ aduersus pfectos Alexãdri elephãtus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit, & ueluti domita mãsuetudine eũ tergo excœpit. Duxq; belli & præliator insignis fuit. Sic acqsito regno Sandrocottus ea tẽpestate, qua Seleucus futuræ magnitudis fundamẽta iaciebat. Indiã possidebat, cum quo facta pactione Seleucus, cõpositisq; in oriente rebus in bellum Antigoni descẽdit. Adunatis igit̃ oĩmq; sociorũ copijs pliũ cõmittitur. In eo Antigonus occidit̃. Demetrius filius eius in fugã uertit̃, sed socij pfligato hostili bello, denuo in semetipsos arma uertũt, & cum de præda non cõueniũt, iterum in duas factiões deducuntur, Seleucus Demetrio, Ptolomæus Lysimacho iungitur, Cassandro defuncto Philippus filius succedit,

fit quasi ex integro noua Macedoniæ bella nascũtur.

Iustini Historici Liber Decimussextus.

P Ost Cassandri regis, filiiq; eius Philippi cõtinuas mortes Thessalonicæ regina uxor Cassandri non magno post tpe ab Antipatro filio (cũ uitam etiã ꝑ ubera materna depcaretur) occiditur, causa parricidii fuit, ꝙ post mortem mariti in diuisione inter fratres regni ppẽsior fuisse alexandro uidebatur, quod facinus eo grauius omnibus uisum est, qđ nullum maternæ fraudis uestigiũ fuit, ꝙq; in parricidio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocinia prætexi potest, ob hæc igitur Alexander in ultione maternæ necis gesturus cum fratre bellum, auxilium a Demetrio petit, nec Demetrius spe inuadendi macedonici regni moram fecit, cuius aduentum uerẽs Lysimachus, persuadet genero suo antipatro, ut malit cum fratre in gratiam reuerti, ꝙ paternum hostem in macedoniã admitti. Inchoatam igitur inter fratres reconsiliationẽ cum præsensisset Demetrius, per insidias Alexandrũ interfecit. Occupatoq; macedoniæ regno, cædem apud exercitum excusaturus in concionẽ uocat. Ibi priorẽ se petitum ab Alexãdro allegat, nec fecisse se sed occupasse insidias. Regẽ autẽ se macedoniæ uel ætatis expimẽtis, uel causis iustiorem esse, patrem enim suum & philippo regi & Alexandro magno socium in omni militia fuisse, liberorum deinde Alexãdri ministrũ, & ad psequẽdos defectores ducẽ extitisse. Contra Antipatrũ auũ horũ adolescentiũ amariorem semp ministrũ regni ꝙ ipsos reges fuisse. Cassandrum uero patrem extinctorem

regiæ domus,non fœminis,non pueris peperisse, nec cessasse quo ad omnẽ stirpẽ regiæ sobolis deleret. Horum scelerum ultionẽ quia nequisset ab ipso Cassandro exigere ad liberos eius translatam. Quã ob rem etiam Philippũ Alexandrũq;(si quis inanium sensus est) nõ interfectores suos ac stirpis suæ, Sed ultores eorum Macedoniæ regnũ tenere malle, ꝑ hæc mitigato populo rex macedoniæ appellat̃. Lysimachus quoq; cum bello Doricetis regis thracum præmeretur, ne eodem tẽpore & aduersus Demetriũ dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte macedoniæ, quæ Antipatro eius genero obuenerat, pacẽ cũ eo fecit. Igit̃ Demetrius totis macedoniæ regni uiribus instructus, cũ Asiam occupare statuisset, iterato Ptolomæus Seleuchus, et Lysimachus experti priore certamine quantæ uires concordiæ, essent pacta societate, adiunctisq; exercitibus bellum aduersus Demetriũ transferũt in europam. His comitẽ se & belli sociũ iungit Pyrrhus rex epiri sperãs non difficilius Demetriũ macedoniã amittere posse, quã acquisierat, nec spes frustra fuit, quippe exercitui eius corrupto, ipsoq; in fugam acto regnum macedoniæ occuparat. Dum hæc agũtur, Lysimachus generũ suũ Antipatrũ regnum macedoniæ ademptũ sibi soceri fraude quærẽtẽ interfecit, filiãq; suam Eurydicẽ quærelarum sociã in custodiã tradit. Atq; ita uniuersa Cassandri domus Alexandro magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ pœnas partim cæde, ꝑtim supplicio luit. Demetrius quoq; a tot exercitibus circũuentus, cũ posset honeste mori turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello Ptolomæus

cum magna rerum gestarū gloria moritur. Is contra
ius gētium minimo natu ex filijs ante infirmitatē re-
gnum tradiderat, eiusq; rei populo rationē reddide-
rat, cuius nō minor fauor in accipiendo quā patris in
tradēdo regnū fuerat. Inter cætera patris & filij mu
tuæ pietatis exēpla, etiā ea res amorē parem populi
iuueni cōciliauerat, & pater regno ei publicæ tradi-
to, priuatū officium regi inter satellites fecerat, oīq;
regno pulchrius regis eē patrē dixerat. Sed inter Ly-
simachum et Pyrrhū regē socios paulo ante aduersus
Demetriū assiduū inter pares discordia malū bellum
mouerat, Victor Lysimachus pulso Pyrrho macedo-
niam occupauerat. Inde thraciæ ac deinceps heracleæ
bellū intulerat, cuius urbis & initia & exitus mira-
biles fuere, quippe Boetijs pestilētia laborātibus, ora
culum delphis respōderat, coloniā in pōti regione sa-
cram Herculi conderēt, cum ꝓpter metum longæ &
periculosæ nauigatiōis mortē in patriā omnibus præ
optantibus res omissa esset, bellū bis phocēses intule-
runt, quorum cū aduersa prælia paterētur, iterato ad
oraculum decurrūt, respōsum idē belli quod pestilen
tiæ remedium fore. Igitur cū scripta colonorū manu
in metapontum delati urbem heracleā condiderūt, et
quoniā fatorum auspicijs in eas sedes delati erāt, bre-
ui post tēpore magnas opes parauere, multa deinde
huius urbis aduersus finitimos bella, multa etiā do-
mesticæ dissensionis mala fuere. Inter cætera magni
fica, uel præcipue illud memorabile fuit, cum rerum
potirētur Athenienses, uictisq; persis Græcię et Asiæ
tributum in tutelā classis descripsissent oībus cupide

ad præsidium salutis suæ cōferentibus, soli heraclienses ob amicitiā regum persicorū collationē abnuerāt, missus itaq; ab atheniensibus Malachus cum exercitu ad extorquēdum, quod negabatur dum relictis in littore nauibus agros heracliēsiū populatur, classem cum maiore parte exercitus naufragio repētinæ tempestatis amisit. Itaq; cum neq; mari posset amissis nauibus, neq; terra auderet cum parua manu inter tot ferocissimas gētes reuerti. Heraclienses honestiorē bñficiū quā ultionis occasionē rati, instructos cōmeatibus, auxiliisq; dimittunt, bene agrorū suorum populationem existimātes, si quos hostes habuerant amicos reddidissent, passi sunt inter plurima mala etiā tyrannidem, siquidem cū plebs etiā nouas tabulas, & diuisionem agrorū diuitū impotēter flagitarēt, diu re in senatu tractata, cum exitus rei non inuenirentur, ad postremum aduersus plebē nimio ocio lasciuientē auxilia a Thimotheo atheniensiū duce, mox ab Epaminūda thebanorū petiuere. Vtrisq; negātibus, ad Clearchum (quem ipsi in exiliū egerant) decurrunt, tāta calamitatum necessitas fuit ut cui patriā interdixerāt, eum ad tutelam patriæ uocarēt. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, et dissensionē populi occasionē inuadēdæ tyrānidis existimās, prio tacite cū Mithridate ciuiū suorū hoste colloqtur, et initia societate paciscit, ut reuocatus in patriā pdita ei urbe pfectus eius constitueret. Postea aūt insidias, quas ciuibus parauerat, in ipm mithridatē uerterat. Nāq; cū uelut arbiter ciuilis discordiæ de exilio reuersus esset, statuto tēpore quo urbē Mithridati traderet, ipsum cū amicis suis

cœpit,captumq; accepta ingēti pecunia dimisit.Atq;
ut in illo subitū se ex socio fecit hostem,sic ex defenso
re senatoriæ causæ,repēte patronus plebis euasit, &
aduersus auctores potētiæ suæ a quibus reuocatus in
patriā,per quos in arce collocatus fuerat,nō solū ple-
bem accendit,uerūetiam nefandissima quæq; tyrānis
cæ crudelitatis exercuit.Igitur populo ac cōcionē uo-
cato,neq; se affuturū amplius grassanti in populum
senatui ait nō intercessurū cōtra affuturum, etiā si in
pristina sæuitia ꝑseueret, et si par esse crudelitati se-
natorū arbitrarētur, abiturū cum militibus suis,neq;
ciuilibus discordijs interfuturū.Sin uero diffidant ui
ribus proprijs, uindicē se ciuium nō defuturum,pro
inde consulant sibiipsi,iubeant abire si malint,uel so
cium causæ popularis remanere.His uerbis sollicita-
ta plebs summā ad eum imperiū defert,& dum sena
tus potentiæ irascitur,in seruitutē se tyrannicæ domi
nationis cū cōiugibus & liberis tradit.Igitur Clear-
chus.lx.senatores cōpræhēsos(nā cæteri in fugā dila-
psi erāt)in uincula compingit,lætari plebs ꝙ a duce
potissimū senatorū senatus deleretur,uersaq; uice au-
xilium eorū in exitiū cōuersum esset,quibus dū mortē
passim oībus minatur,cariora eorū præcia facit siqui
dem Clearchus magna pecunia quasi minis populi
occulte eos subtracturus,accepta spoliatos fortunis ui
ta quoq; spoliauit. Cognitio deīde ꝙ bellū sibi ab ijs
q̄ ꝓfugerāt misericordia in auxiliū sollicitatis ciuita
tibus pararetur,seruos eorum manumittit,et ne qd in
afflictis honestissimis domibus deesset,uxores eorum,
filiasq; nubere,seruis suis ꝓposita recusantibus morte

cōpellit, ut eos sibi fidiores & dominis infestiores red
deret. Sed matronis tam lugubres nuptiæ maiores re
pentinis funeribus fuere. Itaq; multæ se ante nuptias,
multæ in ipsis nuptijs occisis prius nouis maritis in-
terficiunt, et se tā funestis calamitatibus uirtute inge
nui pudoris eripiūt, præliū deinde cōmittitur, quo ui
ctor tyrannus captiuos senatores in triūphi modū per
ora ciuium trahit. Reuersus in urbem alios uincit, tor
quet alios, alios occidit. nullus locus urbis a crudelita
te tyranni uacat, accedit sæuitiæ insolētia, crudelitati
arrogantia. Interdū eīm ex successu cōtinuæ fœlicita-
tis obliuiscitur se hominē. Interdum iouis filiū se di-
cit, eunti p publicū aurea aquila uelut argumentū ge
neris pferebatur, ueste purpurea & cothurnis regum
tragicorū & aurea corona utebat̄, filio quoq; suū Ce-
raunon uocat, ut deos non mendacio tantū, uerūetiam
noībus illudat. Hæc illum facere duo nobilissimi iu-
uenes Chion & Leonides indignātes patriā libera-
turi in necē tyrāni cōspirāt. Erant hi discipuli Plato-
nis philosophi, q uirtutē ad quā quotidie pfectis præ
ceptis magistri erudiebātur, patriæ exhibere cupiētes
quinquaginta cognatos ueluti cliētes insidijs locant.
Ipsi more iurgantiū ad tyrannū ueluti ad regē in ar
cem cōtendunt, qui iure familiaritatis admissi dū al-
terum priorē dicētem intētus audit tyrānus, ab altero
occupat̄. Sed ipi socijs tardius auxiliū ferētibus a sa-
tellitibus obruūtur quare factū est, ut tyrannus quidē
occideret̄, sed patria nō liberaret̄. Nā frater Clearchi
Satyrus eadē uia tyrannidē inuadit multisq; annis p
gradus successiōis heracleēses regnū tyrānorū fuere.

Iustini hystorici. Liber. XVII.

P Er idem ferme tempus in Hellesponti, & Chersonessi regionibus terræmotus fuit maximæ tantũ urbs Lysimachia ante duos & uiginti annos a Lysimacho condita euersa est, quod portenta dira Lysimacho, stirpiq; eius ac ruinã regni cũ clade uexatarũ regionũ portendebant, nec ostentis fides defuit, nam breui post tempore Agathoclen filium suum, quẽ in successionẽ regni ordinauerat, per quem multa bella prospere gesserat, non solũ patriũ uerũetiam humanũ ultra morẽ perosus, ministra Arsirice nouerca ueneno interfecit. Hæc illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruinæ fuit. Nam parricidium principũ secutæ cædes sunt Luentiũ supplicia, quod occisum iuuenẽ dolebant. Itaq; & hi qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucũ deficiebant, eũq; pronum iam ex æmulatione gloriæ bellũ Lysimacho inferre cõpellunt. Vltimũ hoc certamẽ commilitonũ Alexandri fuit, & uelut ad exemplũ fortunæ par reseruatum. Lysimachus quatuor & .lxx. annos natus erat. Seleucus septem & .lxx. Sed in hac ætate utriq; animi iuueniles erant, imperiiq; cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cum orbem terrarũ duo soli tenerẽt, angustus sibimet inclusi uidebantur, uitæq; finẽ non annorũ spacio sed imperii terminis metiebantur. In eo bello Lysimachus amissis antea uariis casibus, xv. liberis, non strennue moriẽs postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. Lætus tanta uictoria Seleucus & quod maius uictoria putabat, solum se de cohorte Alexandri mansisse, uictoremq; uictorum extis

tisse, nõ humanũ opus esse, sed diuinum minus gloria
tur, ignarus prorsus nõ multum post fragilitatis hu-
manæ seipsum exemplũ futurũ, quippe post menses
admodum septẽ a Ptolomæo, cuius sororem Lysima-
chus in matrimoniũ habuerat, per insidias circũuen-
tus occidit. Regnũq; macedoniæ, quod Lysimacho eri
puerat, cũ uita pariter amittit. Igitur Ptolomæus cum
& in gratiã memoriæ magni Ptolomæi patris, et in
fauorẽ ultionis Lysimachi, ambitiosus apud popula-
res esset, primo Lysimachi filios cõciliare sibi statuit,
nuptiasq; Arsinoes sororis suæ matris eorũ petit, pue
rorũ adoptiõe promissa, ut cũ in locum eorũ successis-
set, nihil illi moliri, uel uerecũdia matris, uel appel-
latione patris auderẽt. Fratris quoq; regis ægypti cõ-
cordiã per epistolas deprecatur, professus deponere
se offensam erepti paterni regni, neq; amplius fratre
quæsiturum, quod honestius a paterno hoste percepe-
rit, omniq; arte adulatur Eumeni, & Antigono De-
metrij filijs Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellũ
habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec
Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momentũ futurus
utri parti socius accessisset, qui et ipse spoliare singu-
los cupiens, omnibus se partibus uẽdicabat. Itaq; Ta-
rentinis aduersus romanos laturus auxiliũ, ab Anti-
gono naues ad exercitum deportadum mutuo petit,
ab Antiocho pecuniã, qui opibus q̃ militibus instru-
ctior erat. A Ptolomæo macedonũ militum auxilia,
sed Ptolomæus, cui nulla dilationis ex infirmitate ui
rium uenia essẽt quinq; milia peditũ, equitum qua-
tuor milia, elephantos .l. non amplius q̃ in biennũ

usum dedit. Ob haec Pyrrhus filia Ptolomaei in matrimonium accepta uindicē eam regni reliquit. Sed quoniam ad epiri mentionem uentum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molossorum primum in ea regione regnum fuit, post Pyrrhus achillis filius amisso per absentiam troianis temporibus paterno regno in his locis consedit, qui pyrrhidae primo postea epirotae dicti sunt, Sed pyrrhus cum in templum dodonaei Iouis ad consulendum uenisset ibi Anasam neptem Herculis rapuit, ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas uirgines nuptu finitimis regibus tradidit, opesq; affinitatum auxilio magnas parauit. Atq; ita Heleno filio Priami regis ob industriā singularē paticinandi regnū chaonū & Andromachē Hectoris, quam & ipse matrimonio suo in diuisione troianae praedae acceperat uxorem reddidit. Breuiq; post tēpore delphis inter diis, Orestae filii Agamēnonis inter altaria dei interiit. Successor huic Pyales filius fuit, per ordinē deinde regnum ad Arybam descendit, cui quoniā pupillus & unicus ex gente nobili superesset, intētiore omnium cura seruandi eius educandiq; publicae tutores constituuntur. Athenas quoq; erudiendi gratia missus, quanto doctior maioribus sui tanto & gratior populo fuit. Primus itaque & leges & senatum annuosq; magistratus, et reipublicae formā cōposuit, & ut a pyrrho sedes sic uita cultior populo ab Aryba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit ex quo nata est Olympias mater Alexādri magni, et Alexander, qui post eū Regnū Epiri tenuit, et in italia bello gesto in

Epirotarum origo.

Brutijs interijt. Post eius mortem frater Aeacides regno successit, qui assiduis aduersus Macedonas bellorũ certaminibus populũ fatigando offensam ciuium cõtraxit, ac ꝑpterea in exiliũ actus Pyrrhũ filium bimum admodũ paruulũ in regno reliquit, qui & ipse cũ a populo propter odiũ patris ad necẽ quæreret, furtim subtractus in illyrio defertur, traditusq́ꝫ est beroæ Glauci regis uxori nutriendus, quæ & ipsa generis æacidarum erat. Ibi eũ seu misericordia fortunæ eius seu infantilibus blandimẽtis inductus rex, aduersum Cassandrũ Macedoniæ regẽ qui eũ belli cõminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxiliũ etiam adoptionis officio, quibus rebus moti epirotæ odio in misericordiã uerso annorũ. xi. eũ in regnũ reuocauerunt, datis tutoribus qui regnum usq́ꝫ adultam eius ætatem tuerẽtur. Adolescens deinde multa bella gessit, tantusq́ꝫ rerum successu haberi cœptus est, ut tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse uideretur.

Iustini Historici Liber. X V I I I.

i Gitur Pirrhus rex Epiri cũ iterata Tarẽtinorũ legatiõe, additis sãnitiũ et lucanorũ precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus fatigaretur non tam supplicum precibus, quam spe inuadendi Italiæ imperiȷ̃ inductus, uenturum secum exercitu pollicetur. In quã rem inclinatum semel animum præcipitem agere cœperant exempla maiorũ ne aut inferior patruo suo Alexandro uideretur, quo defensore ȷ̃idem Tarẽtini aduersus brutios usi fuerãt, aut minores animos magno Alexãdro habuisse, qui tã longa a domo militia oriẽ

tem subegit. Igitur relicto custode regni filio Ptolomæo annos. xv. nato, exercitũ in portu Taretino exponit, duobus paruulis filijs Alexandro, & Heleno in solatia lõginquæ secũ expeditionis adductis, cuius audito aductu consul Romanus Valerius Leuinus festinans, ut prius cũ eo congrederetur, quã auxilia sociorũ conuenirent, exercitũ in aciẽ deducit, nec rex (tam & si numero militũ inferior esset) certamini morã fecit. Sed romanos uincẽtes iam inusitata ante elephantorũ forma stupere primo, mox cedere prælio cogit, uictoresq; iam noua macedonũ monstra repente uicerunt nec hostibus incruenta uictoria fuit, nam & ipse Pyrrhus grauiter uulneratus est, & magna pars militum eius cæsa, maiorẽq; gloriam eius uictoriæ q̃ lætitiã habuit. Huius pugnæ euentũ multæ ciuitates secutæ Pyrrho se tradũt. Inter cæteros etiam locri prodito præsidio romano ad Pirrhũ deficiũt, ex ea præda Pirrhus. cc. captiuos milites gratis romam remisit, ut cognita uirtute eius romani cognoscerent etiã libertatẽ. Interiectis deinde diebus cum sociorum exercitus superuenisset iterato præliũ cũ romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux carthaginẽsium in auxilium romanorũ cum. cxx. nauibus missus senatum adijt ægre tulisse carthaginenses affirmans q bellum in italia a peregrino rege pateretur, ob quam causam missum se, ut quoniã externo hoste oppugnarentur, externis auxilijs iuuarentur, gratiæ a senatu carthaginensibus hactæ, auxiliaq; remissa. Sed mago punico ingenio post paucos dies tacitus quasi pacificator carthaginensium

Pyrrhum adiit, speculaturus concilia eius de ficilia, quo eum accersi fama erat. Nam romanis eadem causa mittendi auxilia carthaginensibus fuerat, ut romano bello, ne in Siciliam Pyrrhus trāsire posset, in italia detineretur. Dum hæc aguntur, legatus a senatu romano Fabricius luscinus missus pacē cū Pyrrho cōposuit ad quā cōfirmandā Cineas Romā cum ingētibus a Pyrrho donis missus, neminē cuius domus muneribus pateret, inuenit. Huic continentiæ romanorū simile exemplū iisdem ferme temporibus fuit. Nam missa a senatu ægyptum legatione cum ingentia sibi a ptolomæo rege missa munera spreuissent' iteriectis diebus ad cœnā iuitatis aureæ coronæ missæ sūt, quas illi honoris causa receptas, postera die statuis regis imposuerūt. Igitur Cineas cū turbatā cū romanis pacē ab apio Claudio renūciasset, interrogatus a Pyrrho qualis Roma esset, respondit regum urbem sibi uisam. Post hæc legati siculorum superueniunt tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis carthaginensibus bellis uexabat̄. Itaq; relicto locris Alexandro filio, firmatisq; sociorum ciuitatibus ualido præsidio in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniam ad carthaginensium mentionem uentū est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis tyriorū paulo altius rebus, quorū casus etiā dolēdi fuerāt. Tyriorū gēs cōdita a phœnicibus fuit, q terræ motu uexati relicto patriæ solo assyrium stagnū primo, mox mari proximū littus incoluerunt condita ibi urbe quam apiscīū ubertate sidona appellauerūt, nam piscem phœnices sidon uocant. Post multos deinde annos a rege asca-

toniorum expugnati nauibus, appulsi tyron urbem ante annum troianæ cladis condiderunt, ibi Persarũ bellis diu uariæq; fatigati, uictores quidem fuere, sed attritis uiribus a seruis suis multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt, qui conspiratione facta omnẽ liberum populũ cum dominis interficiunt, atq; ita potiti urbe lares dominorũ occupant, rẽ pu. inuadunt, coniuges ducũt, & quod ipsi non erant liberos procreãt. Vnus ex tot milibus seruorũ fuit, qui miti ingenio senis domini, paruuliq; filij eius fortuna moueretur dominosq; non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia ac humanitate respexit. Itaq; cum uelut occisos alienasset seruisq; de statu reipublicæ deliberãtibus placuisset regem ex suo corpore creari, eumq; potissimũ quasi acceptissimũ dijs, qui solẽ orientem primus uidisset, rem ad Stratonẽ (hoc enim ei nomen erat) dominũ occulte latentem detulit, ab eo informatus cũ medio noctis oẽs in unũ cãpũ pcessissent, cæteris in orientẽ spectantibus solus occidẽtis regionẽ intuebatur. Id primũ alijs uideri furor, in occidente solis ortum quærere, Vbi uero dies aduẽtare cœpit, æditissimisq; culminibus urbis oriens splẽdere expectãtibus alijs ut ipsum solem aspicerẽt, hic primus oibus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostẽdit, non seruilis ingenij ratio uisa, requirẽtibusq; actorem de domino confitetur, tunc intellectum est quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent, malicia q; seruos non sapientia uincere. Igitur uenia seni filioq; data est, & uelut numine quõdã reseruatos arbitrantes, regem Stratonem creauerunt, post cuius mor

tem regnum ad filiũ, ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorũ facinus metuendũq; exẽplum toto orbe terrarum fuit. Itaq; Alexãder magnus cũ interiecto tempore in oriente bellum gereret, uelut ultor publicæ securitatis expugnata eorum urbe oẽs, q̃ prælio superfuerãt, ob memoriam ueteris cædis crucibus affixit, genus tantũ Statonis inuiolatum seruauit, regnumq; stirpi eius restituit, innoxiis & incolis insulæ & ingenuis attributis, ut extirpato seruili germine genus urbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo tyrii Alexandri auspiciis conditi, parsimonia & labore quærẽdi cito conualuere. Ante cladẽ dominorũ, cum & opibus & multitudine abundarẽt, missa in Affrica iuuẽtute, Vticam condidere, cũ interim rex tyro decedit filio Pygmalione, & Elissa filia, & insignis formæ uirgine hæredibus institutis. Sed populus Pygmalioni ad modũ puero regnũ tradidit. Elissa quoq; Sichæo auunculo suo sacerdoti Herculis, q̃ honos secũdus a rege erat, nupsit, huic magnæ sed dissimulatæ opes erant, aurũq; metu regis non tectis, sed terræ crediderat, quã rẽ & si hoĩes ignorabãt, fama tñ loq̃bat̃, quia icẽsus Pygmaliõ oblitus iuris hũani auũculũ suũ eũdẽq; generũ suũ sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrẽ ꝓpter scelus aduersata, ad postremũ dissimulato odio, mitigatoq; interim uultu fugam tacite molitur, absumptisq; quibusdã principibus in societatem, quibus par odiũ in regem esse, eãdemq; fugiendi cupiditatem arbitrabat̃, tunc fratrẽ dolo aggreditur fingit se ad eum migrare uelle, ne amplius ei mariti domus cupidæ obliuionis grauem

luctus imaginem renouaret, ne ue ultra amara admonitio oculis eius occurrat. Nõ inuitus Pygmalion uerba sororis audiuit existimãs cum ea & aurum Sichaei ad se uenturũ. Sed Elyssa ministros migrationis a rege missos nauibus cum opibus suis prima uespera imponit, prouectaq; in altũ, cõpellit eos onera harenæ p pecunia in uolucribus inuoluta in mare deijcere, tunc deflẽs ipa lugubriq; uoce Sicharbã exorat, ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat, habeatq; inferias, quas habuerat causam mortis, tunc ipos ministros aggreditur, sibi quidem ait optatã olim mortem, sed illis acerbos cruciatus & dira supplicia imminere, qui Sicharbæ opes, quarũ spe parricidiũ rex fecerit, auariciæ tyranni subtraxerũt, hoc metu oĩbus iniecto comites fugæ accæpit. Iungunt & senatorũ in ea nocte præparata agmina, atq; ita sacris Herculis, cuius sacerdos Sicharbas fuerat, repetitis exilio sedes quærũt. Primus illis appulsus terræ Cyprus insula fuit, ubi sacerdos iouis cum cõiuge & liberis dei monitu comitem se Elyssæ, sociũ fortunæ offert, pactus sibi posteristerisq; perpetuũ honorem sacerdotij, cõditio pro manifesto omine accepta. Mos erat cypris uirgines ante nuptias statutis diebus dotalẽ pecuniã quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudiciciа libamenta ueneri soluturas. Harum igitur ex numero. lxxx. ad modum uirgines rapi & nauibus imponi Elyssa iubet, ut & iuuẽtus matrimonia, & urbs sobolẽ habere possit. Dum hæc aguntur, Pygmalion cognita sororis fuga, cum impio bello fugientẽ persequi pararet, ægre precibus matris, & deorũ minis

uictus, quieuit, cui cum inspirati uates canerent non impune laturũ si crementa urbis toto orbe auspicatissimæ interpellasset, & hoc modo spaciũ respirandi fugientibus datum. itaq; Elissa delata in africæ finibus, incolas loci eius aduẽtu peregrinorũ mutuarũq; rerũ cõmercio gaudẽtes in amiciciã sollicitat, deinde empto loco qui corio bouis regi possit in quo fessos lõga nauigatione, quoad ꝓficisceret, reficere posset, coriũ in tenuissimas ꝑtes secari iubet, atq; ita maius loci spaciũ quã petierat, occupat, unde postea ei loco byrse nomẽ fuit. Cõfluẽtibus deinde uicinis locorũ ꝓ spe lucri multa hospitibus uenalia inferebant, sedesq; ibi statuẽtibus ex frequẽtia hominũ uelut instar ciuitatis effectum est. Vticensium quoq; legati dona ut consanguineis attulerunt, hortatiq; sunt, ut urbem conderẽt ubi sedes sortiti essent. Sed & afros detinendi aduenas amor cœpit. Itaq; consentiẽtibus oĩbus Carthago cõditur, statuo annuo uectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubalum inuentum est quod auspicium quidem fructuosæ terræ, sed laboriosæ perpetuoq; seruæ urbs fuit, propter quod in alium locũ urbs translata. Ibi quoq; caput equi repertum, bellicosum potentemq; populum futurum significans, urbi auspicatam sedem dedit. Tunc ad opinionem nouæ urbis concurrentibus gentibus, breui & populus & ciuitas magna facta. Cum successu rerum florentes Carthaginis opes essent, rex mauritanorum Hiarbas decem pœnorum principibus ad se accersitis Elyssæ nuptias sub belli denũciatione petit, quod legati reginæ referre metuẽtes, punico cum ea ingenio egerunt

nunciãtes regẽ aliquem poſcere qui cultiores mores, uictuſq; eum afroſq; ꝑdoceat, ſed quẽq; inueniri non poſſe qui ad barbaros & ferarũ more uiuẽtes trãſire a conſanguineis uelit. Tunc a regina caſtigati, ſi pro ſalute patriæ aſperiorẽ uitam recuſarent, cui etiã ipſa uita ſi rex exigat debeatur, regis mandata aperuere dicentes, quæ præcipiat aliis ipſi facienda eſſe, ſi uelit urbi cõſultum eſſe. Hoc dolo capta diu Sicharbæ uiri nomine cum multis lachrymis et lamẽtatione flebili inuocato, ad poſtremũ iturã ſe quo ſua et urbis fata uocarent reſpondit. In hoc trium menſium ſumpto ſpacio, pyra in ultima parte urbis extructa, uelut placatura uiri manes inferiaſq;, ante nuptias miſſuram, multas hoſtias cædit, & ſumpto gladio pyrã conſcẽdit, Atq; ita ad populũ reſpiciens ituram ſe ad uirũ, ſicut præceperat, dixit uitamq; gladio finiuit, q̃diu Carthago inuicta fuit pro dea culta eſt. Condita eſt urbs hæc. lxxii. annis anteq̃ roma, cuius uirtus ſicut bello clara fuit, ita domi ſtatus uariis diſcordiarũ caſibus agitatus eſt. Cũ inter cætera mala etiã peſte laborarẽt, cruẽta ſacrorũ religione et ſcelere pro remedio uſi ſunt. Quippe hoies ut uictimas immolabãt, et impuberes, quæ ætas etiã hoſtiũ miſericordiã prouocat, aris admouebant, pacem deorũ ſanguine eorum expoſcentes, pro quorũ uita dii rogati maxime ſolẽt. Itaq; aduerſis tãto ſcelere numinibus, cum in ſicilia diu infœliciter dimicaſſent, trãſlato in ſardiniã bello, amiſſa maiore exercitus parte, graui prælio uicti ſunt, propter quod ducem ſuum Machæum, cuius auſpiciis et Siciliæ partẽ domuerant, aduerſus afros magnas res

gesserant cum parte exercitus, quæ super fuerāt, exulare iusserūt, quā rem ægre ferentes milites legatos, Carthaginē mittunt, qui redditum primo, ueniāq; infœlicis militiæ petant, denuncient, quod precibus nequeāt armis se consecuturos. Cum pces & minæ legatorum spretæ essent, interiectis diebus cōscensis nauibus armati ad urbem ueniunt, ibi deos hominesq; testati, nō se expugnatū, sed recuperatū patriā uenire, ostensurosq; ciuibus suis nō uirtutē sibi priore bello, sed fortunā defuisse. Prohibitis cōmeatibus, obsessaq; urbe, in summā desperationē Carthaginēses adduxerunt. Interea Cartalo Machæi ducis exulis filius, cū præter castra patris a tyro, quo decimas Herculis ferre ex præda siciliensi, quam pater eius ceperat, a carthaginēsibus missus fuerat, reuerteretur, accersitusq; a patre esset publicæ se prius religionis officia executurum, quam priuatæ pietatis respōdit, quam rem etsi ægre ferret pater, non tamen uim afferre religioni ausus est, Interiectis deinde diebus Cartalo petito cōmeatu a populo, cum reuersus ad patrem esset, ornatusq; purpura & infulis sacerdoti omniū se oculis ingereret, Tum in secretum pater adducto ait ausus ne es nefandissimū caput ista purpura & auro ornatus in cōspectum tot miserorū ciuium uenire, & mœsta ac lugētia castra circūfluentibus quietæ fœlicitatis insignibus uelut exultabūdus intrare? Nusq; ne te aliis iactare potuisti? Nullus locus aptior quā sordes patris, & exilii infœlicis erūnæ fuerūt? Quid q paulo ante uocatus, non dico patrē, ducē certe ciuium tuorum supbe spreuisti? Et quid porro tu in purpura ista

coronisq; aliud quã uictoriarũ mearum titulos geris? Quoniam igitur tu in parte nihil nisi exulis nomen agnoscis, ego quoq; imperatorẽ me magis quã patrẽ indicabo, statuamq; in te exẽplum, ne quis post hæc infœlicibus miserijs patrẽ illudat, atq; ita cũ ornatu suo in altissimam crucem in cõspectu urbis affigi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginẽ capit, euocatoq; populo ad cõcionẽ exilij iniuriã quæritur, belli necessitatẽ excusat cõtemptũq; uictoriarũ suarum, punitis auctoribus miserorum ciuiũ incuriosi exilij omnibus se ueniam dare dicit. Atq; ita decẽ senatoribus interfectis urbem legibus suis reddidit. Nec multo post tẽpore affectari regni accusatus, publicis et in filio parricidij & in patria pœnas dedit. Huic Mago imperator successit cuius industria & opes carthaginẽsium & imperij fines & bellicæ gloriæ laudes creuerũt.

Iustini Historici Liber Decimusnonus.

m Ago carthaginẽsium imperator cum primus oĩum ordinata disciplina militari imperiũ pœnorũ cõdidisset, uiresq; ciuitatis nõ minus bellandi arte q̃ uirtute firmasset, defungitur relictis duobus filijs Hasdrubale, & Hamilcare qui per uestigia paternæ uirtutis decurrẽtes sicuti generi ita et magnitudinis patris successerunt. Iis ducibus sardiniæ bellum illatum, aduersus afros quoq; uectigal pro solo urbis multorum annorum repetentes dimicatum, sed afrorum sicuti causa iustior, ita & fortuna superior fuit, bellumq; cum his solutione pecuniæ non armis finitum. In Sardinia quoq; Hasdrubal grauiter uulneratus imperio Hamilcha-

ri fratri tradito interiit, cuius mortē tum luctus ciuitatis, tum et dictaturæ undecim & triũphi quattuor insignem fecere, hostibus quoq; creuere animi, ueluti cum duce pœnorum uires cōcidissent. Itaq; Siciliæ populis propter assiduas carthaginensium iniurias ad leonidā fratrē regis spartanorū cōcurrētibus graue bellum natū, in quo & diu et uaria uictoria præliatum fuit. Dum hæc agūtur legati a Dario ꝑsarum rege Carthaginē ueniunt, afferētes edictum quo pœni humanas hostias immolare, et canina carne uesci prohibebantur mortuorū corpora cremare, potius quā terra obruere a rege iubebatur, petētes simul auxilia aduersus græcos q̄bus illaturus bellum Darius erat. Sed carthaginēses auxilia negātes propter assidua finitimorum bella, cæteris ne per omnia cōtumaces uiderētur, cupide paruere. Interea Hamilchar bello siciliensi interficit̄, relictis tribus filiis Almicone, Annone, Gisgone. Hasdrubali quoq; par numerus filiorū fuit Hānibal, Hasdrubal, et Sappho. Per hos res Carthaginēsium ea tēpestate regebātur. Itaq; Mauris bellū illatū et aduersus numidas pugnatū, & afri cōpulsi stipēdiū urbis cōditæ carthaginēsibus remittere. Dein cū familia tāta imꝑatorū grauis liberæ ciuitati esset oīaq; agerēt simul & iudicarēt, centū ex numero senatorū iudices deliguntur, q̄ reuersis a bello ducibus rationē rerū gestarū exigerēt, ut hoc metu ita bello imperia cogitarēt, ut domi iustiā, legesq; respicerent. In Siciliā in locū Hamilcharis imꝑator Almico succedit, qui cū nauali terrestriq; bello secūda prælia fecisset, repente pestilentiis sideris ui exercitum amisit,

quæ res cum nũciata Carthagini esset, mœsta ciuitas fuit, omnia ululatibus non secus ac si ipsa urbs capta esset, personabant clausæ priuatæ domus clausa deorum templa, intermissa oĩa sacra, omnia priuata officia dãnata, cuncti deinde ad portã cõgregãtur, egredientesq́; paucos e nauibus, qui cladi superfluerant de suis percunctantur. Vt uero dubia antea spe, et suspenso metu, incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris eluxit tũc toto littore plangẽtium gemitus, tunc infœlicium matrum ululatus, & quærelæ flebiles audiebãtur. Inter hæc ꝓcedit inops e naui sua imperator Amilco sordida seruili quæ tunica discinctus ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoq́; manus ad cælum tendens, nũc sortem suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta uictoriarum quæ ipsi dederãt abstulerint, qui captis tot urbibus totiensq́; hostibus terrestri, naualiq́; prælio uictis, exercitum uictorẽ nõ bello, sed peste deleuerint, deferre se tamẽ ciuibus suis non modica solatia, quod malis eorũ hostes gaudere, nõ gloriari possent. Quippe neq́; eos, q̃ mortui sunt a se occisos, neq́; eos q̃ reuersi sunt a se fugatos possint dicere, prædã, quã relictis a se castris abstulerint, nõ eẽ talẽ, quã uelut spoliũ uicti hostis ostẽtẽt, sed quã possessiõe uacua fortuitis dominorũ mortibus sicuti caduca occupauerint qđ ad hostes ꝑtinet uictores se recessisse, qđ ad pestẽ ꝑtinet uictos; nihil tñ se grauius ferre, quã quod inter fortissimos uiros mori nõ potuerit, seruatusq́; sit nõ ad uitæ iucũditatẽ, sed ad ludibriũ calamitatis, q̃q̃ ubi mise

ras copiarũ reliq̃s Carthaginẽ reduxerit, se quoq; se cuturũ cõmilitones suos, ostẽsurũq; patriæ nõ ideo se in eã diem uixisse, quoniã uelit uiuere. Sed ne hos qui bus nefanda lues pepcerat intra hostium exercitus re lictos morte sua pderet, tali uociferatiõe per urbẽ in gressus ut ad limina domus suæ uenit, prosecutã mul titudinem uelut postremo alloquio dimisit, obserua tisq; foribus ac nemine ad se ne filijs quidem admis sis, mortem sibi consciuit.

Iustini Historici. Liber. XX.

d Ionysius ex Sicilia pulsis carthaginensi bus occupatoq; totius ĩsulæ imperio, gra ue ocium regno suo periculosamq; desi diam tanti exercitus ratus, copias in italiã traiecit, si mul ut militũ uires cõtinuo labore acuerẽtur et regni fines pferrẽtur. Prima illi militia aduersus græcos, qui pxima italici maris littora tenebãt fuit. Quibus deuictis finitimos quosq; aggreditur, oẽsq; græci no minis italiam possidẽtes, hostes sibi destinat, quæ gẽ tes non partem sed uniuersam ferme italiam ea tẽpe state occupauerãt. Deniq; multæ urbes adhuc post tã tam uetustatem uestigia græci moris ostentant. Nãq; Tuscorum populi, qui oram inferi maris possident, a lydia uenerunt. Et Venetos quos incolas superi maris uidemus, capta & expugnata Troia Antenore duce misit. Adria quoq; Illirico mari pxima, quæ et adria tico mari nomen dedit, græciæ urbs est, & Harpos, quam Diomedes exciso illo naufragio in ea loca dela tus condidit, Sed & pisæ in liguribus græcos aucto res habent. Et in tuscis tarquinia thessalis & spinam

bris. Perusini quoq; originē ab achæis ducunt? Quid Cere urbem dicam? Quid latinos populos? qui ab Aenea conditi uiderent. Item falisci, iapygij, Nolani, Abelani, nonne Chalcidiensiū coloni sunt? Quid tractus omnis Cāpaniæ? Quid Brutij, Sabiniq;? Quid samnites? Quid tarentini, quos Lacedæmonia profectos, spuriosq; uocatos accepimus? Thurinorū urbes cōdidisse Philoctetem ferunt, ibiq; adhuc monumētum eius uisitur. Et Herculis sagittæ in Apollinis tēplo, quæ fatum Troiæ fuere, metapontini quoq; in tēplo Mineruæ ferramēta quibus epeos a quo cōditi sunt equum Troianū fabricauit, ostentāt, propter quod oīs illa pars italiæ maior græcia appellat. Sed principio originū Metapontini cū sybaritanis et crotoniensibus pellere cæteros græcos italia statuerunt. Cū primum urbem syrim cœpissent in expugnationē eius quinquaginta iuuenes amplexos Mineruæ simulacrum, sacerdotēq; deæ uelatū ornamētis inter ipsa altaria trucidauerūt, ob hoc cum peste & seditionibus uexarentur, priores Crotonienses delphicum oraculum adierunt. Responsum his est finem mali fore, si uiolatum Mineruæ numen, & interfectorum manes placassent. Itaq; cum statuas iuuenibus iustæ magnitudinis, & in primis Mineruæ fabricare cœpissent. Metapontini cognito oraculo deorum occupandam manum, & pacem deæ rati, iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt, et deam panificijs placant. Atq; ita pestis utrobiq; sedata est, cum alteri magnificentia, alteri uelocitate certassent. Recuperata sanitate non diu Crotonienses quieuere. Itaq; indignātes

in oppugnatiõe Syris, Auxiliũ cõtra se a locrẽsibus lã tũ bellũ his intulerũt. Quo metu territi Locrenses ad Spartanos decurrũt, auxiliũ supplices deprecãtur, illi longinqua militia grauati auxiliũ a Castore & Polluce petere eos iubent. Neq; legati sociæ urbis responsum spreuerunt, profectiq; in proximum templum, facto sacrificio auxiliũ deorũ implorant, litatis hostijs obtentoq;, ut rebantur, quod petebãt, haud secus læti quam si deos ipsos secum aducturi essent, puluinaria ijs in naui componunt, faustisq; profectionibus solatia suis pro auxilijs deportant. Iis cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, uictoriæ facultatem belliq; prosperos euẽtus deprecãtes respõsum prius uotis hostes quã armis uincẽdos. Cum uouissent Apollini decimas prædæ locrenses & uoti hostium & respõso dei cognito nonas uouerunt, tacitãq; eam rem habuere, ne uotis uincerentur. Itaq; cum in aciem processissent, & crotoniẽsium centũ uiginti milia armatorũ cõstituissent, Locrenses paucitatẽ suã circũspicientes (nam sola quindecim milia militũ habebãt) omissã spe uictoriæ, in destinatã mortẽ conspirãt, tãtusq; ardor ex desperatione singulos cœpit, ut uictores se putarent si non inulti morerentur. Sed dum mori honeste quærunt fœlicius uicerunt. Nec alia causa uictoriæ fuit, quam quod desperauerunt. Pugnãtibus locris aquila ab acie nunq; recessit, eosq; tam diu circunuolauit quoad uincerent. In cornibus quoq; duo iuuenes diuerso a cæteris armorũ habitu, eximia magnitudine, & albis equis, et coccineis paludamentis pugnare uisi sunt, nec ultra ap-

paruerũt, quã pugnatum est. Hanc admirationẽ auxit incredibilis famæ uelocitas. Nam eadem die qua in italia pugnatum est, & corintho, & Athenis, & Lacedæmone nũciata est uictoria. Post hæc Crotoniẽsibus nulla uirtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit, oderãt em̃, quæ infœliciter sumpserãt, mutassent q; uitã luxuria, nisi Pythagoras philosophus fuisset. Hic sami demarato locuplete negociatore natus, magnisq; sapiẽtie incremẽtis formatus, Aegyptũ primo mox Babyloniam ad prædiscendos syderũ motus, originẽq; mũdi spectandã profectus, summã scientiã cõsecutus erat. Inde regressus Cretam & Lacedæmona ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas, ea tempestate leges contẽderat, quibus omnibus instructus Crotonam uenit, populumq; in luxuriã lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabile quottidie uirtutem & uitia luxuriæ contẽnebat, casusq; ciuitatũ hac peste perditarum enumerabat, tantũq; studiũ ad frugalitatẽ multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem cõuersos fuisse incredibile uidet̃. Matronarum quoq; separatã a uiris doctrinã et puerorũ a parentibus frequẽter habuit. Docebat nũc has pudicia, et obsequia in uiros, nũc illos modestias, & litterarum studiũ. Inter hæc uelut genitricẽ uirtutum frugilitatem omnibus ingerebat, cõsecutusq; assiduitate disputationum erat, ut matronæ auratas uestes, cæteraq; dignitatis suæ ornamenta uelut instrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Iunonis ædem ipsi deæ consecrarent, præferens uera ornamẽta matro

narũ pudiciciã nõ uestes esse. In iuuentutẽ quoq; quã tum profligatũ sit, uicti fœminarũ contumaces animi manifestant. Sed.ccc.ex iuuenibus cũ sodalicij iure sacramento quodam nexi, separatã a ciuibus cæteris uitã exercerent, quasi cœtum clandestinæ cõiurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt, quæ eos cum in unã domum conuenissent, cremare uoluit. In quo tumultu.lx.ferme hoĩes periere, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autẽ cũ annos.xx. Crotone egisset, metapontũ migrauit ibiq; decessit, cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templũ facerent, eumq; pro deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus, quem supra a Sicilia exercitũ in italiam traiecisse, bellumq; græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotoniẽses uix uires longo ocio ex prioris belli clade resumentes aggreditur, qui fortius cum paucis exercitui eius quã antea cũ tot milibus locrensiũ paucitati restiterunt, tantum uirtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet, tantoq; insperata interdum sperata uictoria certior est. Sed Dionysiũ gerentẽ bellũ legati Gallorũ, qui ante menses Romã incenderũt, societatẽ amicitiamq; petentes adeunt, gentẽq; suã inter hostes eius positã esse, magnoq; usui ei futurũ uel in acie bellanti uel de tergo intentis in prælium hostibus affirmãt. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate & auxilijs gallorum auctus, bellũ uelut ex integro restaurat, his autẽ gallis causa in italiã ueniẽdi, sedesq; nouas quærendi, intestina discordia, et assiduæ domi dissensiões fuere, quarũ tædio cũ in italiam uenissent sedibus Thuscos expulerunt, & Me

galli inter se bellatis Italis bellum comittunt

diolanũ, Contũ, Brixiam, Veronã, Bergomum, Tridentũ, Vicentiam condiderũt. Thusci quoq; Duce Reto auitis sedibus amissis alpes occupauere, & nomine ducis gentem retiorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliã aduentus Carthaginẽsium reuocauit, qui recuperato exercitu bellum, quod lue deseruerãt auctis uiribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat cuius inimicus Suniator potẽtissimus ea tẽpestate pœnorũ cum odio eius græcis litteris Dionysio aduentum exercitus, & segniciam ducis familiariter prænũciasset, compræhensis epistolis proditionis damnatur, facto senatusc õsulto, ne quis postea carthaginensis, aut litteris græcis, aut græco sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset, nec multo post Dionysius quẽ pauloãte nõ Sicilia, nõ italia capiebat, assiduis belli certaminibus uictus fractusq; ad postremũ insidijs suorũ interficit.

Iustini Historici. Liber. XXI.

Xtincto in Sicilia Dionysio tyrãno, in locũ eius milites maximũ natu ex filijs eius noĩe Dionysiũ suffecere & maturã ætatẽ eius secuti, & qđ firmius futurũ esset regnũ, si penes unũ remãsisset, quã si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrantur. Sed Dionysius inter initia regni auũculos fratrũ suorum uelut æmulos imperij sui, hortatoresq; puerorum ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animũ prius ad fauorem populariũ consiliandum intendit, excusatius facturus quod statuerat, si ꝓbatus ante omnibus foret. Igit̃ nexorũ tria milia a carcere dimittit,

tributa populo per trienniũ remittit, & quibuscunq; delinimẽtis potest animos omniũ sollicitat. Tũc ad destinatum facinus cõuersus nõ cognatos tantũ fratrũ, sed etiam ipsos fratres interficit ut quibus consortiũ regni debebat, ne spiritus quidem consortiũ relinqueret tyrãnidem in suos prius quã in externos auspicatus. Sublatis deinde æmulis in segnitiẽ lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorũq; ualitudinẽ contraxit, adeo ut non solem, nõ puluerẽ, nõ deniq; splẽdorem ferre lucis ipsius possent. Propter quæ dũ contemni se putat, sæuitia grassatur, nec ut pater carcerẽ noxijs, sed cædibus ciuitatẽ replet, ob quæ non contẽptior oĩbus quã inuisior fuit, Itaq; cũ bellũ aduersus eũ syracusani decreuissent diu dubitauit, an iperiũ deponeret, an bello resisteret, sed a militibus pdã, urbisq; direptionẽ sperãtibus descendere in præliũ cogitur. Victus, cũ iterato non fœlicius fortunã tentasset, legatos ad syracusanos mittit, spondens se depositurũ tyrannidem, si mitterent ad eum, cũ quibus de pace cõueniret, In quã rem missos primores in carcere retinet atq; ita in cautis oĩbus ne quicq; hostile metuentibus exercitum ad delendam ciuitatem mittit. Et igitur in ipsa urbe anceps præliũ, in quo oppidanis multitudine superantibus Dionysius pellitur, qui cũ obsidionẽ arcis timeret, cum omni regio apparatu in italiam ꝓfugit tacitus. Exula locrensibus socijs acceptus, uelut iure regnaret, arcẽ occupat, solitamq; sibi sæuitiã exercet. Coniuges principũ ad stuprũ rapi iubebat, uirgines ante nuptias adducebat, stupratasq; procis reddebat. Locupletissimos quosq; aut ciuitate pellebat,

aut occidi imperabat, bonaq; eorum inuadebat. Dein cũ rapinæ occasio deesset, uniuersam ciuitatẽ callido cõmento circunuenit. Cum reginorum tyrãni Leofronis bello locrensos premerentur, uouerunt, si uictores forent, ut die festo ueneris uirgines suas pstituerent. Quo uoto intermisso, cum aduersa bella cũ Lucanis gererent, in concionem eos Dionysius uocat, hortatur ut uxores filiasq; suas in templũ ueneris quã possint ornatissimas mittant. Ex quibus sorte centum ductæ, uoto publico fungantur, religionisq; gratia uno stent in lupinari mense, omnibus ante iuratis uiris ne quis ullam artaminet, quæ res ne uirginibus uoto ciuitatẽ soluentibus fraudi esset, decretum facerẽt, ne qua uirgo nuberet priusquã ille maritis traderentur. Probato consilio, & quo superstitioni & pudicitiæ uirginum consulebatur, certatim omnes fœminæ impensius exornatæ in templum ueneris conueniunt, quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat, ornamentaq; Matronarum in prædam suam uertit. Quarundã uiros ditiores interficit, quasdã ad prodendas uirorũ pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, conspiratione locrorũ ciuitate pulsus in Siciliã redit. Ibi Syracusas securis oibus post longã intercapedinẽ pacis cõditionẽ recepit. Dũ hæc in Sicilia gerunt, interim in affrica princeps Carthaginẽsiũ Hãno opes suas qbus rei. p. superabat uires, ad occupãdã dominationẽ intendit, regnumq; inuadere interfecto senatu conatus est. Cui sceleri solẽnẽ nuptiarũ diẽ filiæ suæ legit, ut religione uotorũ nefanda cõmitteret, & nefanda cõmenta facilius regerentur. Itaq; plebi

epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis ueneno infectis secretius senatum, & sine arbitris interficeret, orbamq; rem. p. facilius inuaderet. Qua re magistratibus per ministros prodita scelus declinatũ non uindicatũ est, ne in uiro tam potenti plus negocij faceret res cognita quam cogitata. Contenti itaq; cohibuisse decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt, idq; obseruari non ab uno sed ab uniuersis iubent, ne persona designata, sed uitia correpta uiderentur. Hoc consilio præuentus iterum seruitia concitat, statutaq; rursus cædium die, cum denuo se proditum uideret, timens iudicium, munitum quoddam castellum cum uiginti milibus seruorũ armatis occupat. Ibi dum afros, regemq; mauritanorum concitat, capitur. Virgisq; cæsus effocis oculis, & manibus cruribusq; fractis, uelut a singulis mẽbris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur, corpus uerberibus laceratũ in cruce figitur, Filij quoq; cognatiq; oẽs, etiam innoxij supplicio traduntur, ne quisquam aut ad imitandũ facinus, aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo superesset. Interea Dionysius syracusis receptus, cum grauior crudeliorq; indies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc deposito imperio arcẽ syracusanis cum exercitu tradidit, receptoq; priuato instrumento, corynthum in exiliũ proficiscitur. Ibi humillima quæq; tutissima existimans, in sordidissimũ uitæ genus descendit. Non contentus in publico uagari sed potare, nec cõspici in popinis, lupanaribusq; sed totis diebus desidere. Cũ perditissimis quoq; de minimis rebus disceptare, panno

fusq; & squalidus incedere, risum libentius præbere quam captare, in macello perstare, quæ emere non poterat, oculis deuorare, apud ædiles, aduersus leones iurgari, omniaq; ita facere, ut contẽnendus magis q̃ metuendus uiderẽt. Nouissime se ludi magistrũ professus, pueros in triuio docebat, ut aut a timẽtibus semper in publico uideretur, aut a nõ timentibus facilius contẽneretur. Nam licet tyrannicis uitijs semper abũdaret, tamen simulatio hæc uitiorũ, non naturæ erat, magisq; hæc arte, q̃ amisso regali pudore faciebat, expertus q̃ inuisa tyrannorũ forẽt etiam sine opibus nomina. Laborabat itaq; inuidiã præteritorũ contemptu præsentiũ demere, neq; honesta sed tuta consilia circũspiciebat. Inter has tamẽ dissimulationũ artes ter insimulatus est affectatæ tyrannidis, nec aliter quam dum cõtemnitur, liberatus est. Inter hæc Carthaginẽses tanto successu rerum Alexandri magni exterriti, uerentes ne persico regno & africam uellet adiungere. Mittũt ad speculãdos eius aĩos Hamilcharẽ cognomẽto Rhodanũ uirũ solertia facũdiaq; p̃ter cæteros insignẽ. Augebant eñ metum & tyrus urbs auctor originis suæ capta, & Alexandria æmula Carthaginis in terminis affricæ et ægypti cõdita, et fœlicitas regis apud quẽ nec cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabanẽ. Igiẽ Hamilchar per Parmenonẽ aditu regis obtento profugisse se ad regem expulsum patria fingit, militẽq; se expeditionis offert. Atq; ita consilijs eius exploratis in tabellis ligneis, desuper cena uacua inducta ciuibus suis oĩa perscribebat. Sed Carthaginẽses, post mortẽ regis reuersum in patriã quasi or

bẽ regi uẽdicasset, non ingrato tantum, uerũetiam, & crudeli animo necauerunt.

Iustini hystorici. Liber. XXII.

Gathocles Siciliæ tyrãnus, q magnitudini prioris Dionysii successit ad regni maiestatẽ ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in sicilia patre figulo natus, nõ honestiorem pueritiam ꝙ principia originis habuit. Siquidẽ forma & corpis pulchritudine egregius, diu uitã stupri patiẽtia exhibuit, annos deide pubertatis egressus libidinẽ a uiris ad fœminas trãstulit. Post hæc apud utrũq; sexũ famosus, uitã latrocinijs mutauit. Interiecto tpe, cũ syracusas cõcessisset, accitusq; ĩ ciuitatẽ inter incolas eẽt, diu sine fide fuit, qm̃ nec ĩ fortunis quod amitteret, nec in uerecũdia qđ inqnaret, habere uidebatur. In summa gregariã militiã sortitus, nõ minus tunc seditiosa quã antea turpi uita in omne facinus prõptissimus erat. Nã & manu strẽnuus, & in cõcionibus perfacundus habebatur. Breui itaq; centurio ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus ætnæos magna experimenta suis syracusanis dedit. Sequenti campanorum tantam de se spem omnibus fecit, ut in locum mortui ducis Damasconis sufficerẽt, Cuius uxorẽ adulterio cognitã post mortẽ uiri in matrimoniũ recepit. Nec cõtẽtus ꝙ ex inope repẽte diues factus esset, Piraticã aduersus patriã exercuit saluti ei fuit, quod socij capti, tortiq; de illo negauerũt, bis occupare imperiũ syracusarũ uoluit, bis in exiliũ actus est. A murgãtinis apud quos exulabat odio syracusanorũ primo ꝑtor, mox dux creatꝰ. In eo bello

et urbẽ leontinorum capit, & urbem syracusas obsi-
dere cœpit, ad cuius auxiliũ Hamilchar dux pœnorũ
imploratus, depositis hostibus odijs præsidia militũ
mittit, Ita uno & eodẽ tẽpore syracusæ & ab hoste ci
uili amore defensæ, & a ciue hostili odio impugna-
tæ sunt. Sed Agathocles cum uideret fortius defendi
urbẽ quam oppugnari, precibus per internunciũ Ha
milcharẽ exorat, ut inter se syracusanos pacis arbitria
suscipiat, peculiaria in ipsum officia sui repromittẽs,
qua spe impletus Hamilchar societatem cum eo me-
tu potẽtiæ eius iungit, ut quãtum uiriũ Agathocli ad
uersus syracusanos dedisset, tantũ ipse ad incrementa
domesticæ potentiæ recuperaret. Igitur non pax tan-
tum Agathocli conciliatur, uerũetiam prætor syracu-
sis constituitur. Tunc Hamilchari expositis ignibus,
cæreis tactisq; in obsequia pœnorum iurat. Deinde ac
ceptis ab eo quinq; milibus Afrorum potentissimos
quosq; ex principibus interficit, atq; ita ueluti reipu.
statum formaturus populũ in theatrum ad concionẽ
uocari iubet, cõtracto in gymnasio senatu, quasi quæ-
dam prius ordinaturus. Sic cõpositis rebus immissis
militibus populũ obsidet, senatũ trucidat, cuius pera
cta cæde ex plebe locupletissimos, & promptissimos
quosq; interficit. Iis ita gestis militem legit, exercitũ
quæ conscribit, quo instructu, finitimas ciuitates,
nihil hostile metuentes ex improuiso aggreditur.
Pœnorum quoq; socios permittente Hamilchare fœ-
de iniurijs uexat. Propter quod quærelas carthagi-
nem socij non tam de Agathocle quam de Hamil-
chare detulerunt, hunc ut dominum & tyrannum,

illum ut proditorem arguentes, a quo infestissimo hosti fortunæ sociorum interposita pactione donatæ sint, cui ab initio syracusæ i pignus societatis sint traditæ, urbs semp pœnis infesta, & de imperio siciliæ carthaginis æmula, nunc insup ciuitates sociorũ eidẽ pacis titulo traditæ sint. Denũciare igitꝰ se hæc breui ad ipsos redundatura ac propediem sensuros, quantũ malum non siciliæ magis quam ipsi africæ attulerũt. His quærelis senatus in Hamilcharem accenditꝰ. Sed quoniã in impio esset, tacita de eo suffragia tulerunt, & sententias prius quã recitarẽtur, in urnã coniectas obsignari iusserũt, donec alter Hamilchar Gisgonis filius a sicilia reuerteretur. Sed hæc callida cõmenta pœnorũ, et sentẽtias inauditas mors Hamilcharis pueuit liberatusq; est fati munere, quẽ per iniuriã ciues inauditam damnauerunt. Quæ res Agathocli aduersus pœnos occasionem mouẽdi belli dedit. Prima igitur illi cum Hamilchare gisgonis filio prælij congressio fuit, a quo uictus maiori mole recuperaturus bellum syracusas concessit. Sed secundi certaminis eidem fortuna quæ et prioris fuit. Cum igitur uictores pœni syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesq; se nec uiribus parem neq; ad obsidionẽ ferendã instructum uideret, super hæc a socijs crudelitate eius offensis desertus esset, statuit bellum in Africã transferre, mira prorsus audacia, quibus in solo urbis sue par nõ erat, eorũ urbi bellum inferret, et qui sua tueri nõ poterat, impugnaret aliena, uictusq; uictoribus insultaret. Huius consilij non minus admirabile silentiũ quã cõmentum fuit populo hoc solũ ꝓfessus, inuenisse si

uictoriæ uiam. Animos illi tantũ in breuẽ obsidionis patientiã firmarent, uel si cui status præsentis fortunæ displiceret, dare se ei discedendi liberã potestatẽ. Cum mille sexcenti discessissent, cæteros ad obsidionis necessitatẽ frumento & stipendio instruit. i. tantũ secum talenta ad p̄sentem usum afferret, cætera ex hoste melius quã ex socijs paraturus. Omnes deinde seruos militaris ætatis libertate donatos sacramento adegit, eosq;, & maiorem partem ferme militũ nauibus imponit, ratus ex æquata utriusq; ordinis cõditione, mutuam inter eos uirtutis æmulationem futuram, cæteros omnes ad tutelã patriæ relinquit. Septimo igitur imperij anno comitibus duobus adultis filijs Archagatho & Heraclida nullo militum sciente quo ueheretur cursum in africam dirigit. Cum omnes aut in italiam prædatum se, aut in sardiniam ituros crederent tum primo exposito in africæ littore exercitu cõsilium suum omnibus aperit. Quo in loco syracusanæ positæ sint, ostendit quibus aliud nullum auxiliũ superesset, quam ut hostibus faciant, quæ ipsi paterẽtur, q̃ppe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia eẽ quæ patriæ uires subministrẽt, foris hostem etiam suis uiribus uinci, deficientibus socijs, & odio diurni imperij externa auxilia circũspicientibus, huc accedere quod urbes castellaq; Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ sint, sed in planis campis sine ullis munimentis iaceant quas omnes metu excidij facile ad belli societatem perduci posse. Maius igitur Carthaginensibus ex ipsa africa quam ex sicilia exarsurum bellum, coituraq; auxi-

lia omnium aduersus unam urbem nomine quã opi-bus ampliorẽ et quas nõ attulerit uires inde sumptu-rum. Nec in repentino pœnorũ metu modicũ momen tum uictoriæ fore, qui tanta audacia hostium percul-si trepidaturi sunt, accessura & uillarum incẽdia ca stellorũ urbiũq; cõtumacium direptionem tunc ipsius carthaginis obsidionẽ, quibus omnibus non sibi tantũ in alios sed & aliis in se sentient patere bella. His nõ solum pœnos uinci, sed & siciliã liberari posse. Nec enĩ moraturos in eius obsidione hostes, cũ sua urgean tur, nusq̃ igitur alibi facilius bellum, sed nec præ-dam uberiorem inueniri posse. Nam capta carthagi-ne omnẽ Africam, Siciliamq; præmiũ uictorum fore Gloriam certe tam honestæ militiæ tantam in omne æuum futurã ut determinari nullo tẽpore obliuionis possit. Vt dicatur eos solos mortaliũ eẽ qui bella (quæ domi ferre nõ poterãt) ad hostes transtulerũt, ultroq; uictores insecuti sint, & obsessores urbis suæ obsede-rint. Omnibus igitur forti ac læto animo bellũ ineũ-dum, quo nullum aliud possit aut præmium uictori-bus uberius, aut uictis monimẽtũ illustrius dare. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portẽti uisio ꝙ nauigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex quam belli reddebat, affirmans si prius quam profi-ciscerentur factum esset, credi aduersum profectu-ros prodigium esse, nunc ꝙ egressis acciderit, illis ad quos eatur, portendere, Porro defectus naturalium siderum, semꝑ præsentem rerum statum mutare, cer-tumq; esse florentibus carthaginẽsium opibus aduer

fisq́ rebus suis cõmutatione significari. Sic consolatis militibus uniuersas naues consentiente exercitu incendi iubet, ut omnes scirent auxilio fugæ ablato, aut uindicandũ aut moriendum esse. Deinde cum omnia quacunq; ingrederetur prosternerent uillas castellaq; incenderent obuius his fuit, cum. xxx. milibus pœnorum Hanno dux prælio commisso duo de siculis tria milia de pœnis cum ipso duce cecidere. Hac uictoria & siculorũ animi erigũtur & pœnorum franguntur. Agathocles uictis hostibus, urbes castellaq; expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa milia trucidat, castra deinde in quinto lapide a carthagine statuit, ut damna carissimarũ rerũ uastitatemq; agrorum, & incendia uillarum de muris ipsius urbis specularentur. Interea ingens tota africa delet pœnorũ exercitus fama, occupatarumq; urbium diuulgat̃, stupor itaq; oĩs et admiratio incessit, unde a tãto impio tã subitũ bellũ p̃sertim ab hoste iã uicto? admiratio deinde paulatim in contẽptu pœnorũ uertit̃. Nec multo post nõ africa tãtũ uerũetiã urbes nobilissimæ nouitatẽ secutæ ad Agathoclem defecere, frumẽtoq; et stipendio uictorẽ extruere, his pœnorũ malis, etiã delectus in sicilia cum imp̃atore exercitus, uelut quidã ærũnarum cumulus accessit. Nã post p̃fectionẽ a sicilia Agathoclis in obsidione siracusarũ pœni segniores redditi, ab Antandro fratre regis Agathoclis occisiõe cæsi nunciabãtur. Itaq; cũ domi forisq; eadẽ fortuna carthaginensiũ esset, iam nõ tributariæ tantũ ab his urbes uerumetiã socij reges deficiebãt, amicitiarum iura non fide, sed successu põderãtes. Erat inter cæteros rex cy

renarum Ophellas, qui spe improba regnum totius africæ amplexus, societatem cum Agathocle per legatos iunxerat, pactusq; cum eo fuerat, ut siciliæ illi, sibi africæ imperium uictis carthaginensibus cederet. Itaq; cum ad belli societatē cum ingenti exercitu ipse uenisset. Agathocles blando alloquio, & humili adulatione cum sæpius simul cœnassent adoptatus, quia filius eius ab Ophella esset, incautū eū īterfecit, occupatoq; exercitu eius, iterato carthaginēses oībus uiribus bellum struētes, magno utriusq; exercitus sanguine graui prælio superat, hoc certaminis discrimine tāta desperatio illata pœnis est, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, transiturus ad eū Bomilchar dux pœnorum cū exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro a pœnis patibulo suffixus est, ut idem locum monumentū suppliciorū eius esset, qui ornamentum ante fuerat honorum. Sed bomilchar magno animo crudelitatem ciuium tulit, adeo ut de summa cruce, ueluti de tribunali in pœnorū scelera cōcionaret, obiectans illis nunc Hannonē falsa affectati regni inuidia circūuentum nūc Gisgonis innocentis exilium, nunc in Hamilcharē patruum suū tacita suffragia, q̄ Agathoclem sociū illis facere quam hostem maluerint. Hæc cum in maxima populi cōcione uociferatus esset expirauit. Interea Agatocles ꝓfligatis in africa rebus, tradito Archagatho filio exercitu in siciliā recurrit. Nihil actū in Africa existimās, si amplius Syracusæ obsiderentur. Nā post occisum Hamilcharem Gisgonis filiū, nouus eo a pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduētu eius oēs siciliæ urbes

auditis rebus, quas i africa gesserat, certatim se ei tradũt, atq; ita pulsis e sicilia pœnis, totius insulæ imperium occupauit. In africã deinde reuersus, seditione militũ excipitur. Nam stipẽdiorũ solutio in aduentũ patris dilata a filio fuerat. Igit ad contionem uocatos blandis uerbis permulsit, stipendia illis non a se flagitãda esse sed ab hoste qrenda, cõmunẽ uictoriã, cõmunẽ prædã futurã. Paululũ modo anniterent dum belli reliquiæ peragunt, cũ sciant carthaginem captã spes omniũ expleturã. Sedato militari tumultu interiectis diebus ad castra hostiũ exercitũ ducit, ibi inconsultius plium cõmittendo maiorẽ partẽ exercitus perdidit. Cum itaq; in castra fugisset, uersamq; in se inuidiam temere cõmissi belli uideret, pristinãq; offensam nõ depensi stipẽdij metueret, cõcubina nocte solus a castris cũ Archagato filio pfugit, quod ubi milites cognouere haud secus quã si ab hoste capti essent trepidauere. Bis se a rege suo in medijs hostibus relictos esse pclamantes salutẽq; suam desertã ab eo esse quorũ ne sepultura quidẽ relinquẽda fuerat, cum persequi regẽ uellent, a numidis excepti, in castra reuertuntur, compræhenso tamẽ archagato, qui a patre noctis errore discesserat. Agathocles autẽ nauibus qbus fuerat a sicilia regressus, cum custodibus earũdẽ syracusas defertur. Exemplũ flagitij singulare. Rex exercitus sui desertor, filiorũq; pater pditor. Interim in africa post fugã regis milites pactione cũ hostibus facta, iterfectis agathoclis filijs, carthaginẽsibus se tradidere, Archagatus cũ occideret ab Arcesilao amico Antipatri, rogauit eũ qdnã liberis eius facturũ. Aga-

thoclem putet, per quem ipse liberis careat. Tunc respondit, satis habere se, q̃ superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc pœnij ad persequendas belli reliquias duces in siciliam miserũt cum quibus Agathocles pacem æquis conditionibus fecit.

Iustini Historici Liber. XXIII.

a Gathocles Rex Siculæ pacificatus cũ carthaginẽsibus partẽ ciuitatũ a se fiducia uiriũ dissidentem armis subegit. Deinde quasi angustis insulæ terminis clauderetur, cuius imperiũ partem primis incremẽtis ne sperauerat quidem, in italiã transcendit, exemplũ Dionysij secutus, qui multas ciuitates italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi brutij fuere qui & fortissimi et opulentissimi uidebãtur, simul & ad iniurias uicinorũ prompti. Nã multas ciuitates græci nois italiæ expulerãt. Auctores quoq; suos Lucanos, bello uicerãt, et pacẽ cũ his equis legibus fecerãt. Tanta feritas animorũ erat, ut nec origini suæ parcerẽt. Nãq; Lucani iisdẽ legibus liberos suos, q̃bus et spartani instituere soliti erãt. Quippe ab initio pubertatis, in siluis inter pastores habebantur sine ministerio seruili, sine ueste quã induerẽt, uel cui incubarẽt, ut a primis annis duriciæ parsimoniæq; sine ullo usu urbis assuescerẽt. Cibus his præda uenatica, potus mellis & lactis et fontiũ liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabãtur. Horũ igitur ex numero. l. primo ex agris finitimorũ prædari soliti, confluente deinde multitudine sollicitati præda cũ plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaq; fatigatus querelis sociorum Dionysius siciliæ tyrannus, sexcen

tos afros ad cōpescendos eos miserat, quorū castellum proditū sibi per Brutiā mulierē expugnarūt, ibiq; ciuitatē concurrētibus ad opinionē nouæ urbis pastoribus, statuerūt, brutiosq; se ex nomine mulieris uocauerūt. Primū illis cum Lucanis originis suæ auctoribus bellū fuit. Qua uictoria erecti cum pacē æquo iure fecissent, cæteros finitimos armis subegerunt, tantasq; opes in breui cōsecuti sunt, ut perniciosi etiā regibus haberētur, deniq; Alexāder rex epiri cū in auxilium græcarū ciuitatū cū magno exercitu in italiā uenisset cū omnibus copijs ab his deletus est. Quare feritas eorum successu fœlicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles spe ampliandi regni, a sicilia in Italiā traiecit. Principio aduētus opinionis eius cōcussi, legatos ad eū, societatē amiciciamq; petentes, miserunt. Quos agathocles ad cœnam inuitatos ne exercitum traijci uiderent, imposterū statuta his die conscensis nauibus frustratus est. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuerti eum in Siciliam interiectis paucis diebus uis morbi coegit, quo toto corpore compræhensus per omnes neruos articulosq; humore pestifere grassante uelut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemq; ortum eius regnum iam quasi mortui uindicantibus occiso filio regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles cum morbi cura & ægritudo grauiores essent, & inter se alterum alterius malo cresceret, desperatis rebus uxorem suā Theogenā genitosq; ex ea duos paruulos cum omni pecunia & familia rega

liqꝫ instrumento, quo præter illũ nemo regum ditior fuit nauibus impositos ægyptũ, unde uxorem acceperat, remittit, timẽs ne prædonẽ regni sui hostem pateretur, quãq̃ uxor diu ne ab ægro diuelleret, deprecata est, ne discessus suus adiũgi nepotis pricidio posset, et tã cruente hæc deseruisse uirum, quã ille impugnasse auũ uideretur, nubẽdo se nõ prospere tantum, sed omnis fortunæ inisse societatẽ, nec inuitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos uiri spiritus exciperet, & exequiarum officiũ in quod profecta se nemo sit successurus obsequio debitæ pietatis implere. Discedentes paruuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius uisura oculis fatigabat. Nec minus senis lachrymæ miserabiles erant. Flebant ĳ moriẽtem patrẽ, ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinem patris senis ægri, ille in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assistentium fletibus tam crudelis dissidĳ impleta resonabat. Tandem lachrymis finẽ necessitas profectiõis imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc agũtur carthaginenses cognitis quæ in sicilia agebantur, occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes magnis uiribus eo traĳciunt, multasq; ciuitates subigunt. Eo tẽpore & Pyrrhus aduersus romanos bellum gerebat, qui imploratus a siculis in auxilium sicuti dictum est, cum syracusas uenisset, Rex siciliæ sicut epiri appellat. Quarum rerum fœlicitate lætatus Heleno filio Siciliã uelut auitum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexãdro autem

italiæ regnũ destinat, Post hæc multa secũda prælia cum carthaginẽsibus facit. Interiecto tempore legati ab italicis socijs uenere nũciantes romanis resisti non posse deditionemq; futuram, nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo, incertusq; quid ageret, uel quibus primum subueniret, in utrũq; pronus consultabat. Quippe instãtibus hinc carthaginensibus, inde Romanis periculosum uidebat̃ exercitũ in italiã non traijcere, periculosius a sicilia deducere, ne aut illi nõ lata ope, aut ij deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum uisus est, omnibus uiribus decernere in sicilia, & profligatis Carthaginensibus uictorem exercitũ transponere in italiam. Itaq; cõserto prælio cum superior fuisset, quoniam tamẽ a sicilia abiret, & pro uicto fugere uisus est ac propterea socij ab eo defecerũt, & imperiũ siciliæ tã cito amisit q̃ facile quæsierat. Sed nec in italia meliore fœlicitate usus, in epirum reuertit̃. Admirabilis utriusq; rei casus in exemplũ fuit. Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra uota fluentibus, italiæ siciliæq; imperiũ, & tot de Romanis uictorias attraxerat, ita nũc aduersa uelut in ostentationẽ fragilitatis humanæ destruens quæ cumulauerat, Siciliẽsi ruinæ naufragium maris, fœdam aduersus Romanos pugnã, turpẽq; ab italia discessum adiecit. Post profectionẽ a sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur, cuius tãta moderatio fuit, ut cõsentiẽte omniũ ciuitatũ fauore dux aduersus Carthaginenses primum mox rex crearet̃. Huius futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio, quasi prænũcia fuit. Quippe genitus erat

patre hierocłyto nobili uiro, cuius origo a gelo anti-
quo siciliæ tyrāno manabat, sed maternū illi genus
sordidū, atq; ad modū pudibūdū fuit. Nā ex ancilla
natus, ac propterea a patre uelut dehonestamentū ge-
neris expositus fuerat. Sed paruulū, et humanæ opis
indigentem apes congesto circa iacentem melle mul-
tis diebus aluere. Ob quā rem respōso haruspicum ad
monitus pater, qui regnū infanti portendi canebant,
paruulū recollegit, omniq; studio ad spem maiestatis
quæ promittebatur, instituit. Eidem in ludo inter coæ-
quales discenti, lupus tabulā in turba puerorū repen
te conspectus eripuit, adolescenti quoq; prima bella
ineunti aquila in clypeo, noctua in hasta, consedit.
Quod ostentū & in cōsilio cautum & manu prom-
ptum regemq; futurū significabat. Deniq; aduersus
prouocatores sæpe pugnauit, sempq; uictoriā reporta-
uit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus
est, pulchritudo corporis insignis, uires quoq; in ho-
mine admirabiles fuere. In alloquio blandus, in nego
io iustus, in imperio moderatus erat, prorsus ut nihil
ei regium deesse uideretur preter regnum.

Iustini hystorici. Liber. XXIIII.

c Vm hæc in sicilia geruntur, interim in græ
cia dissidentibus inter se bello Ptolomæo
Ceraunico & Antiocho & Antigono re-
gibus, oēs ferme græciæ ciuitates ducibus spartanis ue
lut occasione data ad spē libertatis erectæ missis inui-
cē legatis per quos in societatis fœdera alligarentur
in bellū prorumpunt, & ne cum Antigono, sub cu-
ius bello erant, bellum cœpisse uiderentur, socios eius

ætolos aggrediuntur, causas belli pretendentes, quod cõsensu græciæ sacratũ Apollini cirræũ cãpũ pumi occupassent. Huic bello ducẽ eligũt Aran, q adunato exercitu, urbes sataq; in his cãpis posita depopulat̃, q auferri nõ poterãt, incendit. Quod cũ e mõtibus cõspicati ætolorũ pastores essent, cõgregati admodũ qngẽti, sparsos hostes ignorãtes quãta manus esset, qm̃ conspectũ illis merus & incẽdiorũ fumus abstulerat, cõsectant̃, trucidatisq; ad modũ nouẽ milibus, p̃dones in fugam uerterunt. Reparãtibus deinde spartanis bellum auxiliũ multæ ciuitates negauerunt, existimantes dominationem eos græciæ non libertatem quærere, interea inter reges bellum finitur. Nam Ptolomæus pulso Antigono cũ regnum totius macedoniæ occupasset, pacem cum antiocho facit, affinitatẽq; cũ Pyrrho data ei in matrimoniũ filia sua iungit. Exinde externo metu deposito impiũ & facinorosum animũ ad domestica scelera conuertit, insidiasq; Arsinoæ sororis suæ instruit, quibus & filios eius uita & ipsam Cassandriæ urbis possessiõe priuaret. Primus ei dolus fuit simulato amore sororis i matrimoniũ petere. Aliter em̃ ad sororis filios, quorũ regnum occupauerat, q̃ cõcordiæ fraude puenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolomæi uolũtas sorori erat. Itaq; nõ credẽti mãdat uelle secũ filijs eius regni cõsortiũ iũgere, cũ quibus nõ ideo se armis cõtendisse, quoniã eripere his regnum, sed quod id facere sui muneris uellet, in hoc mitteret arbitrum iurisiurandi, quo præsenti apud deos patrios quibus uellet obsecrationibus, se obligaret. Incerta Arsinoæ quid ageret, si mitteret decipi

periurio, si nõ mitteret, puocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat. Itaq; plus liberis quam sibi timens, quos matrimonio suo ptecturã se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem, quo perducto in sanctissimũ iouis templũ ueterrimæ Macedonũ religionis Ptolomæus sumptis in manibus altaribus, cõtingẽs ipsa simulacra & puluinaria deorum, inauditis ultimisq; execrationibus, adiurat se sincera fide matrimoniũ sororis petere, nuncupaturũq; se eã reginã, neq; in contumeliã eius se aliam uxorem aliosue q̃ filios eius liberos habiturũ. Arsinoe postq̃ & spe impleta est, & metu soluta ipã cum fratre colloquit̃ cuius uultus et blandientes oculi cum fidem non minorẽ q̃ iusiurandum promitterent reclamãtæ Ptolomæo filio fraudẽ subesse in matrimoniũ fratris consensit. Nuptiæ magno apparatu lætitiaq; oĩum celebrãtur. Ad concionem quoq; uocato exercitu, capiti sororis diadæma imponit, reginãq; eam appellat. Quo nomine in lætitiã effusa Arsinoe, quia (quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat) recepisset, ultro uirum in urbem suam Casandriam inuitat, cuius urbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur uirum diem festum urbi in aduentũ eius indicit domos, templa cæteraq; oĩa exornari iubet, aras ubiq;, hostiasq; disponi, filios quoq; suos Lysimachũ sedecim annos natũ. Philippũ triẽnio minorẽ, utrũq; forma insignẽ, coronatos occurrere iubet. Quos Ptolomæus ad cælandã fraudẽ cupide & ultra modũ ueræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portã uentum est, occupari arcem iubet pueros interfici. Qui cum ad matrẽ confugissent

in gremio eius inter ipa oscula trucidant. Proclamate Arsinoe, quod tantũ nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filijs se saepe percussoribus obtulit. Frequẽter corpore suo puerorũ corpora amplexata protexit, uulneraq; excipere, quae liberis intendebantur, uoluit. Ad postremũ spoliata etiam funeribus filiorũ, scissa ueste, et crinibus sparsis cum duobus seruulis ex urbe protracta, samothraciam in exiliũ abijt eo miserior quam mori cum filijs ei nõ licuit. Sed nec ptolomaeo inulta scelera fuerunt. Quippe dijs immortalibus tot periuria, & tam cruenta parricidio uindicãtibus, breui post a gallis spoliatus a regno captusq; uitam ferro, ut meruerat, amisit. Nanq; galli abundanti multitudine cum eos non caperẽt, terrae, quae genuerant, trecenta milia hominũ ad sedes nouas quaerẽdas, uelut peregrinatũ miserunt. Ex ijs portio in italia consedit, quae & urbem romã captã incendit, & portio illyricos sinus ducibus auibus (nam augurandi studio galli praeter caeteros callent) per strages barbarorum penetrauit, & in pannonia consedit, gens aspera, audax, bellicosa, quae prima post Herculem cui ea res uirtutis admirationẽ & immortalitatis fidem dedit, alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis pannonijs per multos annos cum finitimis uaria bella gesserunt. Hortãte deinde successu, diuisis agminibus, alij graeciam, alij macedoniam omnia ferro proterentes petiuere, tantusq; terror gallici nominis erat, ut etiam reges non lacessiti, ultro pacem ingẽti pecunia mercarentur, solus rex macedoniae Ptolomaeus aduentum gallorum

intrepidus audiuit, iisq; cũ paucis, & incõpositis quã si bella nõ difficilius q̃ scelera patrarent, parricidiorum furiis agitatus occurrit. Dardanorũ quoq; legationem uiginti milia armatorũ in auxilium offerentem spreuit, addita insuper cõtumelia actũ de macedonia dicẽs, si cũ totũ oriẽtẽ soli domuerint, nũc in uindictã ciuiũ dardanis egeant milites se habere filios eorum qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarũ uictores fecerint, quæ ubi Dardano rege nunciata sunt, inclytum illud macedoniæ regnũ breui imaturi iuuenis temeritate casurũ dixit. Igitur Galli duce belgio ad tentandos macedonũ animos legatos ad Ptolomæum mittunt, offerentes pacem si emere uelit. Sed Ptolomæus inter suos belli metu pacẽ gallos petere gloriatus est, nec minus ferociter se legatis quã inter amicos iactauit. Aliter se pacem daturũ negãdo, nisi principes suos obsides dederint & arma tradiderint, non enim fidem se nisi inermibus habiturum. Renunciata legatione risere galli, undiq; acclamãtes breui sensurum sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus prælium conseritur. Victi macedones cædũtur. Ptolomæus multis uulneribus saucius capitur, caput eius amputatur, & lancea fixum tota acie ad terrorem hostiũ circunfertur. Paucos ex macedonibus fuga seruauit, cæteri aut capti aut occisi. Hæc cũ nunciata per omnẽ macedoniam essent, porte urbiũ clauduntur, luctu omnia replentur, nũc orbitatem amissorum filiorũ dolebant, nũc excidia urbium metuebãt, nunc Alexandri philippi quæ regum suorum nomina sicuti numina in auxiliũ uocabant. Sub illis se

non solum tutos, uerũetiam uictores orbis terrarũ exti
tisse. Vt tuerentur patriam suam quam gloria rerum
gestarum cælo proximã reddidissent, ut opem afflis
ctis ferrent quos furor & temeritas Ptolomæi regis
perdiderat, orabant. Desperantibus omnibus nõ uotis
agendum Sosthenes unus de macedonũ principibus
ratus cõtracta iuuentute, & gallos exultantes uictos
ria cõpescuit, & macedoniam ab hostili depopulatio
ne defendit, ob quæ uirtutis bñficia multis nobilibus
regnum macedoniæ affectantibus, ignobilis ipse præ
ponitur, & cum rex ab exercitu appellatus esset ipse
non in regis sed in ducis nomen iurare milites coegit.
Interea Brennus, quo duce portio gallorũ in græciã
se effuderat, audita uictoria suorum, qui Belgio duce
macedones uicerãt indignatus parta uictoria optimã
prædam & orientis spolijs onustam tam facile relis
ctam esse adunatis. CL. milibus peditũ et. xv. milibus
equitum in macedoniã irrumpit. Cum agros uillasq;
popularẽtur, occurrit ei cũ instructo exercitu macedos
num Sosthenes, sed pauci a pluribus, trepidi a ualen
tibus facile uincuntur. Itaq; cũ uicti se macedones ins
tra muros urbium cõdidissent, uictor Brennus nemis
ne prohibente totius macedoniæ agros deprædatur.
Inde quasi spolia sorderẽt, animũ ad deorum immor
talium templa cõuertit, scurriliter iocatus, locupletes
deos largiri hoibus oportere. Statim igitur delphos
interuertit prædam religionis aurum offensæ deorũ
immortalium præferens quos nullis opibus egere, ut
qui eas largiri hominibus soleãt, affirmabat. Tẽplũ
aũt Apollinis delphis positũ est in mõte parnaso in

rupe undiq; impendente, ibi ciuitatem frequentia ho-
minum facit. Qui ad affirmationẽ maiestatis undiq;
cõcurrentes, in eo saxo consedere. Atq; ita templũ ciui
tatemq; non muri, sed præcipitia, nec manufacta, sed
naturalia præsidia defendũt. Prorsus ut incertum sit
munimentũ loci, an maiestas dei plus hic admiratiõis
habeat. Media saxi rupes in formam theatri recessit.
Quam ob rem & hominũ clamor, & si quando ac-
cidit tubarum sonus personãtibus, & resonantibus in
ter se rupibus, & multiplex audiri, ampliorq; quam
editur resonare solet. Quæ res maiorem maiestatis ter
rorẽ ignaris rei, & admirationẽ stupẽtibus plærũq;
affert. In hoc rupis anfractu media ferme montis alti
tudine planicies exigua est, atq; in ea ꝓfundum ter-
ræ foramẽ, qđ in oracula patet. Ex quo frigidus spi-
ritus in quodam uelut uento in sublime expulsus, mẽ
tes uatum in uecordiam uertit, impletasq; deo respon
sa consulẽtibus dare coegit. Multa igitur ibi, et opu-
lenta regũ populorũq; uisuntur munera, quæq; ma-
gnificentia sui reddentiũ uota gratam uoluntatẽ, &
deorũ responsa manifestãt. Igitur Brennus cũ in con-
spectu haberet templũ, diu deliberauit an cõfestim rẽ
aggrederetur, an uero fessis uia militibus, noctis spa
cium ad resumẽdas uires daret. Euridanus & Thessa
lonus duces qui se ad prædę societatẽ iunxerãt, ampu
tari moras iubent, dum imparati hostes & recẽs ad-
uentus sui terrori esset. Interiecta nocte & animos ho
stibus forsitan, & auxilia accessura, & uias quæ tunc
patcãt obstructum iri. Sed gallorum uulgus ex lõga
inopia ubi primũ uino, cæterisq; cõmeatibus referta

rura inuenit, non minus abundãtia, quam uictoria lætum per agros se sparserat, desertisq; signis ad occupanda oĩa pro uictoribus uagabatur, quæ res dilatione delphis dedit. Prima naq; opinione aduentus gallorum prohibiti, agrestes a græcis oraculis feruntur messes uinaq; uillis efferre, cuius rei salutare pceptũ non prius intellectũ est, quã uini cæterarumq; copiarum abundantia, uelut mora gallis abiecta auxilia finitimorum cõuenere. Prius itaq; urbẽ suã Delphi aucti uiribus sociorũ permuniuere quã galli uino uelut prædæ incubãtes ad signa reuocarẽtur. Habebat Brẽnus lecta ex omni exercitu peditũ. lxv. milia delphorum sociorũq; nõ nisi. iiij. milia militum erant, quorũ contemptu Brennus ad acuẽdos suorũ animos prædæ ubertatẽ omnibus ostendebat, statuasq; cũ quadrigis, quarum ingens copia procul uisebatũ, solido auro fusas esse. Plusq; in pondere q̃ in specie habere prædæ affirmabat. Hac asseueratione incitati galli, simul et hesterno mero saucij sine respectu periculorũ in bellum ruebant, Contra delphi plus in deo q̃ in uiribus spem ponẽtes cũ cõtemptu hostiũ resistebãt, scandentesq; gallos e summo mõtis uertice partim saxis partim armis obruebant. In hoc partium certamine repẽte uniuersorũ templorum antistites, simul & ipsi uates sparsis crinibus cum insignibus atq; infulis pauidi uæcordie sue in primã pugnantiũ aciem pcurrũt, aduenisse deũ clamãt, eumq; se uidisse desilientẽ in tẽplum p culminis aperta fastigia. Dum oẽs opem dei suppliciter implorant, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesq; ei duas arma

tas uirgines ex propinquis duabus dianæ mineruæq́ȝ ædibus occurrisse, nec oculis tãtũ hæc se pspexisse, audisse etiã stridorẽ arcus ac strepitũ armorũ. Proinde ne cunctarentur dijs ante signatis hostem cædere, & uictoriæ deorum socios se adiungere summis obsecrationibus monebant, quibus uocibus incensi omnes certatim in prælium prosiliunt. Præsentiam dei et ipsi statim sensere. Nam & terræ motu portio montis abrupta Gallorum strauit exercitum, & confertissimi cunei non sine uulneribus hostium dissipati ruebant. Insecuta deinde tempestas est quæ grandine et fulgure saucios ex uulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem uulnerũ ferre nõ posset, pugione uitam finiuit. Alter ex ducibus punitis belli auctoribus cum decẽ milibus sociorũ citato agmine a græcia excedit. Sed nec fortuna fugiẽtibus cõmodior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore & periculo dies, assidui imbres, & gelu, nix cõcreta, & fames, & lassitudo, & sup hæc maximũ per uigiliæ malum miseras infœlicis belli reliquias obterebãt. Gẽtes quoq; nationesq́ȝ per quas iter habebant, pallantes uelut prædã sectabãtur. Quo pacto euenit, ut nemo ex tanto exercitu, qui pauloante fiducia uirium etiam deos contẽnebant, uelut ad memoriã tantæ cladis superesset.

Iustini Historici Liber. XXV.

i Nter duos reges Antigonũ, et Antiochũ statuta pace cum in macedoniã Antigonus reuerteretur, nouus eidẽ repente hostis exortus est. Quippe galli qui a brenno duce cum

In græciã ꝓficiſcerẽtur ad terminos gẽtis tenẽdos relicti fuerãt, ne ſoli de fides uiderẽtur, peditũ. xv. milia, eqtũ tria milia armauerãt, fugatiſq; getarum tribalorumq; copiis macedoniæ imminẽtes legatos ad regẽ miſerũt, qui pacẽ uenalẽ offerrent, ſimul & regis caſtra ſpecularẽtur, quos Antigonus pro regali munificentia ingẽti apparatu epularũ ad cœnam inuitauit. Sed galli expoſitũ grãde auri argẽtiq; pondus admirantes, atq; ꝑde ubertate ſollicitati infeſtiores quã uenerant, reuertuntur, quibus elephãtes ad terrorem uelut inuſitatas barbaris formas rex oſtendi iuſſerat, naues onuſtas copiis demõſtrari ignarus ꝙ qbus oſtẽtatione uiriũ metũ ſe iniicere exiſtimabat, eorum aĩos ut ad opimã prædam ſollicitabat. Itaq; legati ad ſuos reuerſi, oĩa in maius extollẽtes, opes pariter, et neglig ẽtiam regis oſtẽdũt, referta auro & argẽto caſtra eſſe, & neq; uallo foſſã ue munita, et quaſi ſatis munimẽti in diuitiis haberẽt, ita eos oĩa officia militaria intermiſiſſe, prorſus quaſi ferri auxilio nõ indigerẽt, quoniam abũdarẽt auro. Hac relatiõe auidæ gẽtis animi ſatis ad prædã incitabãtur. Accedebat tum exemplũ Belgi, qui nõ magno ante tẽpore macedonũ exercitũ cum rege trucidauerat. Itaq; conſentientibus omnibus nocte caſtra regis aggrediũtur, qui præſentientes tantam tempeſtatẽ ſignum pridie dederant, ut omnibus rebus ablatis in proximã ſiluam taciti ſe occultarent. Neq; aliter ſeruata caſtra quam deſerta ſunt, ſiquidem galli ubi omnia uacantia nec ſine defenſoribus, modo uerumetiam ſine cuſtodibus uident, non fugam hoſtium ſed dolum arbitrantes diu intrare por-

tas timuerunt. Ad postremũ integris & intactis mu-nimẽtis scrutantes potius q̃ diripiẽtes castra occupa-uerunt. Tunc ablatis quæ inuenerant ad littus cõuer-tuntur. Ibi dum naues incautius diripiũt a remigibus & ab exercitus parte quæ eo cum coniugibus et libe-ris confugerãt, nihil tale metuẽtes trucidẽtur, tantaq; cædes gallorum fuit, ut Antigono pacẽ huius uicto-riæ opinio nõ gallis tantũ uerũetiam a finitimorũ fe-ritate præstiterit, q̃q̃ gallorũ ea tẽpestate tantæ fœ-cunditatis iuuentus fuit ut asiam omnẽ uelut exami-ne aliquo implerent. Deniq; neq; reges orientis sine mercennario gallorum exercitu ulla bella gesserint, neq; pulsi regno ad alios q̃ ad gallos cõfugerint. Tã-tus terror gallici nois siue armorũ inuicta fœlicitas erat, ut aliter neq; maiestatẽ suam tutã, neq; amissam recuperare se posse sine gallica uirtute arbitrarẽtur. Itaq; in auxiliũ a bithynie rege inuocati, regnum cũ eo parta uictoria diuiserunt, eam quæ regionem gal-logræciam cognominauerũt. Dum hæc in asia gerũ-tur interim in sicilia Pyrrhus a pœnis nauali prælio uictus ab Antigono Macedoniæ rege supplemẽtum militum per legatos petit, denuncias ni mittat redire se in regnum necesse habere incremẽta rerum quæ de romanis uoluerit de ipso quæsiturũ. Quod ubi nega-tum legati rettulerũt dissimulatis causis repentinam fingit profectionẽ. Socios interim parare bellũ iubet, & arcis tarentinæ custodiam Heleno filio & amico Miloni tradit. Reuersus in Epirum statim fines ma-cedoniæ inuadit, cui Antigonus cum exercitu occur-rit, uictusq; prælio in fugã uertitur. Atq; ita Pyrrhus

macedoniā in deditionē accepit, & ueluti dānā amiſſe ſiciliæ italiæq́ꝫ, acquiſito macedoniæ regno penſaſſet, relictum Tarenti filium & amicū accerſit. Antigonus autem cū paucis equitibus fuge comitibus repē te fortunæ ornamentis deſtitutus, amiſſi regni ſpeculaturus euentus theſſalonicam ſe recepit, ut inde cum conducta gallorū mercennaria manu bellum repararet. Rurſus a Ptolomæo Pyrrhi filio funditus uictus, cum ſeptē comitibus fugiēs nō recuperādi regni ſpē, ſed ſalutis latebras ac fuge ſolitudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto faſtigio regni collocatus, iam nec eo ad quod uotis perueniendū fuerat contentus, græciæ aſiæq́ꝫ regna meditatur, neq́ꝫ illi maior ex imperio quam ex bello uoluptas erat, nec quiſquā Pyrrhū quā tuliſſet impetum, ſuſtinere ualuit. Sed ut ad deuincē da regna inuictus habebatur, ita deuictis acquiſitiſq́ꝫ celeriter carebat, tanto melius ſtudebat acquirere imperia quā retinere. Itaq́ꝫ cum copias Cherroneſo trāſpoſuiſſet legationibus Athenienſiū & Achiuorū meſſeniorūq́ꝫ excipitur. Sed & græcia omnis admirationē nominis eius ſimul & rerum aduerſus romanos pœnoſq́ꝫ geſtarum attoniti aduētum eius ſpectabāt. Primum illi bellum aduerſus ſpartanos fuit, ubi maiore mulierum quam uirorum uirtute excipitur, tunc Ptolomæum filium et exercitus partem robuſtiſſimam miſit, quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit, ut nō fortius uictus quam uerecundus recederet. Porro Ptolomæum filiū eius adeo ſtrēnuū & manu fortē fuiſſe tradūt, ut urbē Corcyrā cū ſexageſimo cœperit, idem

prælio nauali triremem ex schapha cum septimo insuluerit, captamq; tenuerit. In oppugnatione quoq; spartanorum usq; in mediam urbem cum equo procurrerit, ibiq; concursu multitudinis interfectus sit, cuius corpus ut relatum patri est, dixisse Pyrhrum ferunt, aliquanto tardius eum quam timuerit ipse uel temeritas eius meruerit occisum esse. Repulsus a spartanis pyrrhus argos petit, ibi dum Antigonum in urbe clausum expugnare cogitur inter confertissimos uiolentissime dimicans, saxo de muris iacto occiditur caput eius Antigono refert, qui uictoria mitius usus filium eius Helenum cum epirotis sibi debitum in regnum dimisit, eiq; insepulti patris ossa in patriam referenda tradidit. Satis constans inter omnes auctores fama est, nullum nec eius nec superioris ætatis regem comparandum pyrrho fuisse ratoq; non inter reges tantum, uerumetiam inter illustres uiros aut uitæ sanctioris, aut iustitiæ probatioris uisum fuisse. Scientiam certe rei militaris in illo uiro tantam fuisse, ut Lysimacho, Demetrio, Antigono cum tantis regibus bella gesserit, inuictus semper extitit. Illiriorum quoq; romanorũq; & Carthaginensium bellis nunquã inferior, plærũq; etiã uictor extiterit, q patriã certe suã angustã ignobileq; fama rerum gestarum & claritate nominis sui toto orbe illustrem reddiderit.

Iustini Historici. Liber. XXVI.

P Ost mortẽ Pyrrhi non in macedonia tantum, uerumetiam in asia, græciaq; magni bellorum motus fuere. Nã & Peloponensiũ per proditionem Antigono traditi, & uarian

te hominum partim dolore, partim gaudio, prout sin gulæ ciuitates aut auxiliũ de Pirrho sperauerãt, aut metus sustinuerant, ita aut cum antigono societatem iungebãt, aut mutuis inter se odijs in bellum ruebãt. Inter hũc turbaturum prouinciarũ motum. Epirorum quoq; urbs ab aristotimo principe per tyrãnidem occupatur, a quo cum multi ex primoribus occisi plures in exilium acti essent, ætolis per legatos postulantibus ut coniuges liberosq; exulum redderet, primo negauit, postea quasi pœniteret proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit, diemq; profectionis statuit. Illæ quasi in perpetuum cum uiris exulaturæ preciosissima quæq; auferentes, cum ad portam quasi uno agminæ profecturæ conuenissent omnibus rebus expoliatæ in carcere recluduntur, occisis prius in gremijs matrum paruulis liberis uirginibusq; ad stuprum direptis. Hanc tam sæuam dominationem stupentibus omnibus princeps eorũ Helematus senex & liberis orbus, ut qui nec ætatis, nec pignorũ respectum timeret conuocatos domi fidissimos amicorum in uindictã patriæ hortatur cunctantibus priuato periculo publicum finire, & deliberandi spacium postulantibus accersitis seruis iubet obseruari fores, tyrannoq; nunciari mitteret, qui cum iuratos apud se compræhenderet obiectans singulis se quia liberandæ patriæ auctor esse non possit desertæ ultorẽ futurũ. Tũc illi ancipiti periculo circũuenti honestiorẽ uiã eligẽtes, cõiurãt in tyrãni necẽ, atq; ita Aristotimus quĩto postq̃ tyrãnidẽ occupauerat mẽse opprimit. Interea Antigonus cum multiplici bello et

Ptolomæi regis spartanorum premeretur, nouusq; illi hostis gallogræciæ exercitus affluxisset in speciem castrorum parua manu aduersus cæteros relicta aduersus gallos totis uiribus proficiscitur. Quibus cognitis gallicum & ipsi se prælio pararent in auspicia pugnæ hostias cædunt, quarum extis cum magna cædes interitusq; omnium prædicaretur, non in timorē, sed in furorem uersi, sperantesq; Deorum minas expiari cæde suorum posse coniuges & liberos suos trucidant, auspicia belli a parricidio incipiētes. Tāta rabies feros animos inuaserat, ut nō parcerēt ætati cui etiā hostes pepercissent, bellūq; inter necinū & natalitiū cum liberis, liberorūq; matribus gererent, pro quibus bella suscipi solent, Ita quasi scelere uita uictoriāq; redemissent, sicut erāt cruēti ex recenti suorū cæde in præliū non meliore euentu quā omine proficiscūtur. Siquidem pugnātes prius parricidiorum furiæ quā hostes circūuenire obseruantibusq; ante oculos manibus interemptorum omnes occisione cæsi. Tanta strages fuit ut dij pariter cū hominibus consensisse in excidiū parricidarū uiderētur. Post huius pugnæ euētū Ptolomæus & spartani uictorē hostiū exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoq; ubi eorum discessum uidet recenti adhuc ex priori uictoria militū ardore bellum atheniēsibus infert, in quo cū occupatus esset interim Alexāder rex epiri ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens fines macedoniæ depopulatur aduersus quem cum reuersus a græcia Antigonus esset transitione militū destitutus regnum macedoniæ cum exercitu admittit.

Huius filius Demetrius puer admodũ absente pa-
tre reparato exercitu non solũ amissam macedoniam
recipit, uerumetiam epiri regno Alexandrum spo-
liat, tanta uel mobilitas militum uel fortunæ uarie-
tas erat, ut uicissim reges nunc exules nunc reges ui-
derentur, Igitur Alexãder cum exul ad arcadas con
fugisset, non minore Epirotarum desiderio quam so-
ciorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tem-
pus rex cyrenarum Agas decedit, qui ante infirmi-
tatem Beronice unicam filiam ad finienda cum Pto
lomæo fratre certamina filio eius desponderat. Sed
post mortem antigoni regis mater uirginis Arsinoe
ut inuita se contractum matrimonium solueret, misit,
qui ad nuptias uirgins, regnumq; cyrenarum Deme
trium fratrem regis Antigoni a macedonia accerse-
rent, qui & ipse ex filia Ptolomæi procreatus erat.
Sed nec demetrius moram fecit. Itaq; cum secundau
te uento celeriter cyrenas aduolasset, fiducia pulchri
tudinis qua nimis placere socrui cœperat, statim a
principio superbus regiæ familiæ militibusq; impo
tens erat, studiumq; placendi a uirgine in matrem
contulerat, quæ res spectata, primo uirgini deinde
popularibus militibusq; inuisa fuit. Itaq; uersis om
nium animis in Ptolomæi filium insidiæ Demetrio
comparantur, qui cum in lectum socru concessisset,
percussores immittuntur. Sed Arsinoe audita uoce
filiæ ad fores stantis & præcipiẽtis, ut matri parce-
rent, adulterũ paulisper corpore suo protexit. Quo in
terfecto Beronice & stuprũ matris salua pietate ulta
est, & in matrimonio sortiẽdo iudiciũ patris secuta.

Iustini Historici Liber. XXVII.

m Ortuo syriæ rege Antiocho cũ in locum eius filius Seleucũ successisset, hortante matre Laodice quæ inhibere debuerat auspicia regni parricidio cœpit. Quippe Beronicē nouercam suam sororem Ptolomæi regis ægypti cũ paruulo fratre ex ea suscepto interficit, quo facinore perpetrato & infamiæ maculam subijt et Ptolomæi bello se implicuit. Porro Beronice cũ ad se interficiendã missos didicisset, paternæ Daphnæ se claudit. Vbi cũ obsideri eam cũ paruulo filio nũciatũ ciuitatibus asiæ esset, recordatione paternæ maiorũq; dignitatis eius & casum tam indignæ fortunæ miserãtes auxilia ei omnes misere, frater quoq; Ptolomæus periculo sororis excitus relicto regno cũ oĩbus uiribus aduolat. Sed Beronice ante aduentũ auxiliorum cum ui expugnari non posset dolo circumuenta trucidatur. Indigna res oĩbus uisa. Itaq; cum uniuersæ ciuitates quæ defecerãt, ingentē classem cõparassent, repente exẽplo crudelitatis exterritæ simul et in ultionē eius, quam defensuri erant Ptolomæo se tradunt, qui nisi in ægyptum domestica seditiõe reuocatus esset, totum regnũ Seleuci occupasset. Tantum uel illi odium parricidiale uel huic fauorem indigne interemptæ mors sororis attulerat. Post discessum Ptolomæi Seleucus cum aduersus ciuitates, quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repẽte ueluti dijs ipsis parricidium uindicantibus orta tempestate classem naufragio amittit nec quicq̃ illi ex tanto apparatu præter nudum corpus & spiritum & paucos naufragũ comites resi

duos fortuna fecit. Misera quidē res, sed optādo Se-
leuco fuit siquidē ciuitates, q̄ odio eius ad Ptolomæum
trāsierāt uelut diis arbitris satisfactū sibi esset, repēti
na animorū mutatione in naufragii miam uersæ im-
perio se eius restituunt. Lætus igitur malis suis & dā
nis ditior redditus uelut par uiribus bellum Ptolo-
mæo infert, sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ
natus esset, nec ꝑpter aliud opes regni recepisset quā
ut amitteret uictus prælio non multo quam post nau-
fragium comitatior trepidus in Antiochiam confu-
git. Inde ad Antiochum fratrem litteras fecit, quibus
auxilium eius implorat oblata ei asia inter fines tau
ri montis in præmiū latæ opis. Antiochus autem cum
esset annos. xiiii. natus supra ætatem regni auidus oc-
casionem non tam pio animo quam offerebatur arri-
puit. Sed latronis more totum fratri eripere cupiens
puer sceleratam uirilemq; sumit audaciā. Vnde Hie-
rax est cognominatus, quia nō hoīs sed accipitris ritu
in alienis eripiēdis uitam sectaret̄. Interea Ptolomæ-
us cum audisset regem Antiochū in auxiliū Seleuco
uenire, ne cum duobus uno tempore dimicaret in an-
nos. x. cum Seleuco pacem facit, sed pax ab hoste da-
ta interpellatur a fratre qui conducto gallorum mer-
cennario exercitu pro auxilio bellum ꝑ fratre hostem
se īploratus exhibuit. In eo ꝑlio uirtute gallorū uictor
quidē Antiochus fuit, sed galli arbitrantes seleucum
in ꝑlio cecidisse in ipm Antiochū arma uertūt, liberius
depopulaturi asiā si oēm stirpem regiā extinxissent.
Qđ ubi sensit Antiochus uelut a ꝑdonibus auro se re
demit, societatēq; cum mercēnariis suis iūgit. Interea

rex bithiniæ Eumenes sparsis cōsumptisq; fratribus bello intestinæ discordiæ quasi uagantē asiæ possessionē inuasurus uictorē Antiochum gallosq; aggreditur, nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione integer ipse uiribus superat, ea nanq; tempestate omīa bella in exitū asiæ gerebant, uti quisq; fortior fuisset asiam uelut prædā occupabat. Sleucus & Antiochus fratres bellum propter Asiam gerebant. Ptolomæus rex ægypti sub specie sororiæ ultiōis asiæ īhiabat. Hinc Bithynius Eumenes, inde galli humilior semper mercennariū manus Asiā depopulabantur. Cum interea nemo defensor asiæ inter tot prædones inueniebatur. Victo Antiocho cum Eumenes maiorē partē asiæ occupasset ne tunc quidem fratres perdito præmio, propter quod bellū gerebant concordare potuerūt. Sed omisso externo hoste in mutuū exitiū bellum reparāt. In eo Antiochus denuo uictus multorum dierū fuga fatigatus tandem ad socerū suū Artamenē regem capadociæ ꝓuehitur, a quo cum primū benigne susceptus esset interiectis diebus cognito ꝙ sibi insidiæ pararent, salutem fuga quæsiuit. Igitur cū profugo nusquā locus tutus esset, ad Ptolomæū hostē cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit, memor uel quæ facturus fratri esset, uel quæ meruisset a fratre. Sed Ptolomæus non tam amicus ei deditus quam hostis factus seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc quoq; Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus, quam familiarius agnouerat deceptis custodibus labitur, fugiensq; a latronibus interficitur. Seleucus quoq; iisdē ferme diebus amisso regno

æquo præcipitatus finitur, sic fratres quasi et germanis casibus exules ambo post regna scelerum suorum pœnas luerunt.

Iustini hystorici. Liber. XXVIII.

OLympias Pyrrhi epyrote regis filia amisso marito eodẽq; germano fratre Alexãdro cum tutelã filiorũ ex eo susceptorum Pyrrhi et Ptolomæi regniq; administratione ipa recepisset, ab ætolis partem acharnaniæ, quã in portionẽ belli pater pupillorũ acceperat eripere uolẽtibus, ad regem macedoniæ. Demetriũ decurrit, eiq; habẽti uxorem Antiochi regis syriæ sororem filiam suam Pithiam in matrimonium tradidit ut auxilium quod misericordia non poterat, iure cognationis obtineret. Fiũt igitur nupiæ quibus & noui matrimonij gratia acquiritur, & ueteris offensa contrahitur. Nam prior uxor uelut matrimonio pulsa sponte sua ad fratrem Antiochum discedit, eumq; in mari bellũ ĩpellit. Archananes quoq; diffisi Epirotis aduersus ætolos auxilium romanorum implorãtes obtinuerunt a romano senatu ut legati mitterentur, qui denunciarent ætolis præsidia ab urbibus acharnaniæ deducerent, paterenturq; esse liberos, qui soli quondam aduersus Troianos auctores originis suæ auxilia græcis non miserunt. Sed ætoli legationem romanorum superbe audiuerunt, pœnos illis & gallos, a quibus tot bellis occisione sint cæsi exprobrantes, dicentesq; prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiẽdas quas clauserit metus punici belli, quam in græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubent, quibus

minentur aduersus gallos urbem suam eos tueri non potuisse, captamq; non ferro defendisse sed auro redemisse. Quam gentem se aliquanto maiori manu græciam ingressam non solum nullis externis uiribus sed ne domesticis quidē tectis adiutos uniuersam delesse, sedemq; sepulchris eorum præbuisse, quam illi uiribus imperioq; suo proposuerant, contra italiā trepidis ex recenti urbis suæ incendio Romanis uniuersam ferme a gallis occupatam. Prius igitur illos gallos italia pellendos q̄ꝫ minentur ætolis, priusquā sua defendenda q̄ꝫ aliena defendi appetenda. Quos autem homines romanos esse nempe pastores, qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant, qui uxoris cum propter originis dehonestamenta nec inuenirent, ui publica rapuerint, qui deniq; urbem suam parricidio condiderint, murorumq; fundamenta fraterno sanguine asperserint. Aetolos autē principes græciæ semper fuisse, & sicut dignitate ita & uirtute cæteris præstitisse solos. Deniq; esse qui macedonas imperio terrarum florentes semper contempserint, qui Philippum regem non timuerunt, qui alexandri magni post persas indosq; deuictos cum omnes nomine eius horrerent, edicta spreuerint. Monere igitur se romanos contenti sint fortuna p̄nti nec prouocassent arma quibus et gallos cæsos & macedonas cōtēptos uideāt. Sic dimissā legatione Romanorū ne fortius locuti quā fecisse uiderentꝰ fines. Epiri regni & arcananiæ depopulātur. Iam Olympias filiis regna tradiderat et in locū Pyrrhi fratris defuncti Ptolomæus successerat, qui cū hostibus instructo

exercitu obuius pcessisset, infirmitate correptus in itinere decedit. Olympias quoq; non magno post tẽpore gemino funerum uulnere afflicta ægrum spiritũ trahens nõ diu filijs superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis uirgo cum Laudomia sorore superessent, Nereis nubit geloni siciliæ regis filio, Laudomia autem cum in aram dianæ confugisset concursu populi interficitur, quod facinus dij immortales assiduæ cladibus gentis & prope interitu totius populi uindicauerunt. Nam sterilitatẽ famẽq; passi & intestina discordia uexati, externis ad postremũ bellis pœnæ consumpti sunt, Miloq; Laudomiæ percussor in furorẽ uersus nunc ferro nunc saxo in summa dentibus laceratis uisceribus. xij. die interijt. His in Epiro gestis interim in macedonia Demetrius rex relicto filio Philippo paruulo admodũ decedit, Cui antigonus tutor datus accepta in matrimoniũ matre pupilli regem se constituere laborat. Interiecto deinde tempore cum seditione minaci macedonũ clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus procedit, proiectoq; in uulgus diademate ac purpura dare hæc eos alteri iubet, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere ipsi sciant. Se adhuc inuidiosum illud regnũ non uoluptatibus sed laboribus ac periculis sentire cõmemorat, deinde beneficia sua, ut defectionẽ sociorum uindicauerit, ut Dardanos thessalosq; exultantes morte Demetrij regis compescuerit, ut deniq; dignitatẽ macedonũ non solum defenderit, uerũetiam auxerit. Quorũ si illos pœniteat deponere imperium et reddere illis munus suum, quia regem quærant, cui imperent. Cũ po

pulus pudore motus recipere eum regnum iuberet, tã diu recusauit donec seditionis auctores supplicio traderentur. Post hæc bellũ spartanis infert, qui soli Philippi Alexandriq; belli, & imperium macedonum & omnibus metuenda arma contempserũt. Inter duas nobilissimas gẽtes bellum summis utrinq; uiribus fuit. Cum hi pro uetere macedonũ gloria, illi non solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent. Victi lacedæmonij, non ipsi tãtũ, sed etiam coniuges liberiq; magno aĩo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit, nulla amissum coniugẽ fleuit. Filiorum mortẽ senes laudabant, patribus in acie cæsis filij gratulabãtur. Suam uicem omnes dolebãt, q non ipsi pro patriæ libertate decidissent. Parentes omnes domibus saucios excipiebant, uulneratos curabant, lapsos reficiebant, Inter hæc nullus in urbe strepitus, nulla trepidatio, magis omnes publicam quam priuatam fortunam lugebant. Inter hæc Cleomenes rex post multas hostium cædes toto corpore suo pariter & hostium cruore madẽs superuenit, ingressusq; urbem non humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non deniq; armorum onus deposuit, sed acclinis parieti cum quattuor milia sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatur ut se ad meliora reipublicæ tempora reseruarent, tum cum coniuge & liberis ægyptum ad Ptolomæum proficiscitur, a quo honorifice susceptus diu in summa dignitate regis uixit. Postremo post Ptolomæi mortem a filio eius cum omni familia interficitur. Antigonus autem cæsis occisione spartanis fortunam tãtæ urbis miseratus a di

reptione milites phibuit, ueniamq; his qui superfuerant dedit, præfatus bellum se cum Cleomene non cũ spartanis habuisse, cuius fuga omnis ira eius finita sit, nec memori sibi gloriæ fore si ab eo seruata lacedæmonia sit, quam si capta proderetur. Parcere igi͠t se solo urbis ac tectis, quoniam homines quibus parceret non superfuissent. Nec multo post ipse decedit, regnumq; Philippo annos. xiiij. nato tradidit.

Iustini Historici. Liber. XXIX.

b Isdem ferme temporibus prope uniuersi orbis imperia noua regũ successione mutata sunt. Nam in macedonia Philippus mortuo Antigono tutore eodemq; uitrico. xiiij. annorum regnum suscepit, & in Asia interfecto Seleuco impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociæ regnumq; quoq; Hariarati puero ad modum pater ipse tradiderat, ægyptum patre ac matre interfectis occupauerat Ptolomæus, cui ex facinoris crimine cognomento Philopater ex cõtrario fuit. Sed spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset apud Carthaginem ætate adhuc immatura dux Annibal cõstituitur, non penuria seniorum sed odio romanorum, quo imbutum eum a pueritia sciebant. Fatale non tam romanis quam ipsi Africæ malum. His regibus pueris licet nulli senioris ætatis rectores erant, tamen in suorũ quibusq; maiorũ uestigia intentis magna indoles uirtutis emicuit. Solus Ptolomæus scelestus sicut in occupando Regno ita & segnis in administrãdo fuit. Philippum Dardani cæteriq; finitimi populi quibus ue-

lut immortale odium cum macedonum regibus erat contemptu ætatis assidue lacessebant, contra ille summotis hostibus nõ cõtẽtus sua defendisse, etiam ætolis bellum inferre gestiebat, quæ agitãtem illum Demetrius rex Illiriorum nuper a paulo Romano consule uictus supplicibus præcibus aggreditur, iniuriam romanorum quærens, qui non cõtẽti Italiæ terminis imperium spe improba totius orbis amplexi bellum cum omnibus regibus ferãt. Sic illos Siciliæ, Sic Sardiniæ Hispaniæq́;, sic deinde totius africæ imperiũ affectantes bellũ cum pœnis & Hannibale suscepisse. Sibi quoq; non aliam ob causam quam ꝙ italiæ finitimus uidebatur bellum illatum, quasi nefas esset aliquẽ regem iuxta imperij eorum terminos esse. Sed et ipsi cauendum esse exemplum cuius quanto ꝓpius nobiliusq́; sit regnum, tanto sit romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cædere se illi regno, quod romani occupauerint ꝓfitetur, gratius habiturus si in possessionem imperij sui socium potius quam hostem uideret. Huiusmodi oratione impulit Philippum, ut omissis ætolis bellum Romanis inferret, minus negocij existimãtem, ꝙ iam uictos ab hannibale apud Trasumenum lacũ audierat. Itaq; ne multis bellis eodem tempore grauaretur, pacem cum ætolis fecit, non quasi alio bellum translaturus, Sed ut græciæ quieti consulturus quam nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Si quidem consurgentibus ab occidente nouis pœnorum & romanorũ imperijs quibus una hæc a græcia & asia sit mora, dũ inter se bello discrimen imperij faciunt, cæterum statim uictoribus transitum

in orientem fore. Videre se ita ait consurgentem in ita
lia nubem illam trucis & cruenti belli, uidere tonan-
tem ac fulminantem ab occasu procellam quam in
quascunque terrarum partes uictoriæ tempestas detule-
rit magno cruoris imbre omnia fœdaturam. Frequen
ter Græciam ingentis motus passam nunc Persarum
nunc Gallorum nunc Macedonum bellis, sed omnia
illa ludum fuisse existimaturos, si ea quæ nunc in ita
lia concurrat manus extra terram illam se effuderit.
Cernere se quam crueta et sanguinaria inter se bella utri
que populi & uiribus copiarum & ducum artibus ge
rant, quæ rabies solo finiri partis alterius interitu si-
ne ruina finitimorū non possit. Feros igitur animos
uictorum minus quidem Macedoniæ quam Græciæ ti-
mendos, quia remotior & in uindictam sui robustior
sit. Scire tamen se eos qui tantis uiribus concurrant,
non contentos hoc fine uictoriæ fore, metuendumque si
bi quoque certamen eorum, qui superiores extiterunt.
Hoc prætextu finito cum ætolis bello nihil aliud quam
pœnorum romanorumque bella respiciens singulorum
uires perpendebat. Sed nec Romani, quibus pœni &
Hānibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedoni
co uidebantur, nam terrebat eos & uetus macedonum
uirtus & deuicti orientis gloria et Philippus studio
Alexandri æmulationis incensus quem promptū ad
bella industriumque cognouerunt, Igitur Philippus cū
iterato prælio uictos a pœnis romanos didicisset aper
te hostem se his professus naues quibus in Italiam ex-
ercitum traijceret, fabricare cœpit. Legatū deinde ad
hānibalem iungendæ societatis gratia cum epistolis

mittit, qui compræhensus & ad senatum productus incolumis dimissus est. Non in honorem regis sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redderet. Postea uero cum romanis nunciatum esset in Italiam Philippũ copias traiecturum Leuinium prætorem cum instructis nauibus ad prohibendum transitũ mittunt qui cũ in græciam uenisset, promissis multis impulit ætolos bellũ aduersus philippũ suscipere. Philippus quoq; ætolos in romanorum bella sollicitat, Interea et Dardani Macedoniæ fines uastare cœperũt adductis. xx. milibus captiuorum Philippum a romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt. Dum hæc aguntur Leuinius prætor initia cũ Attalo rege societate Græciam populatur, quibus cladibus perculsæ ciuitates auxilium petentes Philippum legationibus fatigant, necnon et illyriorũ reges lateri eius hærentes assiduis præcibus promissã exigebant. Super hæc uasti macedones ultionem flagitabant, quibus tot tantisq; obsessus rebus, cui rei primo occurreret ãbigebat omnibus tamen propediem auxilia semissurũ pollicetur, non quia facere posset quæ promittebat, sed ut spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio aduersus Dardanos fuit qui absentiam eius aucupantes maiore belli mole Macedoniæ imminebãt. Cum romanis quoq; pacem facit contẽtus interim bellum Macedonicum distulisse. Philopomeni achæorũ duci quem romanos sociorum animos sollicitare didicerat, insidias prætẽdit, quibus ille cognitis uitatisq; discedere ab eo achæos auctoritate sua coegit.

Iustini Historici Liber. XXX.

P Hilippo in Macedonia magnis rebus intento Ptolomæi in ægypto diuersi mores erant. Nam regno parricidio obtento, & ad necem utriusq; parẽti; cæde etiam fratris adiuncta ueluti rebus fœliciter gestis luxuriæ sese tradiderat, regisq; mores omnis secuta regio erat. Itaq; non amici tantũ præfectiq;, uerũetiam omnis exercitus depositis militiæ studijs ocio ac desidia corrupti marcebant, quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ ueteri inter se regnorũ odio stimulãte repẽtino bello multas urbes eius oppressit, ipamq; ægyptũ aggredit. Trepidat igit Ptolomæus & per legationes quousq; uires paret rogat morari Antiochũ magno deinde in græcia exercitu cõducto secundũ prælium facit, spoliassetq; regno Antiochũ si fortunã uirtute iuuasset, contẽtus recuperatione urbiũ, quas amiserat, factaq; pace auide materiam quietis arripuit, reuolutusq; in luxuriã occisa Eurydice uxore eadẽq; sorore sua Agathoclæ meretricis illecebris capitur, atq; ita oĩ magnitudine nõis ac maiestatis oblitus noctes in stupris, dies in conuiuijs consumit. Adduntur instrumenta luxuriæ tympana et tripudia, nec iam spectatur rex, sed magister nequitiæ neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo labẽtis regiæ tacita pestis & occulta mala fuere. Deinde Crescente licentia iam nec parietibus regiæ domus cõtineri meretricis audacia potest, quam proteruiorẽ sociata cum Agathocle fratre ambitiose pulchritudinis scorto quotidiana regis stupra faciebant. Accedebat & mater Euante quæ geminæ sobolis illecebris deuinctum regem tenebat. Itaq; non contentæ rege iam

etiam regnũ possidẽt, iam in publico uisuntur, iam sa lutantur, iam comitãtur. Agathocles regis lateri iun ctus ciuitatem regebat, tribunatus prefecturas & du catus mulieres ordinabant nec quisq; in regno suo mi nus q̃ ipse rex poterat. Cũ interim relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio moritur, sed mors eius dũ pecuniã regiam mulieres rapiunt, & imperiũ initia cum perditissimis societate occupare conãtur, diu oc cultata fuit, re tamen cognita concursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in ultionẽ Eurydi ces patibulis suffiguntur. Morte regis supplicio me retricũ uelut expiata regni infamia legatos Alexãdri ni ad romanos miserũt orãtes, ut tutelã pupilli susci perẽt, tuerenturq; regnũ ægypti, qđ iã Philippũ & Antiochum facta inter se pactione diuisisse dicebant. Grata legatio romanis fuit causam belli quærẽtibus aduersus Philippũ, qui insidiatus temporibus punici belli fuerat, huc accedebat, q̃ pœnis & Hannibale superato, nullius magis arma metuebãt, reputãtibus quantũ motũ Pyrrhus parua manu Macedonũ in ita lia fecisset, quãtasq; res macedones in oriente gessis sent. Mittũtur igitur legati, qui Antiocho & Philip po ut a regno ægypti abstineant, nuncient. Mittitur & M. Læpidus in ægyptum qui tutorio nomine re gnum pupilli administret. Dum hæc aguntur inte rim legati Athali regis pergami & Rhodiorum in iurias Philippi regis quærentes Romam uenerunt, quæ res omnem cunctationem Macedonici belli se natui exemit. Statim prætextu ferendi auxilij socijs bellũ aduersus philippũ decernitur, legationesq; cũ

cõsule in macedoniã mittũtur. Nec multo post tẽpore tota græcia fiducia Romanorũ aduersus philippum spe pristinæ libertatis erepta bellũ ei intulit. Atq; ita cũ rex undiq; urgeretur pacẽ petere cõpellit. Deinde cũ expositæ cõditiones pacis a romanis essent repetere sua & Athalus & Rhodij & Achæi & ætoli cœpere. Contra Philippus adduci se posse ut romanis pareat concedebat, Cæterũ indignũ esse Græcos a Philippo & Alexandro maioribus suis uictos & sub iugũ Macedonici imperij subactos uelut uictores leges pacis sibi dicere, quibus prius sit ratio seruitutis reddenda quã libertas uendicanda. Ad postremum tamen eo petente induciæ duorũ mensiũ datæ ut pax quæ in macedonia non conueniebat a senatu peteret. Eodem anno inter insulas Theramenẽ & Therasiam medio utriusq; ripæ et maris spatio terræ motus fuit, in quo cũ admiratione nauigantiũ repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. In Asia uelo eodem die motus terræ Rhodũ multasq; alias ciuitates graui ruinarũ mole cõcussit quasdã solidas obsorbuit. Quo prodigio territis omnibus uates cecinere oriens romanorũ imperiũ uetus græcorũ ac Macedonum uoraturum. Interim a senatu repudiata pace Philippus in societatem belli Nabyn tyrãnum sollicitat. Atq; ita cum in aciem exercitũ instructis e diuerso hostibus produxisset hortari suos cœpit. Referendo persas, bactrosq; indosq; et omnẽ asiã oriẽtis fine a macedonibus perdomitã, tantoq; fortius hoc bellum quã illa sustinendum quãto sit libertas imperio carior. Sed & Flaminius romanorũ consul relatione rerũ recentissime gestarũ

ſuos ſtimulabat in prælium oſtendendo hinc Cartha ginem cum ſicilia, inde italiā & hiſpaniā Romana uirtute perdomitas, nec Hānnibalē Alexandro quidē magno poſtponēdum pro italia pulſo africam ipſam tertiā partē mūdi ſuperauerint. Sed nec macedonas ueteri fama, ſed preſentibus uiribus exiſtimādos. quia non cum Alexandro magno, quem inuictum audiuerant, nec cum exercitu eius qui totum orientem deuicerat, bellum gerāt, ſed cum Philippo puero immaturæ ætatis, qui regni terminos aduerſus finitimos ægre defendat. Et cum ijs Macedonibus, qui nō ita prædæ ut pridem Dardanis fuerunt, illos maiorum decora romanos ſe ſuorum militum commemorare. Non enim alio exercitu Hānnibalē & pœnos & totum ferme occidentem, ſed ijs ipſis quos in acie habebat militibus ſubactos. His adhortatiōibus utrinq; concitati milites pærlio concurrunt alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes ferenteſq; in bellum alij maiorū ſuorū antiquā & obſoletā gloriam alij uirentē recentibus experimētis uirtutis florem, Sed Macedonas romana fortuna uicit. Fractus itaq; bello Philippus pace a Flaminio cōſule petita nomē quidē regiū retinuit, ſed oībus Thraciæ urbibus uelut regni mēbris extra terminos antiquæ poſſeſſionis amiſſis ſolā macedoniā retinuit, offenſi tn̄ ætoli, quia nō ex arbitrio eorū macedonia quoq; adēpta regi & data ſibi in præmiū belli eſſet, legatos ad Antiochū mittunt qui eū adulatione magnitudinis in romana bella, ſpe ſocietatis uniuerſæ Græciæ impellerent.

Iuſtini Hiſtorici Liber. XXXI.

m Ortuo Ptolomæo Philopatre rege ægypti cõtẽtaq; populi filij eius ætate, q i spẽ etiã regni relictus præda domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare ægiptũ statuit. Itaq; phœnicem cæterasq; Syriæ quidem sed iuris ægypti ciuitates cum inuasisset, legatos ad eum senatus mittit, qui denunciarent ei abstinere a regno pupilli postremis patris precibus fidei suæ traditi, quibus spretis interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ omissa pupilli persona ciuitates iure belli factas populi romani in integrũ restitui iubebat. Abnuẽti bellũ denũciatur, qđ ille facile susceptũ infœliciter gessit. Eodẽ tempore & Nabys tyrãnus multas græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus ne eodẽ tempore duplici bello romanæ uires detinerentur, scripsit Flaminio, si ei uideatũ, sicuti Macedoniã a Philippo ita græciam a Nabide liberaret. Ob quam causam imperiũ ei prorogatũ est. Terribile quippe Antiochi bellũ Hãnibalis nomẽ faciebat, quẽ æmuli eius occultis mãdatis cum Antiocho inisse societatẽ apud romanos criminabantur, negantes eum æquo animo sub legibus uiuere assuetũ imperio & immoderata licẽtia militare, semperq; tædio quietis urbanæ nouas belli causas circunspicere, quæ & si falsa nũciata fuissent apud timentes tamẽ pro ueris habebantur. Deniq; senatus metu perculsus ad speculãdos actus Hannibalis legatũ in africã Seruiliũ mittit, eiq; tacitis mãdatis præcepit, ut si posset eũ per æmulos eius interficeret, metuq; inuisi nois tandem populũ romanũ liberaret. Sed res Hannibalem non diu latuit uirum ad prospicien

da cauendaq; pericula peritum, nec minus in secundis aduersa quã in aduersis secũda cogitantẽ. Igitur cum tota die in oculis principũ legatiq; romani in foro Carthaginẽsium obseruatus in supremũ fuisset, appropinquãte uespere equũ conscendit, & rus urbanũ quod ꝑpe littus maris habebat ignaris seruis iussisq; ad portam diuertentẽ operiri contendit, habebat ibi naues cum remigibus occulto sinu littoris abscõditas. erat etiam grandis pecunia in eo agro ꝑparata, ut cũ res exegisset nec facultas fugam nec inopiã moraretũ. Lecta igitur seruorũ iuuentute, quorũ copiam italicorum captiuorũ numerus augebat, nauẽ conscendit, cursumq; ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitas principem suum, ac tum tẽporis consulem in foro expectabat, quem ut profectũ nunciatũ est nõ aliter ꝙ̃ si urbs capta esset, oẽs trepidauere exitiosamq; sibi fugã eius minati sunt. Legatus uero romanus quasi bellum iam illatum italiæ ab Hãnibale esset, tacitus Romã reuertitur, trepidumq; nunciũ refert. Interim flaminius in græcia iuncta cum quibusdã ciuitatibus societate Nabidem tyrannũ duobus coutinuis prælijs subegit, & grauiter fractum uelut exanguem in regno reliquit, sed libertate græciæ restituta reductis ab urbibus præsidijs cũ Romanus exercitus in italiã reportatus esset uelut uacua rursus possessione sollicitatus multas ciuitates repentinos bello inuasit, quibus rebus exterriti Achæi ne uicinum malum etiã ad se serperet, bellum aduersus Nabidem decernunt, ducemq; prætorem suum Philopomentem insignis industriæ uirum constituunt, cuius in eo bello tanta uirtus enituit, ut opinio

ne omnium compareretur Flaminio romano impera tori. Eodem tempore Hannibal cum ad antiochũ per uenisset, uelut deorum munus excipitur, tantusq; eius aduentu ardor animis regis accessit, ut nõ tam de bello quã de præmiis uictoriæ cogitaret. Sed Hannibal cui nota romana uirtus erat, negabat opprimi romanos nisi in italia posse. Ad hoc sibi centum naues & decem milia peditũ & mille æquites poscebat. Promittens hac manu non minus bellum q̃ gesserit italiæ restauraturum, & in asiam regi sedenti aut uictoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe et hyspanis bello fragrantibus ducem tantũ deesse, et italiã notiorẽ sibi nũc q̃ pridẽ fuisse, sed nec carthaginẽ quieturam sociaq; ei se sine mora præbituram. Cũ regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem unus ex comitibus Hannibalis, qui in bellũ cupidos hortet. Hãnibalẽq; cũ copiis affuturũ nũciet, nihil dicat ptibus nisi animos carthaginensiũ deesse. Asiam et uires belli & sumptũ præbiturã, hæc cum relata carthaginem essent nuncius ipse ab inimicis Hannibalis compræhenditur, & pes ductus in senatum, cum interrogaretur ad quem missus esset, punico igenio respõdit se ad uniuersum senatũ missum. Nec enim hoc opus singulorũ sed uniuersorũ esse, dũ multis diebus deliberant an eum romã ad purgandã publicam conscientiam mittunt, tacitus conscensa naue ad Hãnibalẽ reuertitur, quo cognito Carthaginenses statim romã legatum deferunt. Romani quoq; ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, & regis apparatũ specularẽtur, & Hãnibalẽ aut ro

manis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectũ in inuisumq; regi facerent. Itaq; legati cum ephesi conuenissent ad Antiochũ mandata ei senatus tradunt. Dũ responsum expectant omnibus diebus assidui cum Hannibale fuerunt dicentes timide eũ a patria recessisse, cum pacẽ romani non tam cũ republica quã cum eo factã summa fide custodiant, nec bella cũ romanorũ magis odio quã patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoq; etiam spiritus ipe debeatur. Has em̃ publicas inter populos nõ priuatas inter duces bellandi causas esse, inde res gestas eius laudare, quorũ sermone lætus sæpius cupidusq; cum legatis colloquit̃ ignarus quod pro familiaritate romana odiũ sibi pud regẽ crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatã cum Romanis gratiã existimãs nihil ad eũ sicut solebat referre, expertẽq; totius consilij et ueluti hostem proditorẽq; suũ edisse cœpit, quæ res tantum apparatũ belli cessante iperatoria arte corrupit. Senatus mandata fuerant, ut contentus terminis asiæ esset ne ipis ingrediendi asiam necessitatẽ imponeret quibus spretis nõ accipiendũ bellũ statuisse sed inferẽdum dicitur. Cũ frequẽter de bello consiliũ habuisset, remoto Hannibale, tandẽ eum uocari iussisse, non ut ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eũ spreuisse uideretur omnibusq; perrogatis postremũ interrogasse, quo ille animaduerso intelligere se professus est, non quia egeat consilio sed ad supplendum numerũ sententiarum se uocatum, tñ & odio Romanorum & amore regis, apud quem solum tutum sibi exilium relictum sit, se uiam gerendi belli edissertu

rum. Veniam deinde libertatis deprecatus est, nihil se aut consiliorum aut cœptorum præsentium probare ait, nec sedem belli græciam sibi placere cũ italia uberior materia sit. Quippe romanos uinci non nisi armis suis posse. Nec italiã aliter q̃ italicis uiribus subigi. Siquidem diuersum cæteris mortalibus esse illud & belli genus & hoim, alijs bellis plurimũ momẽti habere priorẽ aliquam cœpisse occasionẽ loci temporisq;, agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse, cum romano seu occupaueris prior aliquã, seu uiceris tum etiam cum uicto & iacente luctandũ est. Quã ob rem siquis eos in italiã lacessisset suis eos opibus suis uiribus suis armis posse uincere, sicut ip̃e fecerit, sint uero quis illis italia uelut fonte cesserit uirũ, proinde falli ac si quis amnes nõ ab ip̃is fontium primordijs deriuare, sed concretis iam aquarum molibus auertere uel exiccare uelit, hoc secreto se censuisse, utroq; ministerium consilij sui obtulisse, & nunc p̃sentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationẽ cum romanis gerẽdi belli, eosq; foris inuictos domi fragiles esse. Prius namq; eos urbe q̃ imperio, prius italia q̃ prouincijs exui posse. Quippe & a gallis captos & a se prope deletos esse, neq; se unq̃ uictum prius q̃ terris eorũ cesserit. Reuerso carthaginẽ statim cum loco fortunam belli mutatã. Huic sententiæ obtrectatores amici regi erant non utilitatem rei cogitantes sed uerentes, ne probato consilio eius primũ apud regem locũ gratiæ occuparet. At Antiocho non tam consilium q̃ auctos displicebat ne gloria uictoriæ Hannibalis, nõ sua esset. Omnia igitur uarijs assentationũ adulatio

nibus corrūpebatur, nihil cōsilio uel ratione agebat. Rex ipse per hyemē in luxuriā lapsus nouis quotidie nuptijs deditus erat. Contra attilius romanus cōsul, q ad hoc bellum missus erat, copias, arma, cæteraq; bel lo necessaria summa idustria parabat, ciuitates socias confirmabat, dubias illiciciebat, nec alius exitus belli quā apparatus utriusq; partis fuit. Itaq; prima belli congressione cū cedētes suos rex cerneret nō laboranti bus auxilium tulit, sed fugientibus se ducē præbuit, castraq; ditia uictoribus reliquit. Deinde cum in Asiā præda romanis occupatis fugiendo peruenisset, pœnite re neglecti consilij cœpit, reuocatoq; in amicitiā Hā nibale omnia ex sententia eius agere uelle dicit. Inte rim nunciatur ei Liuiū Neuium romanū ducē cū octo ginta rostratis nauibus in bellū nauale a senatu mis sum aduentare, quæ res illi restituēdæ fortunæ spem dedit. Itaq; priusq̄ sociæ ciuitates ad hostes deficerēt decernere nauali prælio statuit, sperans cladē in græ cia acceptā noua posse uictoria aboleri, Hānibali igi tur tradita classe prælium cōmittitur, sed nec asiani mi lites romanis, neq; naues eorum pares rostratis naui bus fuere, minor tamen clades ducis solertia fuit. Ro mā nondum opinio uictoriæ uenerat & idcirco in cō sulibus creādis suspensa ciuitas erat, sed aduersus Hā nibalē ducem quis melior q̄ africani frater crearetur cum uincere pœnos opus Scipionū sit. Creatur igitur consul Lucius Scipio, eiq; datur legatus frater Afri canus, ut intelligeret Antiochus non maiorem fidu ciam se in Hannibale uicto quam romanos in Victore Scipione habere. Traijcientibus in asiam scipionibus

exercitum iam utrobiq; profligatũ bellum nunciatũ est, uictumq; Antiochum terrestri Hãnibalẽ nauali bello inuenerũt. Primo igitur aduentum eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium quem rex paruo nauigio traijcientem cœperat. Sed Africanus priuata beneficia a rebus publicis segregata dixit, aliaq; esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantum, uerũetiam uitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatoq; impendio munificentiæ regis responsurum. Quod ad bellum pacemq; ptineat, nihil neq; gratiæ dari neq; de iure patriæ decidi posse respõdit. Nam neq; de redimẽdo filio unq̃ tractauit, nec senatum de eo agere permisit, sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filiũ dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur, ut asia Romanis cederet, contentus Syriæ regno esset naues uniuersas captiuos & transfugas traderet, sumptũq; omnẽ belli Romanis restitueret. Quæ cum nunciata Antiocho essent nondum ita uictum se esse respõdit, ut spoliari se regno pateretur, belliq; ea irritamẽta non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab utroq; bellum pararetur & ingressi Asiam Romani Ilion uenissent mutua gratulatio ilienſium ac romanorum fuit. Iliensibus Aeneam cæterosq; duces a se profectos, Romanis se ab his procreatos referẽtibus, tantaq; lætitia omnium fuit quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet. Iuuabat Ilienses nepotes suos occidente & Africa domita asiam ut auitũ regnũ uẽdicare, optabilẽ Troiæ ruinã fuisse dicentes, ut tam fœ-

liciter renasceretur. Contra Romanos auitos lares & incunabula maiorum templaq; ac deorum simulacra inexplebile desiderium uidendi tenebat. Profectis ab ilio Romanis Eumenes rex cum auxilijs romanis occurrit, nec multo post prælium et cum Antiocho commissum, cum in dexteriore cornu pulsa legio romana maiore dedecore q̃ piculo ad castra fugeret. M. emylius triginta milia ad tutelam castrorũ relictis armare se milites suos & extra uallum progredi iubet, strictisq; gladijs fugiẽtibus minari morituros dicẽs nisi in prælium reuertantur, infestioraq; sua q̃ hostiũ castra inuenturos. Attonita tanto periculo legio commilitonibus qui fugere eos prohibuerant, in prælium reuertitur, magnaq; cæde ædita initium uictoriæ fuit. Cæsa hostium. l. milia. capta. xi. milia. Antiocho pacẽ petenti nihil ad superiores cõditiones additum. Africano prædicante neq; Romanos si uincãtur animis minui, neq; si uincant secundis rebus insolescere, captas ciuitates inter socios diuisere, muneris Romani aptiorem Asiam quã possessiones uoluntarias iudicantes. Quippe uictoriæ gloriam Romano nomini uindicãdam, opum luxuriam socijs relinquendam.

Iustini Historici Liber. XXXII.

Etoli qui Antiochũ in bella romana impulerant uicto eodem soli aduersus romanos & uiribus impares & omni auxilio destituti remanserant, nec multo post uicti libertatẽ (quam illibatam aduersus dominationẽ Atheniensiũ & spartanorũ inter tot græciæ ciuitates soli retinuerant) amiserunt. Quæ cõditio tanto illis amarior, quã

to ſerior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tãtis Perſarum opibus, domeſticis uiribus reſtiterant, quibus gallorũ uiolentiã Aſiæ, Italiæq́; terribilem Delphico bello fregerãt, quæ ſola glorioſa recordatio maius deſiderium libertatis augebat. Dum hæc aguntur medio tempore inter Meſſenios & Acæos de principatu primo contentio mox bellum ortum eſt, in eo nobilis Achæorum Philopomenes imperator capitur, non quia pugnando uitæ parceret, ſed dũ ſuos in prælium reuocat, in tranſitu foſſæ equo præcipitatus a multitudine hoſtium oppreſſus eſt. Quem iacentem Meſſenij ſeu metu uirtutis, uel uerecundia dignitatis interficere auſi non fuerũt. Itaq; uelut in illo omne bellum confeciſſent, captiuum per uniuerſam ciuitatem in modũ triumphi circunduxerunt, effuſo obuiã populo ac ſi ſuus, non hoſtium imperator aduentaret, nec uictorem Achæi auidius uidiſſent quam uictũ hoſtes uiderunt. Igitur eundem in theatrum duci iuſſerunt, ut omnes contuerentur quem potuiſſe capi incredibile ſingulis uidebatur. Deinde in carcerem deducto uerecundia magnitudinis eius uenenum ei dederũt, quod ille lætus, ac ſi uiciſſet accepit, quæſito prius an Ligorias præfectus Achæorum, quem ſecundũ a ſe eſſe ſciẽtia rei militaris, ſciebat incolumis effugiſſet. Quem ut accepit euaſiſſe non in totum dicens conſultum male Achæis expirauit, nec multo poſt reparato bello Meſſenij uincuntur, pœnaſq́; interfecti Philopomenis pependerunt. Interea in Syria rex Antiochus cum graui tributo pacis a romanis premeretur, & uictus oneratuſq; eſſet ſeu inopia pecuniæ compulſus ſeu auari-

tia sollicitatus, quia sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatius sacrilegia cōmissurum adhibito exercitu nocte templum dindymæi Iouis aggreditur, qua re prodita concursu incolarū cum omni militia interficitur. Romæ cū multæ græciæ ciuitates quæstum de iniurijs Philippi regis macedonū uenissent et disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem ad satisfaciendū senatui miserat, & legatos ciuitatum esset, turba quærelarum cōfusus adolescens repente obticuit, Tunc senatus uerecundia eius motus, qua priuatim etiā antea, cū obses romæ esset, carus omnibus fuerat causam illi donauit, atq; ita modestia sua, Demetrius ueniam patri non iure defensionis sed patrocinio pudoris obtinuit, quod ipsi decreto senatu significatum est, ut appareat nō tam absolutum regem quam donatum filio patrem, quæ res Demetrio non gratiam legationis sed odium obtrectationis comparauit. Nam apud fratrem Perseum æmulatio illi inuidiam contraxit, & apud patrem nota absolutionis causa, offensa fuit, indignante philippo plus momēti apud senatum personam filij quam auctoritatē patris ac dignitatē regiæ maiestatis habuisse. Igitur perseus ꝓspecta patris ægritudine quotidie absentem Demetrium apud eum criminari, et primo inuisum post etiam suspectum reddere, nūc amicitiā Romanorū, nunc proditionem ei patris obiectare. Ad postremū insidias sibi ab eo paratas confingit, ad cuius rei probationē immittit iudices, testes subornat & facinus, quod obijcit admittit, quibus rebus patre compulso ad parricidium funestā omnem regiam facit,

occiso Demetrio, sublatoq; æmulo, non negligentior tantũ Perseus in patrem, uerũetiam & contumacior erat, nec hæredem regni sed regem se gerebat. His rebus offensus Philippus impatientius indies mortem Demetrij dolebat, tunc & insidijs se circũuentũ suspicari, testes iudicesq; torquere. Atq; ita cognita fraude non minus scelere ꝑsei ꝙ innoxia Demetrij morte cruciabatur, peregissetq; ultionẽ, nisi præuẽtus esset. Nã breui post tẽpore morbo ex ægritudine contracto decessit, relicto magno belli apparatu aduersus romanos quo postea perseus usus est. Nam & gallos Scordiscos ad belli societatẽ ꝑpulerat, fecissetq; romanis graue bellum nisi decessisset. Nãq; galli bello aduersus Delphos infœliciter gesto in quo maiorẽ uim numinis ꝙ hostium senseram, amisso Brenno duce pars in asiam, pars in thraciam extorres fugerent. Inde ꝑ eadẽ uestigia qua uenerãt, antiquã patriã repetiuere. Ex his ꝑs quædã in confluẽte Danubij et Sai cõsedit, cordiscosq; se appellari uoluit. Tecto sagi aũt cum in antiquã patriã tolosam uenissent, compræhẽsiq; pestifera lue essent, non prius sanitatẽ recuperauere ꝙ aruspicũ respõsis moniti, aurũ argentũq; bello sacrilegiũsq; quæsitũ i Tolosensem lacũ mergerẽt. Qđ oĩe magno post tpe scipio romanus consul abstulit, fuere auri pondo centum decem milia, argenti põdo quinquies decies cẽtũ milia. Quod sacrilegiũ ca usa excidij Cæpioni exercituiq; eius postea fuit Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus uelut ultor sacre pecuniæ insecutus est ex gente. Tecto sacrorũ nõ mediocris populus prædæ dulcedine Ilricũ repetiuit, spoliatisq;

Istris in pannonia consedit, Istriorum gentem fama est originem a colchis ducere, missis ab Oeta rege ad argonautas raptoremq; filiæ persequendos, qui ut a ponto intrauerunt istrum aluco Sai fluminis penitus inuecti uestigia argonautarum insequentes naues suas humeris per iuga montium usq; ad littus Adriatici maris transtulerunt cognito ꝙ argonautæ idem propter lõgitudinem nauis priores fecissent, quos ut auectos colchi non reperiunt siue metu regis, siue tædio longæ nauigaitonis iuxta Aquileiam consedere. Istriq; ex uocabulo amnis, quo a mari cõcesserant appellati. Daci quoq; soboles getarum sunt, qui cũ Olore rege aduersus Bastarnas male pugnassent, ob ultionem segniciæ capturi somnum capita loco pedum ponere iussu regis cogebant, ministeriaq; uxoribus quæ ipsis antea fieri solebant facere. Neq; hæc ante mutata sunt, quam ignominiam bello acceptam uirtute delerent. Igitur Perseus cum imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus romanos in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusiam, regem, ad quem Hãnibal post pacem antiocho a romanis datam profugerat, & Eumenem bellum ortũ est quorum prusias Hãnibalis fiducia rupto fœdere prior intulit. Nanq; Hãnibal cũ ab Antiocho romani inter cæteras conditiones pacis deditionem eius deposcerent, admonitus a rege in fugã uersus cretam defertur ubi cum diu quietã uitam egisset inuidiosumq; se propter nimias opes uideret amphoras plumbo repletas in templo dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit, atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam

uelut pignus opes eius tenebant, ad Prusiam cōtēdit auro suo in statuis, quas secū portabat infuso ne cōspectæ opes uitæ suæ nocerent. Deinde cum Prusias terrestri bello ab Eumene uictus esset præliumq; in mare transtulisset, Hannibal nouo cōmento Auctor uictoriæ fuit. Nam omne serpentinum genus in fictiles lagenas coniici iussit, medioq; prælio in naues hostium mittit. Id primū ponticis ridiculum uisum fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi serpentibus repleti naues cœpere ancipiti periculo circūuenti hosti uictoriam cessere, quæ ubi Romæ nūciata sunt, missi a senatu sunt legati, q utrunq; regē in pacē cogerēt. Hānibalēq; deposcerēt, sed hānibal recognita sumpto ueneno legationē morte p̄uenit. Insignis hic annus triū toto orbe maximorū iperatorū fuit mortibus Hānibalis, Philopomenis & Scipionis africani. Ex qbus constat Hānibalē nec cum italia cum romano tonantem imperio cōtremuit. Nec cū reuersus Carthaginē summū imperiū tenuit, aut cubantē cœnasse aut plus sextario uini indulsisse, pudicitiaq;, eum tantā inter tot captiuas habuisse, ut in Africa natū quis negaret. Modi rationis certæ eius fuit, ut cū diuersarū gentiū exercitus rexerit, neq; isidijs suorū militū sit petitus unq; neq; fraude proditus, cū utrūq; hostes sæpe tētassent.

Iustini historici Liber. XXXIII.

m Inore quidem rerum motu romani Macedonicum quam punicum bellum gesserunt, sed tanto clarius quanto nobilitate Macedones pœnos antecesserunt. Nam cum gloria orientis domiti, & auxilijs omnium regum iuuabantur

tur. Itaq; romani & legiones plures numero conscri pserunt, & auxilia a Masinissa rege numidarũ cæterisq; socijs omnibus acciuerũt. Et Eumeni regi Bithiniæ denunciatũ, ut bellũ summis uiribus iuuaret Perseo, præter Macedonicũ exercitũ inuicte opinionis decẽnij belli sumptus a patre paratus in thesauris et in horreis erat, quibus rebus inflatus et oblitus paternæ ueterem Alexandri gloriã considerare suos iubebat. Prima cõgressio equitum fuit, qua uictor Perseus suspensam omnium expectationẽ in fauorẽ sui traxit, misit tamen legatos ad consulẽ, qui pacem peterẽt, quam patri suo Romani etiam uicto dedissent, impẽsas belli lege uicti suscepturus. Sed consul Sulpitius non minus graues q̃ uicto leges dixit. Dum hæc aguntur metu tam periculosi belli Romani æmiliũ Paulũ consulẽ creant, eiq; extra ordinẽ Macedonicũ bellum decernunt, qui cum ad exercitum uenisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie quam consereretur bellum luna nocte defecit, triste id ostentum Perseo omnibus præsagientibus, finemq; Macedonici regni portendi uaticinantibus. In ea pugna. M. Cato catonis oratoris filius dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat equo delapsus pedestre prælium agreditur. Nam cadentem manipulus hostium cum horrido clamore uelut iacentem obtruncaturus circunsteterat. At ille citus corpore colecto magnas strages ædidit, cum ad unũ opprimendũ undecunq; hostes conuolarent, dum procerum quendam petit gladius ei e manu elapsus in mediam cohortem hostium decidit, ad quem recuperandum umbone se

protegens inspectante utroq; exercitu inter mucrones se hostium immersit, recollectoq; gladio multis uulneribus exceptis ad socios cum clamore omnium reuertitur. Huius audaciã cæteri imitari uictoriã peperere. Perseus Rex fuga cum decẽ milibus talentum samothraciam defertur, quem Gneus Octauius ad persequendũ missus a consule cum duobus filijs Alexandro & philippo cœpit, captũq; ad consulem duxit. Macedonia a Carano qui primus in ea regnauit usq; ad perseum triginta reges habuit. Quorũ sub regno fuit quidẽ annis noningẽtis & uigintitribus, sed rerum nõ nisi centum nonaginta duobus annis potita. Ita cũ in dicionẽ Romanorum cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis libera facta est, legesq; quibus adhuc utitur, e paulo accepit, Aetolorũ uniuersarium urbium senatus cum coniugibus & liberis, qui dubia fide fuerant, romam missus, ibiq; ne in patria aliquid nouare diu detentus, ægreq; per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato in patriam quisq; suam remissus est.

Iustini Historici. Liber. XXXIIII.

POenis ac macedonibus subactis, ætolorumq; uiribus principum captiuitate debilitatis, soli adhuc ex græcia uniuersa Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis uidebantur, non propter singularem ciuitatum nimias opes sed propter conspirationem uniuersarum Nãq; Achæi (licet ꝑ ciuitates ueluti per mẽbra diuisi sint) unũ tamẽ corpus & unum imperiũ habent, singularũq; urbiũ pericula mutuis uiribus propulsant.

Quærentibus igitur romanis causas belli tempestiuē fortuna quærelas Spartanorū obtulit, quorum agros achæi propter mutuū odium populabantur. Spartanis a senatu responsum est, legatos se ad inspiciendas res sociorū & ad iniuriā demendam in græciā missuros, sed legatis occulta mādata data sunt, ut corpus Achęorū dissoluerēt, singulasq; urbes proprij iuris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur, & si quæ urbes contumaces essent frāgerentur. Igit legati omnium ciuitatū principibus euocatis Corynthū decretū senatus recitant quid cōsilij habeāt aperiunt expedire omnibus dicunt, ut singule ciuitates leges suas & iura sua habeant. Quod ubi omnibus innotuit uelut in furorem uersi uniuersum peregrinū populū trucidant, legatos quoq; ipsos romanorum uiolassent, nisi audito tumultu trepidi fugissent. Hæ ubi romæ nunciata sunt, statim senatus Mumio cōsuli bellū Achaicum decernit, qui extemplo exercitu deportato & omnibus strennue prouisis pugnandi copiam hostibus fecit. Sed acheis uelut nihil negocij Romano bello suscepissent, neglecta omnia & soluta fuere. Itaq; prædam non prælium cogitantes & uehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, & coniuges liberosq; suos ad spectanda certamina in montibus posuerunt. Sed prælio commisso ante oculos suorum cæsi lugubre his spectaculum sui & grauem luctus memoriam reliquerunt. Coniuges quoq; & liberi eorum de spectatoribus captiui facti, præda hostium fuere, urbs ipsa corynthus diruitur, populus omnis sub corona uenditur, ut hoc exemplo cæteris ciuita

tibus metus nouarum rerum imponeretur. Dum hæc agũtur rex Syriæ antiochus Ptolomæo maiori sororis eius filio Regi ægypti bellum infert, segni admodum & quotidiana luxuria ita marcido, ui non solũ regiæ maiestatis officia intermitteret, uerum etiam sensu hominis nimia sagina careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptolomæum alexãdriam confugit, participatoq; cum eo regno Romam legatos ad senatum mittunt. Auxilia petunt, fidem societatis implorant, mouere senatum preces fratrum. Mittitur igitur legatus. P. pompilius ad antiochum qui abstinere eum ægypto aut si iam incessisset excedere iuberet. Cum in ægypto eum inuenisset osculumq; ei rex obtulisset. (Nã coluerat inter cæteros. P. Pompilium antiochus cũ romæ obses esset) Tunc põpilius facessere interitu priuatam amicitiam iubet, cum mãdata patriæ intercedãt, prolatoq; senatus decreto & tradito cũ cunctari regem uideret consulationẽq; ad amicos referre, ibi Põpilius uirga quam in manu gerebat amplo circulo inclusum, ut amicos capet cõsulere iubet, nec prius inde exire q̃ responsum senatui daret, aut pacẽ aut bellũ cum Romanis habiturum. Adeoq; hæc asperitas animũ regis fregit, ut pariturũ se senatui responderet. Reuersus in regnũ Antiochus decedit, relicto paruulo admodũ filio, cui cũ tutores dati a populo essent, patruus eius Demetrius, qui obses romæ erat, cognita morte Antiochi fratris senatũ adijt, obsidẽq; se uiuo fratre uenisse, quo mortuo cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum æquũ esse, quod sicuti iure gentiũ maiori fratri

cesserit, ita nũc sibi ꝑ pupillũ ætate antecedat deberi,
cum se non dimitti aīaduerteret a senatu tacito iudi-
cio, tutius apud pupillũ q̃ apud eum regnum futurũ
arbitrãte specie uenãdi ab urbe ꝓfectus hostis tacitus
cum fugæ comitibus nauem cõscendit. Delatus in Sy-
riam secũdo fauore oĩm excipit, regnũq; ei occiso pu-
pillo a tutoribus traditur. Eodem tpe ferme prusias
rex bithyniæ consiliũ cœpit interficiendi Nicomedis
filij, dum cõsulere studet minoribus filijs quos ex no-
uerca eius susceperat, & Romæ habebat. Sed res ado-
lescenti ab his qui facinus susceperãt, proditur, horta-
tiq; sunt, ut crudelitate patris prouocatus occupet in-
sidias, & in auctorem retorqueat scelus nec difficilis
persuasio fuit. Igitur cum accitus in patris regnum
uenisset statim rex appellatur. Prusias regno spolia-
tus a filio priuatusq; redditur, etiã a seruis deseritur
cum in latebris ageret non minori scelere q̃ filiũ occi-
di iusserat a filio interficitur.

Iustini hystorici. Liber. XXXV.

d

Emetrius occupato Syriæ regno nouita-
tis suæ odium periculosum ratus amplia-
re, fines regni statuit, etiam opes augere
finitimorũ bellis. Itaq; Ariarathi regi Cappadociæ
propter fastiditas sororis nuptias infestus fratrẽ eius
Holofernẽ per iniuriã regno pulsum supplicẽ rece-
pit. Datumq; sibi honestũ belli titulum gratulatus eũ
restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato
aīo inita cũ Antiochẽsibus pactione offensis tũc a De-
metrio, pellere ipm̃ regno, a quo restituebat, cõsiliũ ac-
cepit. Quo cognito Demetrius ꝗdẽ uitæ eius ne Aria-

rathes metu fraterni belli liberaret, pepercit, ipm autem cōpræhēsum uinctū seleuciæ custodiri iubet. Nec Antiochenses iudicio territi a defectione destiterunt. Itaq; adiuuātibus & Ptolomæo rege ægypti, & Attalo rege Asiæ, et Ariarathe rege Cappadociæ bello a Demetrio lacessitis subornāt, Prōpalū quendā sortis extremæ iuuenē, q Syriæ uelut paternū regnū armis repeteret. & ne qd cōtumeliæ deesset nomē ei alexandri indicit, genitusq; ab Antiocho rege dicit. Tātum odiū demetrij apud oēs erat, ut æmulo eius nō uires regiæ tantū, uerūetiā generis nobilitas consensu oīm tribueretur. Igitur Alexander admirabili uarietate rerū pristinarū sordiū oblitus totius ferme orientis uiribus succinctus bellū Demetrio infert, uictūq; uita pariter ac regno spoliat, quāq Demetrio nec animus in ppulsando bello defuit. Nam et primo prælio hostē fugauit, & regibus bellū restituētibus multa milia cecidit in acie. Ad postremū tn̄ inuicto aīo inter cōfertissimos hostes fortissime dimicās cecidit. Initio belli Demetrius duos filios apud hospitē suū Gnidiū cū magno auri pōdere demādauerat, ut belli pculis eximerent, & si ita fors tulisset, ultioni paternæ seruarent. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus audita Alexandri luxuria, quem insperatæ opes & alienæ fœlicitatis ornamēta uelut captiuū inter scortorū greges desidē in regia tenebāt, auxiliātibus Cretensibus securum ac nihil hostile metuentē aggreditur. Antiochēses quoq; ueterē patris offēsam nouis meritis correcturi se ei tradūt, sed et milites paterni fauore iuuenis accēsi prioris sacramēti religionē noui regis supbiæ

preferētes signa ad Demetriū transferūt, atq; ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus quā elatus primo plio uictus interficitur, deditq; pœnas & Demetrio, quē occiderat, & antiocho cuius mentitus originem fuerat.

Iustini hystorici. Liber. XXXVI.

Ecuperato paterno regno Demetrius & ipse rerum successu corruptus uitiis adolescentiæ in segnitiē labitur, tantūq; contēptum apud oēs inertiæ quantū odium ex superbia pater habuerat contraxit. Itaq; cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent ad abolendam segnitiæ maculam bellum parthis inferre statuit, cuius aduentū nō inuiti oriētis populi uidere, et ppter Arsacidæ regis parthorū crudelitatē, & q ueteri macedonū imperio noui populi assueti superbiā indigne ferebant. Itaq; cū & persarū et Elimæorū Bactrianorūq; auxiliis inuaderet, multis prœliis Parthos fudit. Ad postremū tn̄ pacis simulatione deceptus capitur, traductusq; per ora ciuitatū populis qui desierāt in ludibriū fauoris ostenditur. Missus deinde in hyrcania benigne & iuxta cultū pristinæ fortunæ habetur. Dum hæc agunt interim in Syria Trifo qui se tutorē Antiocho Demetrii priuigno substitui a populo laborauerat, occiso pupillo regnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus tandem exolescente fauore recentis imperii ab Antiocho puero ad modum Demetrii fratre qui in asia educabatur bello uincitur, rursusq; regnū syriæ ad sobolē Demetrii reuertitur. Igitur Antiochus memor q etiā pater ppter supbiā inuisus, & frater ppter segniciē cōtē

ꝓtus fuisset, ne in eadē uitia incideret, accepta in ma-
trimoniū Cleopatra uxore fratris, ciuitates quæ initio
fraterni imperij defecerāt, sūma industria persequit̄,
domitasq; rursus regni terminis adiecit. Iudæos quo-
q; q in macedonico imperio sub Demetrio patre armis
se in libertatē uendicauerant, subigit. Quorū uires tā
tæ fuere, ut post hūc nullū Macedonū regem tulerint
domesticisq; imperijs usi, syriam magnis bellis infe-
stauerit. Nāq; iudæis origo damascena, quæ syriæ no
bilissima ciuitas est, unde & a syrijs regibus genus ex
regia Semyramide fuit, nomē urbi a damasco rege in
ditum cuius honore syrij sepulchrū Arathis uxoris
eius pro templo coluere, deamq; exinde sanctissimæ
religionis habent. Post Damascum, Abraham, Moses,
Israel reges fuere. Sed Israelem fœlix decem filiorū
prouētus maioribus suis clariorē facit. Itaq; populū in
decem regna, diuisum filijs tradidit, omnesq; ex noīe
Iudæ, qui post diuisionē decesserat Iudæos appellauit
coliq; eius memoriā ab oībus iussit. Eius portio oībus
accesserat, minimusq; inter fratres ætate Ioseph fuit,
cuius excellens ingeniū ueriti fratres clam interceptū
peregrinis mercatoribus uendiderunt. A quibus de-
portatus in ægyptum cum magicas ibi artes solerti in
genio percepisset breui ipsi regi percarus fuit. Nam
& ꝓdigiorū sagacissimus erat, & somniorū primus
intelligentiā condidit, nihilq; diuini iuris humaniq;
ei incognitū uidebat̄. Adeo ut etiā sterilitatē agrorū
ante multos annos ꝓuiderit, perijssetq; oīs ægyptus
fame nisi monitu eius rex edicto seruari ꝑ multos an-
nos fruges iussisset. Tātaq; experimēta eius fuerūt, ut

non ab hoïe sed a deo responsa dari uiderent. Filius eius Moses fuit, quẽ etiã præter paternæ scientiæ hæreditatẽ formæ pulchritudo cõmendabat. Sed cũ scabiem ægyptῦ & pruriginẽ paterent responso moniti eum cũ ægris, ne pæstis ad plures serperet, terminis ægypti pellũt, Dux igit̃ exulũ factus sacra ægyptiorũ furto abstulit q̃ repetẽtes armis ægyptῦ domũ redire tẽpestatibus cõpulsi sunt. Itaq; Moses damascena patria antiqua repetita montẽ synæũ occupat, in quo septẽ dierũ ieiunio per deserta arabiæ cũ populo suo fatigatus cũ tandem uenisset septimũ dierũ more gentis sabbatũ appelatũ in omne æuum ieiunio sacrauit. Quoniã ille dies famẽ illis erroréq; finierat. Et quoniã metu contagionis pulsos se ab ægypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerunt, ne cũ peregrinis cõmunicarẽt, quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionéq; cõuertit. Post Mosem etiam eius filius Aruas sacerdos sacris ægyptijs mox rex creatur. Semperq; exinde hic mos apud iudæos fuit, ut eosdẽ & reges & sacerdotes haberent, quorũ iustitia religione permixta incredibile quantũ coaluere opes genti ex uectigalibus opobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est nanq; uallis quæ continuis montibus uelut muro quodã cincta est instar castrorũ clauditur, spacium loci ducenta milia iugera nomine Hierico dicitur, in ea silua est & ubertate & amœnitate insignis, Siquidẽ palmeto & opobalsamo distinguitur, et arbores opobalsami formã similẽ pyceis arboribus habẽt, nisi q͂ sunt hũiles magis, & in uinearũ more excolunt. Hæc

certo tempore anni balsamũ sudant, sed nõ minor loci eius opacitatis q̃ ubertatis admiratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepida aeris naturalis quædã ac ꝑpetua opacitas inest. In ea regione latus lacus est, qui propter magnitudinem & aquæ immobilitatẽ mortuũ mare dicitur. Nã neq; uẽtis mouetur resistẽte turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur, Neq; nauigationis patiẽs est, quoniã omnia uita carentia in profundũ mergũtur, nec materiã ullã sustinet, nisi quæ a lumine illustreĩ. Primus xerxes rex persarũ Iudæos domuit, Postea cũ ipsis persis in ditionẽ Alexãdri magni uenere, diuq; in potestatẽ macedonici imperij fuere, a Demetrio cũ descuissent amicitia romanorũ petita primi omnium ex oriẽtalibus libertatẽ receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus. Per eadẽ tẽpora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimũ & ab Eumene patruo acceptũ regnũ cædibus amicorum & cognatorũ supplicijs cædebat, tũc matrẽ anũ, nũc Bironẽ sponsam maleficijs eorũ necatas confingens. Post hãc scelestem uiolentiæ rabiẽ squalidã uestem sumit, barbam capillũq; in modũ reorũ summittit, non in publicum prodire nõ populo se ostendere non domi lætiora conuiuia inire aut aliquod signũ sani hõis habere, prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorum uideretur. Omissa deinde regni administratione hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxijs permiscebat, eaq; omnia ueneni succo infecta uelut peculiare munus amicis mittebat, ab hoc studio

ærariæ artis fabricæ se tradidit, cæterisq; fingẽdis et ære fundendo procudendoq; oblectatur, matri deinde sepulchrum facere instituit, cui operi intentus morbum ex solis ardore contraxit, et septima die decessit, huius testamẽto hæres populus romanus tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio sed ex pellice Ephesia Citharistæ cuiusdã filio genitus, qui post mortem Attali uelut paternũ regnum inuasit asiam. Cũ multa secũda prælia aduersus ciuitates quæ metu romanorũ se tradere ei nolebãt fecisset, iustusq; rex iam uideretur. Asia licinio Crasso consuli decernitur, qui intentior Attalicæ prædæ q̃ bello cum extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisset uictus pœnas inconsultæ auariciæ sanguine dedit. In huius locum missus Perpenna consul prima congressione Aristonicũ superatum in potestatem suã redegit, attalicasq; gazas hæreditarias populi romani nauibus impositas romã deportauit. Quod ægre ferẽs successor eius Marcus Aquilius cõsul ad eripiendũ Aristoni cum Perpẽnæ peremne ueluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata uelocitate contendit. Sed contentionẽ consulũ mors Perpennæ diremit. Sic asia facta romanorũ cum opibus suis uitia quoq; Romam transmisit.

Iustini Historici Liber. XXXVII.

c

Apto Aristonico massilienses pro Phocẽsibus conditoribus suis, quorum urbem senatus & omne nomẽ quod & tunc et ante Antiochi bello infesta contra populum romanũ arma tulerant deleri iusserat, legatos romam misere de

precantes,ueniaq; his a ſenatu obtinuere.Poſt hæc re-
gibus,qui aduerſus Ariſtonicum auxilia tulerãt,præ
mia perſoluta Mithridati pontico,Syria minor,filijs
Ariarathis regis cappadociæ,qui eodẽ bello ceciderat
lycaonia & cilicia datæ,fideliorq; populus romanus
in ſocij filios ꝙ mater ĩ liberos fuit.Quippe huic par
uulo auctum regnum inde uita adempta.Nãq; Lao-
dice ex numero ſex filiorũ,quos uirilis ſexus ex aria-
rathe rege ſuſceperat,timens ne diutina regni admi-
niſtratione adultis quibuſdam potiretur,quinq; par-
ricidiali ueneno necauit, unũ paruulum ſceleris ma-
tri cognatorum cuſtodia eripuit,qui poſt necẽ Laodi-
ces(nam propter crudelitatẽ eã populus extinxerat)
ſolus regno potitus eſt Mithridates quoq; repentina
morte interceptus filium qui & ipſe Mithridates di-
ctus eſt reliquit,cuius ea poſtea magnitudo fuit,ut nõ
ſui tantũ temporis,uerumetiam ſuperioris ætatis om-
nes reges maieſtate ſuperauerit,bellaq; cum romanis
per.xlvi.annos uaria uictoria geſſerit.Cum eum ſum
mi imꝑatores Sylla Lucullus cæteriq; in ſũma Cneus
pompeius ita uicerunt,ut maior clariorq; reſurgeret
inſtaurando prælio,damniſq; ſuis terribilior redde-
retur.Deniq; ad poſtremũ nõ ui hoſtili uictus,ſed uo-
lũtaria morte in auito regno ſenex hærede filio deceſ
ſit.Huius futurã magnitudinẽ etiam cæleſtia oſtenta
prædixerãt.Nã et quo genitus eſt anno et eo quod re-
gnare primum cœpit,ſtella cometes per utrũq; tẽpus
ſeptuaginta diebus ita luxit,ut cœlum omne confla-
grare uideretur. Nam & magnitudine ſui quartam
partem cœli occupauerat,& fulgore ſui ſolis nitorẽ

uixerat, & cum oriretur occumberetq; quattuor spacium horarum cõsumebat. Puer tutorum insidias passus est, qui eum fero equo impositum equitare ideculariq; cogebãt qui conatus cũ eos fefellissent supra aetatem regente equum Mithridate, ueneno eum appetiuere. Quod metuens Antidota saepius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitioribus remedijs stanauit, ut ne uolens quidem senex ueneno mori potuerit. Timẽs deinde ne inimici quod ueneno nõ poterãt, ferro peragerent de nandi studium finxit. Quapropter quattuor annos neq; urbis neq; ruris tecto usus est, sed per siluas uagatus est, & diuersis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus esset locis assuetus feras cursu aut fugere aut persequi cum quibusdã etiam uiribus congredi, quibus rebus & insidias uitauit, & corpus ad omnem uirtutis patientiã durauit. Ad regni deinde administrationẽ cum accessisset statim non de regendo sed de augendo regno cogitauit. Itaq; scytas inuictos antea qui Zopiriona Alexandri magni ducem cum triginta milibus armatorũ deleuerant, qui Cyrum persarum regem cum ducentis milibus armatorum trucidauerant, qui Philippum macedonum regem fugauerant, ingenti faelicitate perdomuit. Actus igitur uiribus pontum quoq; ac deinceps Cappadociam occupauit. Asiam cum quibusdã amicis tacitus a regno profectus nemine sciente peruagatus est, omniũq; urbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcendit, & quasi iam dominus Asiae oportuna quaeq; uictori & suae metatus est. Post haec in regnum cum iam periisse crederetur re

uersus est, inuento paruulo filio quē per absentiam eius Laodice soror uxorq; enixa fuerat, sed inter gratulationē post longā peregrinationē aduentus sui & filij geniti ueneno periclitatus est. Siquidem laodice soror cum perijsse eum crederet in concubitus amicorum proiecta quasi amissum facinus maiore scelere tegere posset uenenum aduenienti parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in auctores uindicauit. Hyeme deinde imminēte non in conuiuio sed in campo, non in uacationibus, sed in exercitationibus, nec inter sodales, sed inter æquales, aut equo, aut cursu, aut uiribus contendebat. Exercitum quoq; suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat, atq; ita inuictus ipse in expugnabilem exercitum fecerat. Inita deinde cum Nicomede societate Paphlagoniam inuadit, uictāq; cum socio diuidit, quam cum teneri a regibus senatui nunciatum esset legatos ad utrūq; misit, qui gentem resti tui in pristinum statū iuberēt. Mithridates cum se parem iam magnitudini romanorum crederet superbo responso hæreditarium patri suo regnum obuenisse respondit, mirariq; se quæ ei cōtrouersia relata nō fuerit sibi referant. Nec territus minis Galatiā quoq; occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure non poterat, iusto regi redditurum respondit. Atq; ita filium suū mutato nomine Philomene Paphlagonum regū nomine appellat, & quasi stirpi regiæ reddidisset regnum falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati romam reuertuntur.

Iustini Historici Liber. XXXVIII.

m Ithridates parricidia a nece uxoris auſpicatus ſororis alterius Laodices filios, cuius uirum Ariarathē regem cappadociæ per gordium inſidijs occiderat, tollēdos ſtatuit, nihil actum morte patris exiſtimans, ſi adoleſcentes paternū regnum, cuius ille cupiditate flagrabat occupaſſent. Igitur dū in his occupationibus uerſatur interim Nicomedes rex Bithyniæ uacuam morte regis cappadociam inuadit. Quod cū nunciatū Mithridati fuiſſet per ſimulationē pietatis auxilia ſorori ad pellendum cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per pactionē ſe Nicomedi in matrimoniū tradiderat. Quod ægreferens Mithridates præſidia Nicomedis cappadocia expellit, regnumq; ſororis filio reſtituit, egregiū prorſus factū niſi ſubſecuta fraus eſſet. Siquidem interiectis diebus ſimulat ſe Gordium, quo miniſtro uſus in Ariarathe interficiendo fuerat, reſtituere in patriam uelle, ſperās ſi obſiſteret adoleſcens, cauſas belli futuras, aut ſi permitteret per eundem filium tolli poſſe per quē interfecerat patrē quod ubi Ariarathes iunior molliri cognouit, indigne ferēs interfectorem patris per auunculū potiſſime ab exilio reuocari, ingentem exercitum contrahit. Igitur cū in aciem eduxiſſet Mithridates peditū octoginta milia, equitum decē milia currus falcatos, donec Ariarathi auxiliātibus finitimis regibus minores copiæ eſſent, incertū belli timens conſilia ad inſidias tranſfert ſollicitatoq; iuuene ad colloquium cum ferrum occultatū inter falces gereret, ſcrutatori ab Ariarathe regio more miſſo curioſius imum uentrem pertrectanti ait,

caueret ne aliud tælum inueniret q̄ quæreret, atq; ita risu protectis insidijs euocatum ab amicis uelut in secretum sermonem spectante utroq; exercitu interficit, regnū cappadociæ octo annorū filio iposito Ariarathis noie, additoq; ei rectore Gordio tradit. Sed cappadoces crudelitate ac libidine p̄fatorū uexati a Mithridate deficiunt, fratremq; regis et ipm Ariarathē noie ab Asia ubi educabat̄ reuocāt, cū quo Mithridates p̄liū renouat, uictūq; cappadociæ regno expellit. Nec multo post ex ægreditudine adolescēs collecta īfirmitate decedit. Post huius mortē Nicomedes timēs, ne Mithridates accessione cappadociæ etiam bithynia finitimam inuaderet, subornat puerum eximiæ pulchritudinis quasi Ariarathes tres non duos filios genuisset, qui a senatu romano paternum regnum peteret. Vxorem quoq; Laodicen romam mittit ad testimonium trium ex Ariarathe susceptorū filiorū, quod ubi Mithridates cognouit, & ipse pari impudentia Gordium romam mittit, qui senatui assereret puerū cui Cappadociæ regnum tradiderat ex eo Ariarathe genitum, qui bello aristonico auxilia romanis ferens cecidisset, sed senatus studia regum intelligens aliena regna falsis nominibus dare noluit, & Mithridati cappadociam & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniam ademit, ac ne contumelia regum foret ademptum illis, quod alijs daretur, uterq; populus libertati donatus est. Sed cappadoces munus libertatis abnuētes negant uiuere gentem sine rege posse. Atq; ita rex illis a senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex armeniæ obses a parthis ante non

multum tempus datus, nec olim ab iisdem in regnũ paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatem Romani belli quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem per Gordiũ impellit, ut Ariobarzani segni admodum bellũ inferat, & nequis dolus subesse uideret, filiã suam Cleopatrã ei in matrimoniũ tradidit. Primo ergo aduẽtu Tigranis Ariobarzanes sublatis rebus suis Romam contendit. Atq; ita per Tigranem rursus cappadocia iuris esse Mithridatis cœpit. Eodẽ tempore mortuo Nicomede etiam filius eius & ipse Nicomedes regno a Mithridate pellit̃ q cũ supplex Romam uenisset, decernitur in senatu, ut uterq; in regnum suum restituatur, in quod tamẽ missi Aquilius Mallius & Maltinus legati. His cognitis mithridates societatẽ cũ Tigrane bellũ aduersus Romanos gesturus iũgit, pactiq; inter se sunt, ut urbes agriq; Mithridati, homines uero & quæcũq; auferre possent Tigrani cederent. Post hæc Mithridates intelligens quantum bellum suscitaret legatos ad Cymbros alios Gallo græcos & Sarmatas Bactranasq; auxiliũ petitũ mittit. Nã oẽs has gentes cũ Romanũ meditaretur bellũ uariis beneficiorũ muneribus iã ante illexerat. Ab scythia quoq; exercitũ uenire iubet, omnẽsq; orientem aduersus Romanos armat. Nõ igitur magno labore Aquiliũ & Malthinum asiano exercitu instructos uicit, quibus simul cum Hicomede pulsis ingenti fauore ciuitatum excipitur, multum ibi auri argentiq; studio ueterũ regũ manũq; belli apparatũ inuenit, quibus instructus debita ciuitatibus pu-

blica & priuata remittit, & uacationē quinquennio cōcedit. Tunc ad concionem milites uocat, eosq; uarijs exhortationibus ad romana bella siue asiana incitat. Quā orationē dignā duxi cuius exēplū breuitati huius operis inserere quā obliquam pompeius Trogus exposuit, quoniam in Liuio & Salustio reprehēdit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserēdo historiae modū excesserint. Optādū sibi fuisse ait, ut de eo liceret cōsulere, bellum ne sit cum Romanis an pax habenda, quin uero sit resistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare qui spe uictoriae careant. Quippe aduersus latrones si nequeant pro salute, pro ultione tamē sua omnes ferrū stringere. Caeterūq; nō id agitur, an liceat quiescere, non tantum animo hostiliter sed etiam praelio congressis consulere, qua ratione ac spe coepta bella sustineāt, esse tamē sibi uictoriae fiduciā, si sit illis animus. Romanosq; uinci posse cognitū non sibi magis quā ipsis militibus, qui & in bithynia Aquiliū & Malthiniū in cappadocia fuderint, ac si quidē aliena magis exempla quā sua experimenta moueāt, audire se a Pyrrho Rege epiri non amplius quā quinq; milibus Macedonū instructo fusos tribus praelijs Romanos audire Hannibalē sexdecim annos italiae uictorē imoratū, et quin ipsam caperet urbem, nō romanorū illi uires obstitisse, sed domesticae aemulationis atq; inuidiae studium, audire populos trāsalpinae galliae italiam ingressos maximus eam plurimisq; urbibus possidere, et latius aliquādo solū finiū quā in Asiā, quae dicatur in bellis eosdē gallos occupasse, nec uictā solū dici Romam a

gallis sed etiã captã, ita ut unius illis montis tantum cacumen relinqueretur, nec bello hostẽ, sed precio re-motũ, gallorũ autẽ nomen, quod semper romanos ter ruit, in partẽ uirium suarũ ipse habeat. Nã hos q Asiã incolunt gallos ab illis, qui italiã occupauerãt sedibus tantum distare, originẽ quidem ac uirtutem genusq; pugnæ idẽ habere, tantoq; his sagaciora esse ingenia quã illis, quãto longiori ac difficiliori spacio per illyricũ thraciãq; prodierũt pœnæ operiosius transitis il lorũ finibus quã ubi consedere possessis. Iã ipsam ita-liam audire se nunq̃ ut Roma condita sit satis illi pacatam, sed assidue per omnes annos pro libertate alios contra quosdam etiã pro iure imperij bellis con-tinuis perseuerasse q̃ a multis ciuitatibus italiæ dele-tos Romanorum exercitus ferri a quibusdã nouo cõtu meliæ more sub iugum missos, ac ne ueteribus immo-remur exemplis, hoc ipso tempore uniuersam italiã bello marsico consurrexisse non iam libertatem, sed consortiũ imperij ciuitatisq; poscentẽ. Nec grauius ui cino italiæ bello quã domesticis principum factioni-bus urbẽ premi, multoq; periculosius accessisse itali-co ciuile bellũ, simul & germania cymbro immẽsam illã ferorũ, atq; immitiũ populorũ more procellæ inũ dasse italiã, quorũ tam & si singula bella sustinere Romani possent, uniuersis tamẽ obruantũ ut ne uaca-turos quidẽ bello suo putẽt. Vtendum igitur occasio-ne & rapienda incremẽta uiriũ, ne si illis occupatis quieuerint, mox aduersus uacuos et quietos magis ne gocium habeant. Non enim quæritur an capienda sint arma, sed utrum sua potius occasione an illorum,

nam bellũ equidem iam tunc ſecum ab illis geri cœ-
ptum, cũ ſibi pupillo maiorẽ Phrigiã ademerit, quã
patri ſuo præmiũ dati aduerſum ariſtonicũ auxilij cõ
ceſſerãt, gentẽq; quã & pauo ſuo Mithridati ſeleu-
cus Callinicus ĩ dotẽ dediſſet. Qui cũ paphlagonia
ſe decedere iuſſerũt, nõ alterũ illud genus belli fuiſ-
ſe, quæ nõ ui non armis, ſed adoptione teſtamenti &
regũ domeſticorũ interitu hæreditaria patri ſuo ob-
ueniſſet, cũ inter hãc decretorũ amaritudinẽ parẽdo,
nõ tamen eos mitigarent, quin acerbius ſe in dies ge-
rant nõ obtinuiſſe quod enim a ſe nõ præbitũ illis ob-
ſequiũ, non Phrigiam paphlagoniãq; dimiſſos, non
cappadocia filiũ eductum, quem iure gentium uictor
occupauerat. Raptã tamẽ ſibi eſſe uictoriã eius ab il-
lis quorum nihil eſt niſi bello quæſitũ, nõ regem by-
thiniæ Creſton in quem ſenatus arma decreuerat, a ſe
in gratiam illorũ occiſum, tamen nihilominus impu
tari ſibi, ſi qua Gordius aut tigranes faciat liberatem
etiam in cõtumeliã ſui a ſenatu ultro delatam cappa
dociæ quã reliquis gentibus abſtulerunt, deinde popu
lo Cappadocum pro libertate oblata Gordium regẽ
orãtem ideo tanquã amicus ſuus eſſet non obtinuiſſe.
Nicomedem præcepto illorum bellum ſibi intuliſſe,
quia inultus ierit Mithridates, ab ipſis uentum ob-
uiam, & nũc eã ſecũ bellandi cauſam illis fore, ꝙ nõ
impune ſe Nicomedi lacerãdũ Saltatricis filio præ-
buerit. Quippe non delicta regnum illos, ſed uires ac
maieſtatẽ inſequi, neq; in ſe uno ſed in alijs quoq; om
nibus ac ſemper arte graſſatos, ſic & auũ ſuũ Farna
cem per cognitionum arbitria ſuccidaneum regi Per

gameno Eumeni datum. Sic rursus Eumenem, cuius classibus primũ in asia fuere transuecti, cuius exercitu magis quam suo & magnũ Antiochum, & gallos in Asia, & Mox in Macedonia regẽ Persam domuerant, & ipm pro hoste habitũ eiq; interdictũ italia, et quod cum ipo deforme sibi putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gessisse, nullius apud eos maiora quã Masinissæ regis Numidarũ haberi merita. Huic imputari uictum Hannibalẽ, huic captũ Syphacem, huic carthaginem deletam, huic inter duos illos africanos tertium seruatorẽ urbis referri, tamen cũ huius nepote, bellum modo in africa gestum, adeo inexpiabile ut ne uictũ quidẽ memoriæ patris donaret, quin carcerem ac triumphi spectaculũ experiretur. Hanc illos omibus regibus legem odiorũ dixisse, scilicet quia ipi tales reges habuerit quorũ etiam nominibus erubescant, aut pastores ab originũ, aut haruspices sabinorum, aut exules corynthiorum, aut seruos uernasq; Tuscorum, aut & quod honoratissimũ nomen fuit inter hos superbos atq; ut ipsi ferunt conditores suos lupæ uberibus alitos, sic omnem illum populũ luporũ aĩos habere inexplebiles sanguinis atq; imperij, diuitiarũ q; auidos ac ieiunos. Se autem seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluuie conuenatum esse qui paternos maioes suos a Cyro Darioq; cõditoribus persici regni maternos a magno Alexandro ac Nicanore Seleuco conditoribus imperij Macedonici referat, sed populis eorum conferat suos earum se gentiũ esse quæ non modo romano iperio sint pares, sed macedonico quoq; obstiterint. Nullam subiectarũ sibi gentiũ

expertem peregrina imperia, nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam uelint an Paphlagoniam recensere, rursus pontum in bithyniam, itemque armeniam maiorem minoremque quarum gentium nullam neque Alexander ille qui totam pacauit Asiam, nec quisquam successorum eius, aut posterorũ attigisset Scythiam duos unquã ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos Darium & Philippũ ægre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam partem aduersus romanos uirium haberet, multoque se timidius ac diffidentius bella pontica ingressum, cũ ipse rudis ac tyro esset. Scythiæ præter arma uirtutemque animi, locorum quoque solitudinibus uel frigoribus instructæ, per quæ denunciaretur ingens militiæ labor ac periculum, inter quas difficultates ne spes quidem præmij foret ex hoste uago, nec tantũ pecuniæ sed etiam cædis inopiæ, nunc se diuersam belli conditionem ingredi. Nam neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius, magnamque temporis partem non ut militiam, sed ut festum diem acturos, bello dubium facili magis an uberi si modo, aut proximas regni attalici opes, aut ueteres lydiæ ioniæque audierint, quas nõ expugnatum eant, sed possessum, tantumque auida Asia ut etiam uocibus uocet adeo illis odium romanorum incussit rapacitas proconsulum, exactio publicanorũ calũniæ litium. Sequantur se modo fortiter & colligant, quid se duce possit efficere tantus exercitus, quẽ sine cuiusquam militum auxilio sua & unius opera uiderint. Cappadociã cæso rege cœpisse, quod solus mor-

talium pontum omnẽ scythiamq́ pacauit, quã nemo ante transire tuto atq́ adire potuerit. Nanq́ iusticiæ atq́ liberalitatis suæ nec ipsos milites quin experiantur testes effugere, & illa iudicia habere ꝙ solus regum oium nõ paterna solum uerũetiam externa regna hæreditatibus propter munificentiã acquisita possideat colchos Paphlagoniã Bosphorũ. Sic excitatis militibus post annos. xxxiiij. sumpti regni, in romana bella descendit. Atq́ in ægypto mortuo rege ptolomæo ei qui Cirenis regnabat ptolomæo, plegatos regnum et uxor Cleopatra regina soror ipsius deferẽ. Lætus igitur hoc solo ptolomæus, quod sine certamine fraternũ regnum recepisset, ꝙ subornari & a matre Cleopatra & fauore principum patris filiũ cognouerat, cæterum infestus oibus statim ubi Alexãdriã ingressus est, fautores pueri trucidari iussit ipm quoq; die nuptiarũ, quibus matrẽ eius ĩ matrimoniũ recipiebat, inter apparatus epularũ & solennia religionũ in complexu matris interficit, atq́ ita thorũ sororis cæde filij eius cruentus ascendit. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum uocauerãt fuit. Si quidẽ peregrinis militibus licentia cædis data, oĩa sanguine quotidie manabãt, ipamq́ sororẽ filia eius uirgine ꝑ uim stuprata & in matrimoniũ adscita repudiat? quibus rebus territus populus in diuersa labitur patriaq́ metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolomæus, cum regem se nõ hominũ, sed uacuarum ædium uideret, edicto peregrinos sollicitat, quibus, confluentibus obuius legatis romanorũ Scipioni africano, & Spurio mũmio. & L.

Metello qui ad inspicienda sociorũ regna ueniebant procedit, Sed quã cruentus ciuibus omnibus tanm ridiculus romanis fuit. Erat enĩ & uultu deformis & statura breuis & sagina uentris nõ homini sed beluæ similis, quã fœditatem nimia subtilitas et perlucida uestis augebat prorsus quasi astu inspicienda pberentur, quæ omni studio occultãda pudibũdo uiro erant. Post discessum deinde legatorũ, quorũ africanus dũ aspicit urbẽ spectaculo Alexãdrinis fuit Ptolomæus iam etiam populo peregrino inuisus cũ filio, quẽ ex sorore susceperat, & cũ uxore matris pellice metu insidiarũ tacitus in exiliũ proficiscitur, cõtractoq; mercenario exercitu bellũ sorori pariter ac patriæ infert. Accersitũ maximũ deinde Syrenis filiũ ne cum Alexandrini cõtra se regẽ crearẽt, interficit. Tũc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factũ studio sororis existimans, filiũ quẽ ex ea susceperat, interficit, corpusq; in mẽbra diuisum & in cista impositum matri die natali eius inter epulas afferri curat. Quæ rex non reginæ tantũ uerumetiã uniuersæ ciuitati acerba & luctuosa fuit, tantũq; mœrorẽ festiuissimo conuiuio intulit, ut regia omnis repẽtino luctu incenderetur. Verso igit̃ studio principũ ab epulis in exequias mẽbra lacerata populo ostẽdunt, & quid sperare de rege suo debeãt filij cæde d mõstrãt. Finito luctu orbitatis Cleopatra cum urgeri se fraterno bello uideret auxiliũ a Demetrio petit Syriæ rege per legatos eius cuius ipi uarij & memorabiles casus fuere. Nãq; Demetrius (ut supra dictũ est) cum bellũ parthis intulisset, & multis cõgressionibus uictor fuisset, repẽte cir

res

cunuentus insidijs amisso exercitu capitur. Cui Arsa-
cides parthorũ Rex magno & regio aĩo misso in bi-
thyniã nõ cultũ tãtum regiũ p̃stitit, sed & filiã in ma-
trimoniũ dedit. Regnumq; Syriæ, quod per absentiã
eius Trypho occupauerat restiturũ p̃mittit, Post huius
mortẽ desperatio reditus nõ ferens captiuitatẽ Deme-
trius priuatam, & si opulentam uitam pertæsus taci-
tus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac co-
mes Calimander amicus erat, qui post captiuitatem
eius a Syria per Arabiæ deserta ducibus pecunia cõ-
paratis parthico habitu babyloniam peruenerat.
Sed fugientem phrahates qui Arsacidæ successerat
æquitum celeritate per compendiosos tramites occu-
patum retrahit. Vt est deductus ad regem Caliman-
drum quidem non tantum uenia uerumetiam præmi
um fidei datum, Demetrium autem & grauiter casti
gatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit et arctio
ribus custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tẽ-
pore cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eo-
dem amico comite repetita fuga est, sed pari infœlici
tate prope fines regni sui repræhenditur, ac denuo
perductus ad regem ut inuisus a conspectu summoue
tur. Tunc quoq; uxori & liberis donatus in hyrcaniã
pœnalem sibi ciuitatem donatam remittitur, talisq;
aureis ad exprobationem puerilis leuitatis donatur,
sed hanc tam parthorum mitem in Demetrium cle-
mentiam non misericordia gentis nec respectu co-
gnationis faciebat, sed ꝙ Syriæ regnum affectabant
usuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem, prout
res uel tempus uel fortuna belli exegisset. His au-

ditis Antiochus occuperandũ bellum ratus exercitum quem multis finitimorũ bellis induraverat, aduersus Parthos ducit, sed luxuriæ nõ minor apparatus quã militiæ fuit. Quippe. viij. milia armatorũ secuta sunt trecenta lixarum, ex qbus coquorũ, pistrorũ, scænicorumq; maior numerus fuit, argenti certe auriq; tãtũ, ut etiam gregarij milites caligas auro fingerent, proculcarentq; materiam, cuius amore populi ferro dimicant, culinarum quoq; argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas nõ ad bella pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere tradentes se regnaq; sua cũ execratione superbiæ parthicæ, nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus prælijs uictor babyloniã cum occupasset magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficientibus populis, nihil parthis relictum præter, patrios fines fuit. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a parthia reuocaretur. Interim quoniam uiribus non poterat, insidijs Antiochum ubiq; tentabat, propter multitudinẽ hominum omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat, quæ res exitũ causa fuit. Nã cũ grauari se copiarũ præbitione & iniurijs militum ciuitates uiderent, ad parthos deficiũt, & die statuta oẽs apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent aggrediũtur, quæ cũ nunciata Antiocho essent auxiliũ proximis laturus, cum ea manu quæ secum hyemabat progreditur. In itinere obuiũ regẽ parthorũ habuit, aduersum quẽ fortius q̃ exercitus ei-

dimicauit. Ad postremũ tamẽ cum uirtute hostes uincerent, metu suorum desertus occiditur, cui Phrahates exequias regio more fecit, filiamq; Demetrij, quam secum Antiochus adduxerat captus amore uirginis uxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit, ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter misisset. Demetrium hoc ipsum metuentẽ iam in regno missi inuenerunt, frustraq; omnia conati ad regem suum reuersi sunt.

Iustini Historici. Liber. XXXIX.

a Ntiocho in parthia cum exercitu deleto, Frater eius Demetrius obsidione parthorum liberatus, ac restitutus in regnũ, cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitũ esset, quasi parthica ipsius ac fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat, ꝓspere gessissent, ita ægypto bellum inferre statuit, regnum ægypti Cleopatra socru precium auxilij aduersus fratrẽ suum pollicẽte. Sed dum aliena affectat ut assolet fieri, propria ꝑ defectionem Syriæ amisit. Siquidẽ Antiochenses primi duce Triphone execrantes superbiam regis, quæ conuersatione parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apamẽnij cæteræq; ciuitates exemplũ secutæ, ꝑ absentiã regis a Demetrio defecere. Ptolomæus uero rex ægypti bello ab eodẽ petitus, cum cognouisset Cleopatram sororẽ suam opibus ægypti nauibus impositis ad filiam & Demetriũ generũ in Syriam profugisse, immittit iuuenem quendam ægyptiũ Protarchi negociatoris filium qui regnũ syriæ armis peteret. Et composita fabula quasi per adoptionẽ Antio

chi regis receptus in familiã regiam esset, nec Syrijs quẽlibet regem aspernantibus ne Demetrij paterent̃ superbiã, nomen iuueni Alexander imponitur, auxiliaq; ab ægypto ingẽtia mittũtur. Interea corpus Antiochi interfecti a rege parthorũ in loculo argẽteo in sepulturam in Syriam remissum peruenit, quod cum ingenti studio ciuitatũ, & regis Alexandri ad firmãdam fabulæ fidem excipitur, quæ res illi magnũ fauorem popularium conciliauit, oĩbus non fictas in eo sed ueras lachrymas existimãtibus. Demetrius autẽ uictus ab Alexãdro ac undiq; circumstãtibus malis p̃meretur, ad postremũ etiam ab uxore filijsq; deserit̃. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religione tẽpli se defensurus petisset, naui egrediens p̃fecti iussu interficitur. Alter ex filijs Seleucus, quoniã sine matris auctoritate diadæma sumpsisset, ab eadem interficitur. Alter ex filijs cui ꝓpter nasi magnitudinem cognomẽ Grypho fuit, rex a matre hactenus constituitur, ut nomen regis penes filium, ius autẽ omnis imperij penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syriæ regno timens ex successu rerum spernere iam etiam ipsum Ptolomæum, a quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia cœpit. Itaq; Ptolomæus reconciliata sororis gratia destruere Alexandri regnũ, qđ odio Demetrij uiribus suis acquisierat, summis operibus instituit. Mittit ergo in græciã Grypho auxilia, & filiã Grypinã Grypho nupturã, ut populos in auxiliũ nepotis nõ societate tantũ belli uerũetiam affinitate sua sollicitaret, nec res frustra fuit. Nam cum oẽs Gryphum instructum ægyptijs uiribus uiderent pau-

latim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos prælium, quo uictus Alexander Antiochiam profugit. Ibi inops pecuniæ cum stipendia militibus deessent, in templo Iouis solidū ex auro uictoriæ signū tolli iubet, facetis iocis sacrilegiū circūscribens. Nam uictoriam commodatam sibi a Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iouis aureum simulachrū īfiniti pōderis tacite euelli iussisset, depræhēsusq; in sacrilegio concursu multitudinis in fugam esset uersus magna ui tempestatis oppressus ac desertus a suis a latronibus capitur, perductusq; ad Gryphū interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno externisq; periculis liberatus insidijs matris appetitur, quæ cum cupiditate dominationis prodito marito Demetrio & altero filio interfecto huius quoq; uictoria inferiorem dignitatem suam factā doleret uenienti ab exercitatione ueneni poculum obtulit. Sed Gryphus prædictis āte iam insidijs ueluti pietate cū matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti instat. Postremum prælato indice eam arguit, solam defensionem sceleris superesse affirmās si bibat, quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso, ueneno, quod alij parauerat extinguitur. Partha igitur regni securitate Gryphus octo annis quietem & ipse habuit, & regno suo præstitit. Natus deinde illi est æmulus regni frater ipsius Cyricœnus eadē matre genitus, sed ex Antiocho patruo susceptus, quem cum ueneno tollere uoluisset, ut maturius cum eodem armis de regno contēderet, excitauit. Inter has regni syriæ parricidiales discordias moritur rex ægypti Ptolomæus regno

ægypti uxori & alteri filio, quem illa legisset, relis-
cto uidelicet quasi quietior ægypti status q̃ syriæ re-
gnum esset, cum mater altero ex filijs electo alterum
hostem esset habitura. Igitur cum pronior in minorẽ
filium esset a populo compellitur maiorem eligere,
cui prius q̃ regnum daret uxorem ademit, compul-
sumq; repudiare carissimam sibi sororem Cleopatrã
minorem sororem Seleucẽ ducere iubet, non materno
inter filias iudicio cum alteri maritum eriperet, alte-
ri daret. Cleopatram uero nõ tam a uiro repudiata q̃
a matre diuortio uiri dimissa Cyricœno in syria nu-
bit, eiq; ne nudum nomen uxoris afferret exercitũ Cy
pri sollicitatũ uelut dotalẽ ad maritum deducit. Par
igitur uiribus iam factis Cyricœnus prœliũ cõmittit,
ac uictus in fugam cõuertit Anthiochiãq; uenit. Tunc
Antiochiã Gryphus, in qua erat Cyricœni uxor Cleo
patra obsidere cœpit, qua capta Gryphina uxor Gry-
phi nihil antiquius quam sororem Cleopatrã requiri
iussit, nõ ut captiuæ opem ferret, sed ne effugere ca-
ptiuitatis mala posset, quæ sui æmulatione in hoc po-
tissimũ regnũ inuaserit, hostisq; sororis nubẽdo, hostẽ
se eius effecerit, tum peregrinos exercitus in certami-
na fratrũ adductos, cũ repudiatã a fratre cõtra matris
uoluntatẽ extra ægyptũ nuptam accusat, contra Gry-
phus orare ne tam fœdũ facinus facere cogatur a nul
lo unq̃ maiorũ suorum inter tot domestica bella, tot
externa post uictoriam in fœminas sæuitum, quas se-
xus ipse & periculis bellorum & sæuitiæ uictorum
eximat. In hac uero præter cõmune bellãtiũ nephas ac
cedere necessitudinẽ sanguis. Quippe ipsius quæ tã

cruente sæuiat sororem equidem germanam esse suã uero consobrinam liberorum, deinde cõmuniũ materteram. His tot necessitatibus sanguinis adijcit superstitionem templi, quo abdita profugerit, tantoq; religiosius colendos deos sibi, quo magis his propitijs, ac fauẽtibus uicisset, tum neq; occisa illa se uirium quicq̃ Cyricœno dempturum, nec seruaturum reddita. Sed quanto Gryphus abnuit tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata non misericordiæ hæc uerba, sed amoris esse. Itaq; uocatis ipsa militibus mittit qui sororem confoderent, qui ut in templum intrauerunt cum euellere eam non possent manus amplexantes deæ simulachrum præciderunt, Tunc Cleopatra execratione parricidarum mandata uiolatis numinibus in ultionem sui decidit. Nec multo post repetita prælij congressione uictor Cyricœnus uxorem Gryphi Gryphinam quæ paulo ante sororẽ interfecerat, capit, eiusq; supplicio uxoris manibus parentauit. At in ægypto Cleopatra cũ grauaretur socio regni filio Ptolomæo populũ in eum incitat, abductaq; ei Seleuce uxore eo indignius, quod ex Seleuce iam duos filios habebat, exulare cogit. Accersito minori filio Alexandro, et rege in locum fratris constituto, nec filium regno expulisse contenta bello cypri exulantem persequitur. Vnde pulso interficit ducem exercitus sui, q̃ uiuum eum e manibus emisisset, q̃q̃ Ptolomæus uerecundia materni belli non uiribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam uitã anteponens. Cleopatra uero timens ne maior filius

Ptolomæus ab Cyricæno ad recuperandũ ægyptum auxilijs iuuaretur ingentia Grypho auxilia & Seleucem uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit, Alexandrumq; filium per legatos in regnũ reuocat, cui cum occultis insidijs exitium machinaretur occupata ab eodem interficitur, spiritumq; non fato, sed parricidio dedit, digna prorsus hac mortis infamia, quæ etiam matrem toto expulit, & duas filias uiduas alterno fratrũ matrimonio fecit, & filio alteri in exiliũ acto bellum intulit, alteri erepto regno exitiũ per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tam nefanda multa fuit. Nam ubi primum compertũ est per scelus filij matrem interfectam concursu populi in exilium agitur. Reuocatoq; Ptolomæo in regnũ redditur, qui neq; cum matre bellum gerere uoluisset, nec a fratre armis repeteret, quod prior possedisset. Dum hæc aguntur frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, hærede populo romano instituto decessit. Iam enim fortuna romana porrigere, sed ad orientalia regna non contenta italiæ terminis cœperat. Itaq; et ea pars lybiæ prouincia facta est postea creta, siciliaq; piratico bello perdomitæ in formam prouinciæ rediguntur. Quo pacto & syriæ, & ægypti regna uicinitate romana artata. Quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, adempto uagandi arbitrio uires suas in perniciem suam conuerterunt, adeo ut assiduis prælijs consumpti in contẽptũ finitimorũ uenerint prædæq; arabum genti imbelli antea fuerint, quorũ rex Herotimus fiducia sexentorum quos filiorum ex

pellicibus susceperat diuisis exercitibus nunc ægyptum, nunc Syriam infestabat, magnumq; nomẽ arabum uiribus finitimorum exanguibus fecerat.

Iustini Historici Liber. XL.

m Vtuis fratrũ odijs, & mox filiorũ inimicitijs parentũ succedẽtibus, cũ inexpiabili bello & reges, & regnũ syriæ cõsumptũ esset ad externa populus auxilia cõcurrit, peregrinosq; sibi reges circunspicere cœpit, itaq; cum pars Mithridatem ponticum, pars Ptolomæum ab ægypto arcessendũ censeret occurreretq;, & Mithridates implicitus bello Romano esset Ptolomæus quoq; hostis Syriæ semper fuisset, omnes in Tigranẽ regem armeniæ consenserũt, instructũ præter domesticas uires parthica societate & mithridatis affinitate, igitur accitas in regnum syriæ per. xviij. annos tranquillissimo regno potitus est, neq; bello aliũ lacessere, neq; lacessitus inferre alij bellum necesse habuit. Sed sicut ab hostibus thura syria fuit ita terræ motu uastata est, quo clxx. hominũ milia, & multæ urbes perierunt. Quod prodigium mutationẽ rerũ portendere haurispices responderũt, Igitur Tigrane a Lucullo uicto rex Syriæ Antiochus Cyricœni filius ab eodẽ lucullo appellat. Sed quod Lucullus dederat, postea ademit Pompeius, qui poscenti regnum respõdit, ne uolenti quidẽ syriæ nedum recusanti daturũ se regem, qui. xviij. annos, quibus Tigranes syriam tenuit, in angulo ciliciæ latuerit. Victo autem eodẽ Tigrane a Romanis alieni operis præmia postulet. Igitur ut habẽti regnum non ademerit, ita quo cesserit Tigrani non daturũ, quod

tueri nesciat ne rursus syriam iudæorum & arabum latrociniis infestam reddat. Atq; ita syriam in prouinciæ formam redigit, paulatimq; oriens romanorum discordia cõsanguineorum regum factus est.

Iustini Historici Liber. XLI.

P Arthi penes quos uelut diuisiõe orbis cũ romanis facta nunc oriẽtis imperium est, scytharum exules fuerũt. Hoc etiam ipsorum uocabulo manifestatur scythico sermone parthi exules dicuntur. Hi & assyriorũ, & medorum temporibus inter orientales populos obscurissimi fuere. Postea quoq; cũ imperiũ orientis a medis ad persas translatũ est, ueluti uulgus sine nomine præda uictorũ fuere. Postremo macedonibus triũphato oriente seruierũt, ut cuiuis mirum uideatur, ad tãtam eos fœlicitatẽ per uirtutem profectos, ut imperẽt gentibus sub quarũ imperio ueluti seruile uulgus fuere. A romanis quoq; trinis bellis per maximos duces florentissimis tẽporibus lacessiti soli ex oĩbus gẽtibus, non solũ pares, uerũetiã uictores fuere quãq; plus gloriæ sit inter assyria et medica, psicaq; memorata olim regna, & opulẽtissimũ mille urbium Bactrianũ imperium emergere potuisse, quã lõginqua bella uicisse. Præterea cũ grauibus scyticis et uicinalibus bellis assiduis uexati uariisq; piculorũ certaminibus urgerent, hi domesticis seditiõibus scythia pulsi solitudies iter hyrcanã et dachas et areos et spartanos, et Maianos furtim occupauere fines. Deĩde nõ intercedẽtibus primo finitimis, postea etiã prohibentibus in tantũ protulere, ut non immensa tantũ iam ac profunda camporum ue-

rum etiã prærupta colliũ montiũq; ardua occupauerint. Ex quo fit ut parthiæ pleraq; finium aut æstus, aut frigoris magnitudo possideat, quippe cũ montes nix, & cãpos æstus infestet. Administratio gẽtis post defectionẽ macedonici imperij sub regibus fuit Proximus maiestati regum populorum ordo est, ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habẽtur. Sermo his inter scyticũ mediũq; medius & utriusq; mixtus, uestis olim sui moris, postea q̃ accessere opes ut medis, perlucida ac fluida, armorum patrius ac scythius mos. Exercitum non ut aliæ gentes liberorum, sed maiorem partem seruorum habent. Quorum uulgus nulli manumittẽdi potestate permissa ac per hoc omnibus seruis nascentibus in dies crescit, hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare & sagittare magna industria docent. Locupletissimus ut quisq; est, ita plures i bello equites regi suo præbet. Deniq; Anthonio bellum parthis inferenti cum. L. milia equitũ occurrerent soli. dccc. liberi fuere. Comminus in acie præliari nesciũt, obsessasq; expugnare urbes, pugnãt autem procurrentibus equis aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulant, ut incautiores aduersus uulnera insequentes habeant, signũ his in prælio non tuba sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cæterum intolerãdi forẽt, si quantus his impetus est, uis tanta & perseuerãtia esset. Plærunq; in ipso ardore certaminis prælia deserũt ac paulo post pugnã ex fuga repetũt, & cũ maxime uicisse te putes tũc tibi discrimen subeundũ sit. Munimentum ipsis equisq; loricæ plumatæ sunt, quæ utrũq; toto corpore regunt.

Auri argentiq; nullus nisi in armis usus. Vxoresq; dulcedine uariæ libidinis singuli plures habent, nec ulla delicta adulterijs grauius uindicāt. Quãobrem fœminis nõ cõuiuia tantũ uirorũ uerũetiã cõspectũ interdicũt. Carne nõ nisi uenatibus quæsita uescuntur. Equis omni tẽpore uectãtur, illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt, super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc deniq; discrimẽ inter seruos liberosq; esse q͂ serui pedibus liberi non nisi equis incedũt. Sepultura uulgo aut auiũ aut canum laniatus est. Nuda demũ ossa terra obruuntur. In superstitionibus a cura deorũ præcipua omnibus ueneratio est. Ingenia genti tumida seditiosa fraudulenta procacia, quippe uiolentiã uiris, mansuetudinẽ mulieribus assignant. Semp aut in externos aut in domesticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum quã ad dicẽdũ prõptiores. Proinde secũda aduersaq; silentio regunt. Principibus metu nõ pudore parent, in libidinẽ proiecti, in cibũ parci, fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit. Post mortẽ Alexandri magni cum inter successores eius oriẽtis regna diuiderentur nullo macedonũ dignãte parthorũ imperiũ Satagenori externo socio traditur. Hi postea seductis macedonibus in bellum ciuile cum cæteris superioris asiæ populis Eumenẽ secuti sunt, quo uicto ad Antigonum trãsiere. Post hunc a Nicanore seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi, a cuius pro nepote seleuco primũ defecere. Primo punico bello Lucio manilio pisone Attilio regulo consulibus huius defectiõis impunitatẽ illis duorũ fratrũ re

gum Seleuci & Antiochi discordia dedit, qui dum si bi inuicem eripere regnũ uolũt ꝑsequi defectores omi serunt. Eodẽ tẽpore etiã Theodotus mille urbium Bactrianorũ ꝑfectus defecit, regẽq; se appellari iussit, quod exemplũ secuti totius orientis populi a macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces uir sicut incertæ originis, ita uirtutis expertæ. His solitus latrociniis & rapto uiuere, accepta opinione Seleucum a gallis in asia uictum solutus regis metu cũ prædonum manu parthos ingressus præfectũ eorũ Andragoram oppressit, sublatoq; eo imperiũ gentis inuasit. Nõ magno deinde post tpe Hyrcanorũ quoq; regnũ occupauit, atq; ita duarũ ciuitatũ iperio præditus grãdem exercitum parat metu Seleuci & Theodoti Bactrianorũ regis. Sed cito morte Theodoti metu liberatẽ cum filio eius, & ipo Theodoto fœdus, ac pacẽ fecit, nec multo post cum Seleuco rege ad defectores persequendos ueniente congressus uictor fuit, quem diem parthi exinde solẽnẽ uelut initiũ libertatis obseruant. Reuocato deinde Seleuco nouis motibus in Asiam dato laxamẽto regnũ parthicũ format, militem legit, castella munit, ciuitates firmat, urbẽ quoq; nomine claram in monte thaborteno condit, cuius loci ea cõditio est, ut neq; munitius quicquã esse, neq; amœnius possit. Ita cñ & præruptis rupibus undiq; cingitur ut tutela loci nullis defensoribus egeat, & soli circũiacentis tanta ubertas est ut propriis opibus expleatur iam fontium, ac siluarum ea copia est, ut & aquarũ abundantia irrigetur, & uenationum uoluptatibus exornetur, sic Arsaces quæsito simul cõstitutoq; regno nõ mi

nus memorabilis parthis ꝙ persicis Cyrus, macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decedit, cuius memoriæ hunc honorē parthi tribuerūt ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nūcupēt. Huius filius & successor regni Arsaces & ipse nomine aduersus Antiochum seleuci filiū. C. milibus peditū & .xx. milibus equitū instructus, mira uirtute pugnauit ad postremū in societate eius assumptus ē. Tertius parthis rex Pāpacius fuit, sed & ipe Arsaces dictus, nam sicut supra dictum est omnes reges suos hoc nomine sicuti romani cæsares augustosq; cognominauerunt. His actis in regno. xij. annis decessit, relictis duobus filijs Mithridate & pharnace, quorū maior Pharnaces more gētis hæres regni mardos ualidā gētem bello domuit, nec multo post decessit, multis filijs relictis, quibus præteritis fratri potissimū Mithridati insignis uirtutis uiro reliquit imperiū, plus regno ꝙ patrio deberi nomini ratus potiusq; patriæ ꝙ liberis cōsulendū. Eodē ferme tēpore sicut in parthis Mithridates ita in Bactris Eucratides magni uterq; uiri regna ineunt. Sed parthorū fortuna fœlicior ad summū hoc duce imperij fastigiū eos perduxit. Bactriani autē per uaria bella iactati non regnū tantum uerū etiam libertatē amiserunt si quidem Sogdianorū & Drāganitanorū indorūq; bellis fatigari, ad postremū ab inualidioribus parthis uelut exāgues opp̄ssi sunt. Multa tamē Eucratides bella magna uirtute gessit, quibus attritus cum obsidionem Demetrij regis indorum pateret cū. ccc. militibus. lx. milia hostiū assiduis eruptionibus uicit. Quinto itaq; mēse liberatus india

in potestatē redegit. Vnde cū se reciperet a filio, quē socium regni fecerat, in itinere interficit, qui nō dissimulato parricidio uelut hostē nō patrē interfecisset, & per sanguinē eius currū egit, & corpus abijci insepultū iussit. Dum hæc apud bactros gerunt interim inter parthos & medos bellū oritur, cum uarius utriusq; populi casus fuisset, ad postremū uictoria penes parthos fuit. His uiribus auctus Mithridates mediæ bachasum in regno præponit, ipse in hyrcaniā proficiscitur. Vnde reuersus bellū cū Elimeorū rege gessit, quo uicto hanc quoq; gentē regno adiecit, imperiūq; parthorū a monte caucaso multis populis in ditionē redactis usq; ad flumē Eufratē protulit. Atq; ita aduersa ualitudine arreptus, non minor Arsace pro auo gloriosa senectute decessit.

Iustini hystorici. Liber. XLII.

P Ost necem Mithridatis parthorum regis Phrahates filius rex cōstituitur, qui cū inferre bellū in ultionē tentati ab Antiocho parthici regni tyriæ statuisset, scytharum motibus ad sua defendēda reuocat, nāq; scythæ in auxiliū parthorum aduersus Antiochum syriæ regem mercede sollicitati, cum cōfecto iam bello superuenissent in calūnia tardius lati auxilij mercede fraudarentur, dolētes tantū ijs itineris frustræ mēsum, cum uel stipendiū pro uexatione uel aliū hostē dari poscerent, supbo responso offensi fines Parthorū uastare cœperūt. Igit phrahates cū aduersus scythas pficiscit ad tutelam regni relīqt Hymerū quendā pueritiæ sibi flore conciliatū, q tyrannica crudelitate oblitus & uitæ præteritæ, et

uicarij officij Babylonis multasq; alias ciuitates importune uexauit. Ipse autē phrahates exercitū græcorum quem bello antiochi captū crudeliter superbeq; tractauerat, in bellum secū ducit, immemor prorsus, q̃ hostiles eorū aīos, nec captiuitas minuerat, & insuper iniuriarū indignitas exacerbauerat. Itaq; cum inclinatā parthorū aciem uidissent, arma ad hostes trāstulerūt, & diu cupitā captiuitatis ultionē exercitus parthici et ipsius Phrahatis regis cruenta cæde executi sunt. In huius locū Arthabanus patruus eius rex substituitur, scythæ autē contenti uictoria depopulata parthia in patriam reuertuntur. Sed Arthabanus bello colchatarijs illato in brachio uulneratus statim decedit. Huic Mithridates filius succedit, cui res gestæ magnū cognomē dedere. Quippe claritatē parētū æmulatiōe, uirtutis accensus animi magnitudine supergreditur. Multa igit̄ bella cū finitimis, magna uirtute gessit, multosq; populos parthico regno addidit, Sed & cū scytis prospere aliquotiēs dimicauit, ultorq; iniuriæ parentū fuit, ad postremū Artoadisti armeniorū regi bellum intulit. Sed quoniā ad armeniā transitū facimus origo eius paulo altius repetenda est. Neq; eñi silentio præteriti tātum regnum fas est, cum fines eius post parthiam omniū regnorū magnitudinē superēt. Si quidem armenia a Cappadocia usq; undecies centena milia ad mare caspium patet, sed in latitudine milia passuū septinzenta porrigitur. Condita est autem ab armenio Iasonis Thessali comite, quē cum perdere ꝓpter insignem periculosamq; regno suo uirtutem Pelias rex cuperet, denunciata militia in colchos

cum abire iubet pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare, sperans interitum uiri, aut ex periculo tam longæ nauigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. Igitur Iason diuulgata opinione tam gloriosæ expeditionis cum ad eum certatim principes iuuentutis totius ferme orbis concurrerent exercitũ fortissimorum uirorum, qui argonautæ, cognominati sunt comparauit, quem cum magnis rebus gestis incolumen reduxisset, rursus a Peliæ filijs thessalia pulsus magna ui cum ingẽti multitudine, quæ ad famã uirtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat comite Medæa uxore, quam repudiatam miseratione exilij rursum recepat, & Medæo priuigno ab ægæo rege atheniensium genito colchos repetiuit socerũq; etiam regno pulsum restituit. Magna deinde bella cum finitimis gessit, captasq; ciuitates partim regno soceri ad abolendam superioris militiæ iniuriam qua filiam eius Medæam abduxerat & filiũ ægæi ægialum interfecerat, adiunxit, partim populis, quos secũ adduxerat assignauit. Primus humanorũ post Herculem, & liberũ, qui reges orients fuisse traduntur, eam cœli plagam domuisse dicitur, populus quibusdam phrigium, & Ansistratum aurigas Castoris & Pollucis duces assignauit, cum albanis fœdus percussit, qui Herculem ex italia ab Albano monte cum Geryone extincto armenta eius per italiam duceret secuti dicuntur, quiq; memores italicæ originis exercitum Cn. Pompei bello Mithridatico fratres salutauere. Itaq; Iasoni totus ferme oriens ut conditori diuinos honores, templaq; constituit, quæ Parmenion dux

Alexandri magni post multos annos dirui iussit ne cuiusq̃ nomen in oriente uenerabilius q̃ Alexandri esset. Post mortẽ Iasonis Medus æmulus uirtutis eius in honorem matris mediam urbem condidit, regnũq; ex nomine suo medorum constituit, sub cuius maiestatem oriẽtis postea imperiũ fuit. Albanis uicinæ amazones sunt, quarum reginam Thalestrẽ concubitum Alexandri petisse multi auctores ꝓdidere. Armenius quoq; & ipse Thessalus unus de numero ducum Iasonis recollecta multitudine, quæ amisso iasone rege passim uagabatur Armeniam condidit, a cuius montibus tigris fluuius modicis primo incrementis nascitur. Interiecto deinde aliquãto spacio sub terras mergitur atq; ita post. xxv. milia passuũ grande iam flumẽ in regione Sophone emergit, ac si in paludes Eufratis recipitur. Igitur Mithridates rex parthorũ post bellum armeniæ propter crudelitatẽ a senatu parthico regno pellitur. Frater eius Herodes cum regnũ uacans occupasset Babyloniam, quo Mithridates confugerat diu obsidet, & fame coactos in deditionem oppidanos compellit. Mithridates autem fiducia cognationis ultro se in potestatem Herodis tradit. Sed herodes plus hostem q̃ fratrem cogitans in conspectu suo trucidari eum iussit, & post hæc bella cum romanis gessit, Crassumq; imperatorem cum filio, & omni exercitu romano deleuit. Huius filius Pacoris missus ad persequendas Romani belli reliquias magnis rebus in syria gestis in parthiam patri susceptus reuocatur, quo absente, exercitus parthorum relictus in syria a cassio quæstore crassi cum omnibus du

cibus trucidatur. His itaq; gestis non magno post tẽpore romanis inter Cæsarem Põpeiumq; ciuile bellũ oritur, in quo Parthi Pompeianarũ partium fuere, et propter amicitiã cum Põpeio bello Mithridatico iunctam, & propter Crassi necem cuius filium in partibus cæsaris esse audierãt, quẽ ultorẽ patris uictore cæsare futurum non dubitabãt. Itaq; uictis partibus Põpeianis, & Cassio, & Bruto auxilia aduersus augustum & Antoniũ misere. Et post belli finem rursum Pacoro duce cum labieno initia societate syriam & asiam uastauere. Castraq; uentidij, qui post Cassium absente Pacoro exercitũ parthicũ fuderat magna mole aggrediuntur, sed ille simulato timore diu se continuit, & insultare parthos aliquãtisper passus est. Ad postremum in securos, lætosq; partẽ legionũ emisit, quarũ impetu fusi parthi in diuersa abiere. Pacorus cum fugiẽtes suos abduxisse secum legiones romanas putaret, castra Ventidij ueluti sine defensoribus aggreditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionũ emissa uniuersam parthorum manum cũ rege ipso Pacoro interfecit, nec ullo bello parthi unq̃ maius uulnus acceperunt. Hæc cũ nunciata in parthia essent Herodes pater Pacori, qui pauloante uastatã syriam occupatam Asiam a parthis audierat, uictorẽ Pacorũ romanorum gloriabatur, repẽte filij morte et exercitus clade audita ex dolore ad furorẽ uertitur. Multis diebus nõ alloqui q̃q̃, non cibum sumere, non uocẽ mittere, ita ut mutus factus uideretur. Post multos deinde dies ubi dolor uocem laxauerat, nihil aliud q̃ pacorum uocabat. Pacorus illi uideri. Pacorus audiri ui

debatur, cũ illo loqui, cũ illo consistere, int erdũ quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandũ senem inuadit, quẽ ex numero .xxx. filiorum in locum Pacoro regem constituat. Multæ pellices ex quibus generata tanta iuuẽtus erat, p suis quoq; quæq; sollicitæ animũ senis obsidebant, sed fatum parthiæ fecit, in qua iam quasi solẽne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, & ipse Phrahates nomine statueretur. Itaq; statim quasi nollet mori patrem interfecit, fratres quoq; xxx. trucidat, sed nec in filijs cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter assidua scelera uideret, ne esset, qui nominari rex posset adultum filiũ interfici iubet. Huic Antonius propter auxiliũ aduersus se, & cæsarem latum bellum cum sedecim ualidissimis legioni ciuibus intulit, sed grauiter multis prælijs uexatus a parthia refugit, qua uictoria insolẽtior Phrahates redditus cum multa crudeliter consuleret, in exilium a populo suo pellitur. Itaq; cum magno tẽpore finitimas ciuitates, & ad postremũ scythias pcibus fatigasset, scytarum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente regem parthi Tyridatem quẽdam constituerant, qui audito scytharum aduentu magna amicorũ manu ad cæsarẽ in hispaniã bellum tũc temporis gerẽtem profugit obsidem cæsari minimũ filium Phrahatis ferens, quẽ negligẽtius custoditum rapuerat. Quo cognito Phrahates legatos statim ad Cæsarem mittit, seruum suum Tyridatẽ & filium remitti sibi postulat. Cæsar et legatione Phrahatis audita & Tyridatis postulatis cognitis (Nam et ipse re

stitui in regnum desiderabat iuris Romanorū futurā Parthiam affirmans si eius regnum muneris eorum fuisset (neq; Tyridatē deditur ū se Parthis dixit, neq; aduersus parthos Tyridati auxilia daturum, ne tamē a Cæsare nihil per omnia obtentū uideretur, & Phrahati filium sine pcio remisit, & Tyridati quoad manere apud Romanos uellet, opulentū sumptum præberi iussit, post hæc finito hyspano bello, cū in syriā ad componendū orientis statum peruenisset, metum Phrahati iniunxit, ne bellum parthiæ uellet inferre. Itaq; tota parthia captiui ex cassiano siue Antonij exercitu recollecti, signaq; cū his militaria augusto remissa. Sed & filij nepotesq; Phrahatis obsides augusto dati plusq; Cæsar magnitudie nominis sui fecit, quam armis alius imperator facere potuisset.

Iustini Historici Liber. XLIII.

Parthicis orietalibusq; ac totius propemodum orbis rebus expeditis ad initia romanæ urbis Trogus uelut post longam peregrinationem domū reuertitur ingrati ciuis officiū existimans si cum omniū gentium rex gestas lustrauerit de sola tātū patria taceat. Breuiter igitur initia romani imperij perstringit, ut nec modum propositi operis excedat, nec utiq; originē urbis, quæ est caput totius orbis silentio prætermittat. Italiæ cultores primi aborigenes fuere, quorum rex Saturnus tātæ iusticiæ fuisse dicitur, ut neq; seruierit sub illo quisq;, neq; quicq; priuatæ rei habuerit, sed omnia communia, & indiuisa omnibus fuerint, ueluti unum cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautū

est, ut saturnalibus ex æquato omnium iure passim in
conuiuiis serui cum dominis recumbant. Itaq; italia
regis nomine saturnia appellata est, & mons quem
inhabitabat Saturnus, in quo nunc ueluti a Ioue pul-
so sedibus suis saturno capitolium est. Post hunc ter-
tio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euãder ab
Archadiæ urbe pallãteo in italiam cum mediocri tur-
ba popularium uenit, cui Faunus & agros, & mon-
tem, quẽ ille postea pallatinum appellauit benigne
assignauit, In huius radicibus templum lycæo quem
græci pana, romani lupercum appellant constituit,
ipsum dei simulachrum nudum caprina pelle ami-
ctum est, quo habitu nunc Romæ lupercalibus decur-
retur. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue di
uino spiritu impleta uelut per furorẽ futura præmo
nebat, unde adhuc qui inspirari solent fatuari dicun-
tur, ex filia Fauni & Hercule qui eodem tpe extincto
Geryone armenta uictoriæ præmia per italiam duce-
bat stupro conceptus latinus procreatur, quo tenente
regnum Aeneas ab Ilio Troia a græcis expugnata in
italiã uenit, statimq; prælio exceptus, cũ in aciẽ exer-
citum eduxisset, & ad colloquiũ uocatus tantã admi-
rationem sui latino præbuit, ut in societatẽ regni reci
peret, et lauinia in matrimoniũ data ei gener asci sce-
retur. Post hæc cõmune utriusq; bellum aduersus Tur
num rutulorũ regẽ ꝓpter fraudatas Lauiniæ nuptias
fuit, in quo & Turnus et latinus interierũt. Igit̃ cum
æneas iure uictoriæ utroq; populo potiret̃, urbẽ ex no
mine uxoris Lauiniæ cõdidit. Bellũ deinde aduersus
Mezentium regẽ ethruscorum gessit, in quo cũ ipse

occidiſſet, in locum eius Aſcanius filius ſucceſſit, qui lauinio relicto longam albam condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit, poſt multos deinde urbis huius reges ad poſtremum Numitor & Amulius regno potiti ſunt. Sed Amulius cum in ætate potiorẽ Numitorem oppreſſiſſet filiam eius Rheam in perpetuum uirginitatem nequis uindex regni ſexus uirilis ex genere Numitoris oriretur demerſit, addita iniuriæ ſpecie honoris, ut non dannata, ſed ſacerdos electa uideretur. Igitur clauſa in luco martis ſacro duos pueros in incertũ ſtupro, an ex marte cõceptos enixa eſt, quo cognito Amulius multiplicato metu pro uentu duorũ pueros exponi iubet, & puellã uinculis onerat ex quorum iĩuria deceſſit. Sed fortuna origini romanæ proſpiciens pueros lupæ alendos obtulit, quæ amiſſis catulis diſtenta ubera exinanire cupiẽs nutricẽ ſe infantibus præbuit, cum ſæpius ad paruulos ueluti ad catulos reuerteretur rem Fauſtulus paſtor animaduertit, ſubtractoſq; feræ inter greges pecorum agreſti uita nutriuit, martios pueros fuiſſe ſiue ꝙ a lupa quæ ĩ tutela martis eſt nutriti ueluti manifeſtis argumẽtis creditum eſt. Nomina pueris, alteri Remo alteri Romulo fuere, adultis inter paſtores de uirtute quotidiana certamina & uires, & pernicitatẽ auxere. Igitur cum latrones a rapina pecorũ induſtrie frequenterq; ſummouerent, Remus ab iiſdem latronibus captus, & ueluti ipſe eſſet, quod in aliis prohibebat, regi offertur, crimini datur quaſi greges Numitoris infeſtare ſolitus eſſet. Tunc a rege in ultionẽ Numitori tradit̃. Sed Numitor adoleſcẽtiã iuuenis ꝑmotus & in ſuſpitio

nem expositi nepotis, adductus [illegible] e[illegible] [illegible]eto
rũ filiæ similitudo, nunc ætas expositionis [illegible]ribus
congruẽs anxiũ repente teneret faustulus cũ Romu-
lo superuenit, a quo origine cognita puerorũ facta cõ-
spiratione, et adolescẽtes in ultionẽ maternæ necis, et
Numitor in uindictã capti regni armantur. Occiso
Amulio regnum Numitori restituitur, & ibi urbs ro-
ma ab adolescentibus conditur. Tunc & senatus centũ
seniorũ, qui patres dicti sunt, constituitur, tunc & ui-
cinis cõnubia pastorum dedignantibus uirgines sabi-
næ rapiunt, finitimisq; populis armis subiectis pri-
mũ Italiæ mox orbis imperiũ quæsitum. Per ea adhuc
tẽpora reges hastas pro diadæmate habeãt quas græ-
ci sceptra dixere. Nam & ab origine rerum pro dĩs
immortalibus ueteres hastas coluere, ob cuius religio-
nis memoriã adhuc deorũ simulacris hastæ addũtur,
tẽporibus Tarquini regis ex Asia phocensiũ iuuẽtus
hostio thyberis inuecta amicitiã cum Romanis iunxit
inde in ultimos galliæ sinus nauibus ꝓfecta Massili-
am inter ligures & feras gentes gallorũ cõdidit, ma-
gnasq; res, siue dum armis se aduersus gallicã ferita-
tem tuentur, siue dum ultro lacessunt, a quibus fuerãt
ante lacessiti gesserunt. Nanq; phocenses ex ignauita-
te ac maciæ terræ coacti, studiosius mare q̃ terras exer-
cuerunt, piscando, mercãdo, plerũq; etiam latrocinio,
maris quod illis tẽporibus gloria habebat, uitã tolera-
bant. Itaq; in ultimã oceani orã, ꝓcedere ausi in sinũ
gallicum ostio Rhodani amnis deuenere, cuius loci
amœnitate capti reuersi domũ referentes quæ uiderãt
plures sollicitauere duces classi Furius et Peranus fue

re.[illegible]ad r[illegible] S[illegible]regiorũ Senanũ nomine in cuius [illegible]s ũrbẽ cõdere gestiebãt amicitiã petẽtes cõuenũt. Forte eo die rex occupatus ĩ apparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat, quã more gẽtis electo ĩter epulas genero nuptũ tradere illic ꝑabat Itaq; cum ad nuptias inuitati oẽs ꝓcessissent, rogantĩ,et græci hospites ad cõuiuiũ. Introducta deinde uirgo cũ iuberetur a patre aquã porrigere ei,quẽ uirũ eligeret,tunc omissis omnibus ad græcos cõuersa aquã Perano porrigit, qui factus ex hospite gener locũ condẽdæ urbis a socero accepit. Condita igitur Massilia est prope hostia rhodani amnis in remoto sinu ueluti in angulo maris. Sed ligures incremẽtis urbis inuidẽtes græcos assiduis bellis fatigabãt. Qui pericula propulsando in tantũ enituerunt,ut uictis hostibus in capertinis agris multas colonias constituerent. Ab his igitur galli & usum uitæ cultioris deposita & mãsuefacta barbaria,& agrorũ cultus,& urbes mœnibus cingere didicerũt. Tunc & legibus nõ armis uiuere, tũc & uitẽ putare,tũc oliuã facere cõsueuerũt. Adeoq; et magnus & hominibus & rebus impositus est nitor,ut nõ græcia in galliã emigrasse,sed gallia in græciã translata uiderẽt. Mortuo rege Senano Segoregiorũ,a quo locus acceptus condendæ urbis fuerat, cum regno filius eius successisset Cõmanus affirmãte regulo quodã quandoq; massiliã exitio finitimis populis futurã opprimendãq; & ipso ortu ne mox ualidior ipsum obrueret,subnectit et illã fabulã canẽ aliquãdo partu grauidã locũ a pastore precario petisset,in quo pareret,quo obtento iterato petijsse,ut sibi educare in eodẽ

loco catulos liceret, ad postremũ adultis catulis. Ita
domestico præsidio ꝓprietatẽ loci sibi uẽdicasse. Nõ
aliter Massilienses qui nũc inquilini uideãtur quan-
doq; dominos regionum futuros. His incitatus rex
insidias Massiliensibus extruit. Ita solenni floralio-
rũ die multos fortes ac strennuos uiros hospiti iure mi
sit in urbem. Plures sirpis latentes frondibusq; super
tectos induci uehiculis iubet, & ipse cum exercitu in
proximis montibus delitescit, ut cum nocte prædictis
apertæ portæ forent tempestiue ad insidias adesset,
urbemq; somno ac uino sepultam armati inuaderent.
Sed hac insidias mulier quædã regis cognata prodi-
dit, quæ adulterari cũ græco adolescẽte solita in am-
plexu iuuenis miserata formã eius insidias aperuit,
periculũq; declinare iubet, ille rẽ statim ad magistra
tus defert, atq; ita patefactis insidijs ligures cõpræhẽ
dũtur, latẽtesq; de sirpis ꝓtrahunt̃, quibus oĩbus in-
terfectis insidianti regi insidiæ tendũtur. Cæsa sunt
cũ ipso rege hostiũ. vij. milia. Exinde massiliẽses festis
diebus portas claudere, uigilias agere, stationẽ in mu
ris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere,
ac ueluti bellũ habeãt, sic urbẽ pacis tẽporibus custo-
dire, adeo illic bene instituta non temporum necessi-
tate, sed recte faciẽdi consuetudine seruant̃. Post hæc
illis magna cũ liguribus magna cũ gallis fuere bel-
la, quæ res et urbis gloriã auxit, et uirtutẽ græcorum
multiplicata uictoria celebrem inter finitimos reddi
dit. Carthaginẽsiũ quoq; exercitus cũ bellũ captis pi
scatorũ nauibus ortũ esset sæpe fuderunt, pacẽq; ui-
ctis dederunt, cum hyspanis amicitiam iunxerũt, cum

Ro[illegible]anis prope ab initio cōditæ urbis fœdus summa fide custodierunt, auxiliisq; in omnibus bellis industriæ socios iuuerūt, quæ res illis & uirium fiduciam auxit, et pacem ab hostibus præstitit. Cū igitur massilia fama rerum gestarū & abundantia opum & uirium glora uirente floreret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delēdum ueluti ad commune extinguēdum incēdiū concurrunt. Dux consensu omniū Caramādus regulus eligitur, qui cū magno exercitu lectissimorum uirorum urbem hostium obsideret, per quietē specie Toruæ mulieris quæ se deam dicebat, exterritus, ultro pacem cum massiliensibus fecit, petitoq; ut intrare urbem & deos eorū adorare liceret, cū in arcem Mineruæ uenisset, cōspecto in porticibus simulacro deæ quam per quietē uiderat, repēte exclamat, illā quæ se nocte exterruisset, illamq; recedere ab obsidione iussisset, gratulatusq; Massiliensibus, ꝙ animaduerteret eos ad curam deorum immortalium pertinere torque aureo donata dea in perpetuū amicitiam cū massiliensibus iunxit. Parta pace et securitate fundata reuertētes a delphis massiliēsiū legati, quo missi munera apollini tulerāt, audiuerāt urbem romanā a gallis captam incensamq;, quam rem nunciatā domi publico funere Massilienses prosecuti sunt, aurūq; & argentū publicū & priuatum contulerūt ad explendū pondus gallis, a quibus redēptā pacē cognouerāt. Ob quod meritū & immunitas illis decreta, et locus spectaculorū in senatu datus, & fœdus æquo iure percussum. In postremo libro Trogus maiores suos a Volsis originē ducere auum suum

Trogum Pompeium ſertoriano bello ciuitatem Cn. Pompeio percepiſſe, dicit patruū Mithridatico bello turmas equitū ſub eodem Pōpeio duxiſſe, patrem quoq; ſub Caio Cæſare militaſſe, epularumq; & legationum ſimul & anuli curam habuiſſe.

Iuſtini Hiſtorici Liber XLIIII.

h Yſpania ſicuti europæ terminos claudit, ita & huius operis finis futura eſt hanc ueteres ab Ibero amne primū iberiā poſtea ab hyſpalo hyſpaniam cognominauerunt. Hæc inter africam & galliam poſita oceani freto & pyrenæis montibus clauditur, ſicut minor utraq; terra ita utraq; fertilior. Nam neq; ut africa uiolento ſole torretur, neq; ut gallia aſſiduis uētis fatigatur. Sed media inter utranq; hinc temperato calore inde fœlicibus & tempeſtiuis imbribus in omnia frugum genera fœcunda eſt, adeo ut non ipſis tātum incolis, uerum etiam Italiæ urbiq; romanæ cunctarum rerum abundantiam ſufficiat, hinc enim non frumenti tantum copia magna eſt, uerumetiam uini mellis oleiq;. Nec ferri ſolum materia præcipua, ſed & equorum pernices greges. Nec ſumma tantum terræ laudanda bona, uerum & abſtruſorum metallorum fœlices diuitiæ. Iam lini ſpartiq; uis ingens, minij certe nulla feracior terra, in hac curſus animū nō torrentes rapidiq; ut noceant, ſed lenes & uineis campiſq; irrigui æſtuarijſq; oceani affatim piſcoſi, pleriq; etiam diuites auro quod in plaudibus uehunt, uno tantum pyrenæi mōtis dorſo adhæret galliæ, reliquis partibus undiq; in orbē mari cingitur, forma prope quadrata ni

amnium

paludib

si q̄ [illegible]ctantibus freti littoribus in Pyrenæum cogit. Porro pyrenæi montis spaciũ sexenta milia passuum efficit. Salubritas cœli per oẽm hyspaniã æqualisq; aeris spiritus nulla paludũ graui nebula inficitur. Huc accedunt marinæ auræ undiq; aduersus assidui flatus q̄bus oẽm prouinciã penetrãtibus euẽtilato terrestri spiritu p̄cipua oĩbus sanitas reddit̃. Corpus hominũ ad inediã laborẽq;, animi ad mortẽ parati, dura oĩbus & stricta parsimonia, bellũ q̄ ocium malunt, si extraneus deest, domi hostẽ quærũt sæpe tormẽtis p silẽtio rerum creditarũ imortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura q̄ uitæ, celebrat̃ eadẽ etiam bello punico serui illius patiẽtia qui ultus dñm inter tormẽta risu exultauit, serenaq; lætitia crudelitatẽ torquẽtiũ uicit uelocitas genti pernix, inquies animus plurimis militares equi, & arma sanguine ip̃orũ cariora. Nullus nisi festis diebus epularum apparatus, aqua calida lauari post secundũ bellum punicum a romanis didicere. In tãta sæculorũ serie nullus illis dux magnus præter Viriatum fuit, q̄ annos decem romanos uaria uictoria fatigauit (adeo feris p̄piora quam hoĩbus ingenia sunt) quẽ ip̃m non iudicio populi electum, sed ut cauẽdi scientem, declinãdorumq; periculorũ peritum secuti sunt. Cuius ea uirtus, cõtinẽtiaq; fuit, ut cũ cõsulares exercitus frequẽter uicerit, tãtis rebus gestis nõ armorum, nõ uestis cultũ, nõ deniq; uictum mutauerit, sed in eo habitu quo primũ bellare cœpit, p̄seuerauerit, ut quis gregarius miles ip̃o iperatore etiam opulẽtior uideret̃. In lusitanis iuxta fluuium tagum equas uento cõcipere multi auctores p̄diderunt, quæ

fabulæ ex equarum fœcunditate, & græcum [illegible]ltitudine natæ sunt, q̃ tanti in gallitia ac lusitania tam pernices uisuntur, ut non immerito ipso uento concepti uideantur. Callæci autem græcam sibi originem asserunt. Siquidem post finem troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni cum nõ reciperet̃ in regnum Cyprum concessisse atq; ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salamina condidisse, Inde accepta opinione paternæ mortis patriam repetisse. Sed cum ab Eurysace Aiacis filio accessu prohiberetur, hyspaniæ littoribus appulsum, loca, ubi nũc est Carthago noua occupasse, inde Callæciã trãsisse, positisq; sedibus genti nomen dedisse. Callæciæ autem portio Amphilochi dicunt̃. Regio cum æris & plumbi uberrima, tum minio quod etiam uicino flumini nomen dedit, auro quoq; ditissima adeo ut etiã aratro frequenter glebas aureas excindant, in huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro uiolari nefas habetur. Sed si quando fulgure terra proscissa est quæ in his locis assidua res est detectum aurum uelut dei munus colligere permittitur, fœminæ res domesticas, agrorumq; culturas administrant, ipsi armis & rapinis seruiunt, præcipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro uiolentior. Quippe temperamento eius ferrum acrius redditur, nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut bilbili fluuio, aut calybe tingatur. Vnde etiam calybes fluuij huius finitimi appellati, ferroq; cæteris præstare dicuntur. Saltus uero tarthesiorum in quibus titanas bellum aduersus deos gessisse proditur in-

colu[illegible]e curetes, quorũ rex uetustissimus gargoris, mellis colligendi usum primus inuenit. Huic cum ex filia stupro nepos puenisset pudore flagitij uarijs generibus extingui paruulũ uoluit, sed per omnes casus fortuna quadã seruatus, ad postremũ ad regnum tot periculorum miseratione peruenit. Primũ omniũ cũ eum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est uario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domũ tramite angusto, per quem armenta cõmeare consueuerãt proijci iubet crudelis prosus qui pculcari nepotẽ q̃ simplici morte interfici maluit. Ibi quoq; cum inuiolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis, & multorũ dierum abstinentia cruciatis mox etiam suibus obijci iubet. Itaq; cum non solum non nocerent, uerũ etiam quarũdam uberibus aleretur, ad ultimum in oceanum abijci iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes æstus ac reciprocandas undas uelut naue non fluctu ueheretur, leni salo in littore exponit, nec multo post cerua assuit quæ ubera paruulo offerret. Inde deniq; conuersatione nutricis eximia puero pernicitas fuit interq; ceruorum greges diu mõtes saltusq; haud inferior uelocitate peragrauit, Ad postremum laqueo captus regi datus dono est. Tunc et liniamentorũ similitudinẽ & notis corpis quæ inuste paruulo fuerant nepos agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorũq; ab eodem successor regni destinatur. Nomen illi impositum Habidis, qui ut regnũ accepit tantæ magnitudinis fuit, ut non frustra deorũ maiestate periculis ereptus uideretur. Quippe Barba

rum populum legibus iunxit, & boues primo aratro domari frumentaq; sulco serere docuit, & ex agresti cibo melioribus uesci odio eorum quæ ipse passus fuerat homines coegit. Huius casus fabulosi uiderentur nisi et Romanorum conditores lupa nutriti, et Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria seruilia populo interdicta, & plebs in septem urbes diuisa. Mortuo Habide regnũ per multa sæcula a successoribus eius retentũ est. In alia parte hyspaniæ, et quæ ex insulis constat, regnum penes Geryonẽ fuit. In hac pabuli tanta lætitia est, ut nisi abstinẽtia interpellata sagina fuerit, pecora rumpẽtur. Inde deniq; Armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerit. Porro Geryonem ipsũ nõ triplicis naturæ ut fabulis proditĩ fuisse ferũt, sed tres fratres tantæ cõcordiæ extitisse, ut uno animo onmes regi uiderentĩ, nec bellũ Herculi sua sponte intulisse, sed cum armẽta sua rapi uidissent, amissa bello repetisse. Post regna deinde hyspaniæ primi Carthaginenses imperiũ prouinciæ occupauere. Nam cũ Gaditani a tyro unde & Carthaginẽsium origo est sacra Herculis per quietẽ iussi in Hyspaniã transtulissent, urbẽq; ibi condidissent, inuidẽtibus incrementis, nouæ urbis finitimis Hyspaniæ populis, ac ꝓpter ea Gaditanos bello lacessentibus auxilium cõsanguineis Carthaginenses miserunt. Ibi fœlici expeditione & Gaditanos ab iiuria uindicauerũt, & maiorẽ partem prouinciæ imperio suo adiecerunt. Postea quoq; hortantibus primæ expeditionis auspiciis hamylcarẽ

imperatorem cum magna manu ad occupandam prouinciam miserunt, qui magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur, in insidias deductus occiditur. In huius locum gener ipsius Hasdrubal mittitur, qui & ipse a seruo hyspani cuiusdam ulciscentis domini iniustã necem interfectus est. Maior utroq; Hannibal imperator Hamilcharis filius succedit. Siquidem res gestas utriusq; supergressus uinuersam hyspaniam domuit. Inde Romanis illato bello Italiã per annos sexdecim uariis cladibus fatigauit. Cum interea Romani missis in Hyspaniam Scipionibus primo pœnos prouincia expulerunt. Postea cum ipsis Hyspanis grauia bella gesserunt, nec prius perdomitæ prouinciæ iugum Hispaniæ accipere potuerunt, quam Cæsar Augustus perdomito orbe uictricia ad eos arma transtulit, populũq; barbarum ac ferum legibus ad cultiorem uitæ usum traductum, in formam prouinciæ redegit.

Iustini Hystorici Clarissimi in Trogi Põpeii Hystorias. Liber.xliiii. et ultimus Fœliciter Explicit.

FINIS.

AD MAGNIFICVM COMITEM PETRVM MARIAM RVBEVM PARMENSEM PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS EPISTOLA.

Lucij Flori Gestorum romanorum Epithoma.

q

Vemadmodum Dinocrates Architectus clarissime Vir procera statura, facie haud illiberali formaq; totius corporis uenustissima Alexandrum macedonem, qui ex rebus actis & auctis Magni cognomẽ inuenit, et sibi cõciliare elaborauit, et elaborãdo assecutus est, ita quoq; tibi (ut spero) gratus ero, perueniãq; ad cõmendationẽ præsidio litterarum doctrinæq; fauore. Cognoui enim te non solum litterario studio delectari, uerumetiam (quod perinde dignum est laude) litteratorũ hominũ amantissimum. O magna fœcunditas animi. O præclara ingenij amplitudo, quũ clementia dictatorẽ Cæsarem, liberalitate Cymonẽ, elegantia cultus, uictusq; splendore Lucullũ, uel æquares, uel antecelleres, oĩbusq; uirtutibus esses ornatus, ut emineres undecunq; laudatissimus, amœniores litterras, hũanitatisq; studia auidissime cõplexus es, semp̃q; existimasti p̃clarũ eiusdẽ Alexandri magni dictũ esse habẽdũ in memoria atq; i pectore. Lõge nobilius, lõge fore præstãtius litteris antecellere q̃ imp̃io atq; diuitijs. Quapropter quũ ego nup

rog[illegible]u Henrici Coloniensis Senis impræssoris solertissimi. L. Florum curiose diligenterq; emendassem, tuo eum nomini dicare constitui, ut in mille exemplaria transcriptus, testimoniũ quotidie exhibeat meæ erga te obseruantiæ atq; amoris, simul ut successiuis tu tẽporibus ista legendo pernoscas. Quæ Romanus populus domi, forisq; per tot annos bella gesserit, per quos uiros quibusq; artibus imperium peperit, et partum auxerit, & auctum ad summũ fastigiũ suismet uiribus euerterit, & euersum per Augustum tandem Cæsarem sublimius erexerit. Quæ oĩa. L. Florus quattuor quasi epithomatis ita scite collegit, ita enucleate distinxit, ita breuiter enarrauit, ut cuncto tanq; in illustri posita monumento intueri, & comprahendere facillime queas. Disertus est, uehemens distinctus, uarius, breuis, cõcinus cum splendore ac luce uerborum Florum itaq; clarissime uir cum litterario ocio, quod omni pene negocio pulchrius est, te tradideris, in manu sumere & subinde legere non spernas, cuius frequens lectio oppido litterata multũ delectare, nec minus prodesse poterit. Sed ne morosior sit ꝓlogus quã fabula, iam historiã. L. Flori luculentã conspicias quæso, & me in numerũ tuorum recipias, unum (ut lepidissimus poeta ait si supest) locum rogantem. Valẽ.

Lucij Flori. Epitoma primum.

P Opulus romanus a rege Romulo in Cæsarem Augustũ septingentos per annos tantũ operum pace, belloq; gessit, ut si qs magnitudinẽ imperij cum annis conferat ætatem ultra putet, ita late per orbem terrarũ arma circũtulit,

ut qui res eius legunt, non unius populi, sed generis
humani facta discant, nam tot laboribus, periculisq;
iactatus est, ut ad constituendum eius imperiũ conten
disse uirtus & fortuna uiderentur. Quare cum præ
cipue hoc quoq; sicut cætera operæpreciũ sit cogno
scere, tamẽ quia ipsa sibi obstat magnitudo rerumq;
diuersitas aciem intentionis abrumpit', faciam quod
solent qui terrarum situs pingunt, in breui quasi ta
bella totam eius imaginem amplectar, non nihil ut
spero admirationũ principis populi collaturus, si pa
riter atq; in semet uniuersam magnitudinẽ eius ostẽ
dero. Si quis ergo populum Ro. quasi hominẽ consi
deret, totamq; eius ætatem percenseat, ut cœperit, utq;
adoleuerit, ut quasi ad quendam iuuentæ florem per
uenerit, ut postea uelut consenuerit, quattuor gradus,
processusq; eius inueniet. Prima ætas sub regibus fu
it prope. ccl. per annos quibus circum ipsam matrem
suam cum finitimis luctatus est. Hæc erit eius infan
tia. Sequens a bruto Collatinoq; consulibus in appiũ
Claudiũ Quintum Fuluiũ consules. cc. annos. pater,
quibus italiã subegit. Huic fuit tempus uiris armisq;
incitatissimũ. Ideo quis adolescentiam dixerit. Dehinc
ad Cæsarem Augustum. ccl. anni, quibus totum orbẽ
pacauit hic iam ipsa iuuenta imperij, & quasi quæ
dam robusta maturitas. A Cæsare augusto in sæculũ
nostrum, aut non multo minus anni. cc. quibus inertia
cæsarum quasi consenuit atq; decoxit, nisi ꝙ sub Tra
iano principe mouet lacertos, & præter spem omniũ
senectus imperij quasi reddita iuuentute reuirescit.
Primus ille & urbis et imperij conditor romulus fuit

a Marte genitus, & Rhea Siluia ueste sacerdos grauida hoc cōfessa est, nec mox fama dubitauit, cū Amulij impio abiectus in pfluentē cū Remo fratre non potuit extingui, siquidē & Tyberius amnē repressit, & relictis catulis lupa uagitū secuta ubera admouit infantibus, matrēq; se gessit. Sic repertos apud arborē Faustulus regis pastor tulit i casam, atq; educauit. Alba tunc erat latio caput iuli opus nā Lauinium patris Aeneæ contēpserat, ab his Amulius iam septima sobole regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia Romulus. Igitur prima iuuentæ face patruū Amulium ab arce deturbat, auū reponit ipse fluminis amator & montiū, apud quos erat educatus mœnia nouæ urbis agitabat, gemini erant, uter auspicaretur & regeret adhibuere piacula. Remus montē auentinū, hic palatinū occupauit, prior ille sex uultures, hic postea, sed. xij. uidit, sic uictor augurio urbem excitat plenus spei bellatricem fore, ita illi assuetæ sanguini, et prædæ aues pollicebantur, ad tutelam nouæ urbis sufficere uallum uidebatur, cuius dum irridet angustias Remus idq; increpat saltu, dubium an iussu fratris occisus est, pria certe uictima fuit, munitionēq; urbis nouæ sanguine suo cōsecrauit, imaginē urbis magis quā urbem fecerat, incole deerant, erat in proximo lucus, hunc Asylum facit, & statim mira uis hominū latini tusciq; pastores, quidā & trāsmarini phryges, qui sub Aenea Archades qui sub Euandro duce influxerant. Ita ex uarijs quasi elementis cōgregauit corpus unum, populumq; Romanū ipse fecit. Res erat unius ætatis, populus uirorū. Itaq; matrimonia a finitimis

petita, quia non impetrabantur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus, uirgines quae ad spectaculum uenerant prædæ fuere, et hæc statim causa bellorum. Pulsi fugatiq; Veientes Ceninensium captum ac diruptum est oppidũ, spolia insuper opima de rege Feretrio Ioui manibus suis rex reportauit. Sabinis proditæ portæ per uirginẽ nec dolo, sed puella p̃cium rei, quam gerebant in sinistris, petierat, dubium clypeos an armillas. Illi ut & fidem soluerent et ulciscerẽtur, clypeis obruere. Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso foro pugna, adeo ut Romulus iouem oraret, ut fœdam suorum fugam sisteret. Hic templũ est Stator Iuppiter tandẽ sæuientibus interuenere raptæ laceris comis. Sic pax facta cum Tatio, fœdusq; percussum, secutaq; res mira dictu, ut relictis sedibus suis nouã in urbẽ hostes demigrarẽt, & cum generis suis auitas opes pro dote sociarẽt. Auctis breui uiribus, hunc rex sapientissimus statũ reipu. imposuit, ut iuuentus diuisa per tribus, in equis & in armis ad subita bella excubaret. Cõsilium reipu. penes esset, qui ex auctoritate patres, ob ætatẽ senatus uocabatur. His ita ordinatis, cum repẽte concionẽ haberet, ante urbem apud caperæ paludem e conspectu ablatus est. Discerptum aliqui a senatu putant ob asperius ingenium, sed oborta tempestas solisq; defectio cõsecratiõis speciem præbuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit, uisum a se Romulũ affirmans angustiore forma quã fuisset, mandare præterea ut se pro numine acciperent. Quirinũ in cœlo uocari placitũ dijs, ita gentium Roma potiretur.

De Numa Pompilio.

SVccessit Romulo Numa Pompilius, quẽ Curibus sabinis agentem ultro petiuere ob inclytam uiri religionẽ ille sacra & cærimonias, omnẽq; cultum deorum immortaliũ docuit. Ille pontifices, augures, Salios, cæterosq; per sacerdotia, annum quoq; in. xij menses, fastos dies, nefastosq; descripsit. Ille ancilia atq; palladium secreta quædam imperij pignora, Ianũq; geminũ, fidem pacis ac belli, in primis focũ uestæ uirginibus colendũ dedit, ut ad simulachrũ cœlestium syderũ custos imperij flãma uigilaret. Hæc omnia quasi monitu deæ ægeriæ, quo magis barbari acciperẽt, eo deniq; ferocẽ populum redegit, ut quod ui & iniuria occupauerat imperium religione atq; iusticia gubernaret.

De Tullo Hostilio.

EXcipit Pompilium Numã Tullus Hostilius, cui in honorem uirtutis regnũ ultro datũ, hic omnẽ militarem disciplinam, artemq; bellãdi condidit. Itaq; mirum immodũ exercita iuuentute, prouocare ausus Albanos, grauem, & diu principem populum. Sed cum pari robore frequentibus prælijs utrinq; cõminuerẽtur, misso in cõpendium bello, Horatijs Curiatijsq; trigeminis hinc atq; inde fratribus utriusq; populi fata cõmissa sunt. Anceps & pulchra contentio, exituq; ipso mirabilis, tribus quippe illinc uulneratis, hinc duobus occisis, q supererat Horatius addito ad uirtutẽ dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam, singulosq; prout sequi poterant adortus exuperat; Sic rarũ alias decus unius

manu parta uictoria est, quam ille mox parricidio fœdauit. Flentem spolia circa se sponsi quidem, sed hostis sororem uiderat, hunc tam immaturum uirginis amorem ultus est ferro, citauere leges nephas, sed abstulit uirtus parricidam & facinus intra gloriam fuit, nec diu in fide mansit Albanus, nam Fidenati bello missi in auxilium ex fœdere medij inter duos expectauere fortunam. Sed rex callidus ubi inclinare se socios ad hostem uidet, tollit animos quasi ipse mandasset, spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorũ irrita fuit. Itaq; hoste uicto ruptorem fœderis Metium Suffectum religatum inter duos currus pernicibus equis distrahit. Albamq; ipsam q̃uis parentẽ emulam tamen diruit, prius cum omnes opes urbis, ipsumq; populum Romam transtulisset. Prorsus ut consanguinea ciuitas non perisse, sed in suum corpus redijsse rursus uideretur.

De Anco Martio.

a Ncus deinde Martius nepos ex filia Põpilij pari igenio, hic igitur et mœnia muro amplexus est, & interfluentẽ urbi tyberinum ponte commisit. Hostiaq; in ipso maris fluminisq; confinio coloniã posuit, iam tũc uidelicet præsagiens animo futurum, ut totius mundi opes & cõmeatus illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperent.

De Tarquinio Prisco.

t Arquinius postea Priscus quãuis transmarinæ originis regnũ ultro petens accipit ob industriam, atq; elegantiã, quippe qui oriundum Corintho græcum ingenium italicis artis

bus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit, & cẽturijs tribus auxit quãuis Actius Nauius numerũ augeri prohibebat summisso augurio, quẽ rex in experimẽtum rogauit, fieri ne posset, quod ipse mẽte conceperat, ille rem expertus augurio, posset, respondit, atq; hoc inquit agitabam, an cotem illã secare nouacula possem, augur potes ergo inquit, & secuit. Inde Romanis sacer auguratus. Neq; pace Tarquinius quã bello promptior. xij. nanq; tusciæ populos frequẽtibus armis subegit, & inde fasces, trabeæ curules, anuli, faleræ, paludamenta, prætexta, indeq; aureo curru quattuor equis togæ pictæ tunicæq; palmatem, omnia deniq; decora & insignia, quibus imperij dignitas eminet.

De Seruio Tullio.

s

Eruius Tullius deinceps gubernacula urbis inuadit, nec obscuritas inhibuit quãuis matre serua creatum. Nam ob eximia indolem uxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat, & clarum fore uisa circa caput flamma promiserat. Ergo inter Tarquinij mortem admittente regina substitutus in locum regis quasi ad tempus regnum dolo partũ sic egit industria ut iure adeptus uideretur, ab hoc populus romanus relatus incẽsum, digestus ĩ classes curijs, atq; collegijs distributus summaq; regis solertia ita est ordinata respu. ut oĩa patrimonij, dignitatis ætatis, artium officiorũq; discrimina in talibus referrentur, ac si maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur.

De Tarquinio Superbo.

P Ostremus omniũ fuit regũ Tarquinius, cui cognomẽ Superbo ex moribus datũ. Hic regnũ auitũ, quod a Seruio tenebatur, rapere maluit, quam expectare, immissisque in eũ percussoribus scelere partã potestatẽ nõ melius egit quam acquisierat nec abhorrebat moribus uxor Tullia, quae ut uirũ regẽ salutaret sup cruẽtũ patrẽ uecta carpẽto cõsternatos equos egit, sed ipse in senatũ caedibus in oĩs supbia quã crudelitate grauior in bonos grassatus cũ saeuitiã iã domi fatigasset, tandẽ in hostes conuersus est, sic ualida oppida in latio capta sunt, Ardea, Otriculũ, Gabij, Suessa, Pomeria, tũ quoque cruẽtus in suos neque enim filiũ uerberare dubitauit, ut simulãti trãsfugã apud hostes hinc fides esset cui Gabijs ut uoluerat recepto atque per nũcios consulenti quid fieri uellet eminẽtia forte papauerũ capita uirgula excutiẽs cum per hoc interficiẽdos esse pricipes itelligi uellet, quae supbia sic respõdit, tñ de manubijs captarũ urbiũ templum erexit quod cũ inauguraretur caedentibus ceteris deis (mira res dictu) restitere iuuenta & terminus. Placuit uatibus cõtumacia nimium siquidem firma omnia & aeterna pollicebantur, sed illud horrẽdum quod molientibus sedem in fundamẽtis humanum repertum est caput, nec dubitauere cuncti mõstrũ pulcherrimũ imperij sedẽ, caputque terrarũ promittere. Tandiu superbiam regis populus Ro. perpessus est, donec oberat libido, hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit, quorum cum alter ornatissime foeminae Lucretiae stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expiauit, imperium tum regibus abrogatum.

Anacephaleosis de septem Regibus.

h Aec est prima ætas populi Ro. & quasi infantia quã habuit sub regibus septem quadã fatorũ industria tam uariis inge-nio ut reipu. ratio & utilitas postulabat. Nã quid Romulo ardentius? tali opus fuit ut inuaderet regnum? Quid Numa religiosius? talẽ res poposcit, ut ferox populus deorũ metu mitigaret. Quid ille militiæ artifex Tullus bellatoribus uiris quam necessarius? ut acueret ratiõe uirtutẽ. Quid ædificator Ancus, ut urbẽ colonia extẽderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam uero Tarquinii ornamẽta & insignia quantã princi-pi populo addiderũt ex ipso habitu dignitatẽ? Actus a Seruio cẽsus quid efficit, nisi ut ipsa se nosceret respublica? Postremo superbi illius importuna dominatio non nihil immo uel plurimum profuit. Sic enim effectũ est, ut agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

De mutatione Reipublicæ

i Gitur Bruto Collatinoq; ducibus & auctoribus, quibus ultionẽ sui moriẽs matrona mãdauerat, Populus romanus ad uindicandũ libertatis, ac pudicitiæ decus, quodã quasi instinctu deorũ cõcitus, regem repẽte destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, imperiũ in eodẽ libertatis suæ uindices trãsfert, mutato tamẽ & iudice & nomine, quippe ex perpetuo annũ placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine uel mora corrũperet. Cõsulesq; appellauit ꝑ regibus, ut cõsulere se ciuibus suis debere meminisset. Tantũq; libertatis no-

uæ gaudiũ incesserat, ut uix mutati status fidẽ cape-
rent, alterũq; ex cõsulibus tantũ ob nomẽ & genus re
giũ, fascibus abrogatis, urbe dimitterẽt. Itaq; substitu
tus Horatius publicola ex summo studio annixus est
ad augendã liberi populi maiestatẽ, nã & fasces ei
pro libera cõcione submisit, & ius ꝓuocationis aduer
sus ipsos dedit, & ne specie arcis offenderet, eminẽtes
ædes suas in plana submisit. Brutus uero fauori ciuiũ
etiam domus suæ clade & parricidio uellificatus est,
quippe cũ studere reuocandis in urbẽ regibus liberos
suos cõpetisset, protraxit in forũ, & contione media
uirgis cecidit, & securi percussit, ut plane publicus
parẽs in locũ liberorũ adoptasse sibi populũ Ro. uide
retur. Liberiam hinc po. R. prima aduersus exteros ar-
ma pro libertate corripuit, mox pro finibus, deinde
pro socijs, tũ gloria & imperio lacessentibus assidue
usq;quaq; finitimis, quippe cũ patri soli gleba nulla
esset, sed statim pomeriũ mediusq; inter latiũ et Thu-
scos quasi in quodam biuio collocatus omnibus portis
in hostem incurreret, donec quasi cõtagione quadam
per singulos itum est, & proximis quibusq; corre-
ptis totam italiam sub se redigeret.

Bellum Ethruscum cum Rege Porsena.

P Vlsis ex urbe regibus prima ꝓ libertate
arma corripuit, nã Porsena rex Ethrusco-
rũ ingẽtibus copijs aderat, & Tarquinios
manu reducebat. Hũc tamẽ ꝗuis et armis et fame ur-
geret, occupatoq; ianiculo ipsis urbis faucibus incuba
ret, sustinuit, repulit, nouissime etiã tanta admiratio-
ne perculit, ut superior ultor cũ pene uictis amicitiæ

fœdera feriret. Tũc illa romana ꝑicula atq; miracula Horatius Mutius Cloelia, quæ in annalibus forẽt, hodie fabulæ uiderent. Quippe Horatius Cocles postq̃ hostes undiq; instãtes solus submouere nõ poterat, põte reciso trãsnatat Tyberim, nec arma dimittit. Mutius scæuola regẽ ꝑ insidias ĩ castris eius aggredit̃, sed ubi frustratũ circa purpuratũ eius ictũ tuet̃ ardẽtibus focis inijcit manũ, terrorẽq; geminat dolo. Vt scias inquit quẽ uix effugeris idẽ trecẽti iurauimus. Cũ interim imane dictu hic iteritus, ille trepidaret, tanq̃ manus regis arderet. Sic q̃dem uiri. Sed ne q̃s sexus a laude cessaret, ecce & uirginũ uirtus. Vna ex obsidibus regi data elapsa custodiã Cloelia ꝑ patriũ flumẽ equitabat, & rex quidẽ tot tãtisq; uirtutẽ territus monitis ualere, liberosq; esse iussit. Tarquinij tãdiu dimicauerũt, donec Arontẽ filiũ regis manu sua Brutus occidit, superq; ipo mutuo uulnere expirauit. Plane quasi adulterum ad inferos usq; sequeretur.

Bellum latinum.

l Atini quoq; tarquinios asserebat æmulatione et inuidia, ut populus q̃ foris dñabatur, saltem domi seruiret. Igitur omne latium Manilio Tusculano duce quasi in regis ultionẽ tollit aĩos, apud Regilli lacum dimicat̃ diu marte uario, donec Postumius ipẽ dictator signum in hostes iaculatus est nouũ & insigne cõmentũ, uti peterentur cursu Cossus equitum magister exuere frænos imperauit, & hoc nouum quo acrius incurrerent, ea demũ atrocitas fuit prælij, ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit, duos in candidis equis castorem atq;

Pollucem nemo dubitauit. Itaq; & imperator uenera
tus est, pactusq; uictoriā tēpla promisit, & reddidit
sane quasi cōmilitonibus deijs stipēdiū. Hactenus ꝑ
libertate, mox de finibus cū eisdē latinis assidue & si
ne intermissione pugnatū ē. Sora (quis credat) & al
gidū terrori fuerunt. Satricum atq; Corniculum pro
uinciæ, de Veijs & Bouillis pudet si triūphauimus.
Tibur nunc suburbanū, & æstiuæ præneste delitiæ
nuncupatis in capitolio uotis petebant. Idem tūc fesu
læ, quod capreæ nuper, idē nemus aricinū, quod herci
nius saltus, fregellæ, quod Gesoriacum, quod Tigris,
quod Eufrates. Coriolos quoq; propudor uictos adeo
gloriæ fuisse, ut captum oppidum. CN. Martius Co
riolanus quasi numātiam aut africam nomini indue
ret. Extant & parta de Antio spolia, quæ mœnibus
in suggestu fori capta hostium classe suffixit, si tamē
illa classis, nam sex fuere Rostratæ sed hic numerus
illis initijs nauale bellum fuit. Peruicacissimi tamen
latinorum Equi & Volsci fuere, & quotidiani, ut sic
dixerim hostes. Sed hos præcipue Titus Quintius do
muit ille dictator ab aratro, qui obsessa ac pene iam
capta Marci Minutij consulis castra, egregia uirtute
seruauit. Mediū erat forte tēpus sementis cum patri
cium uirū innixum aratro suo lictor in ipō opere de
præhendit. Inde in aciem profectus, ne quid a rustici
opis imitatione cessaret, uictos more pecudū sub iugū
misit. Sic expeditione finita rediit ad boues rursus tri
umphalis agricola, fides numinū qua uelocitate itra
xvi dies cœptū peractūq; bellum, prorsus ut festinasse
dictator ad relictum opus uideretur.

Bellum cum Ethruscis, Falicis, Et Fidenatibus.

a

Sidui uero et uniuersarũ hostes ab ethruria fuere ueientes, adeo ut extraordinariã manũ aduersus eos ꝓmiserit priuatumq; gesserit bellum gens una Fabiorũ satis superq; idonea clades cæsi apud Cremetã trecenti & sex patritius exercitus, & scelerato signat noĩe q̃ proficiscẽtes in præliũ porta dimisit, sed ea clades ingentibus expiata uictoriis, postq̃ per alios atq; alios duces robustissima capta sunt oppida uario quidem euẽtu. Falisci se sponte dediderũt, cremati suo igne. Fidenates Rapti funditus deletiq; ueientes. Falisci cum obsiderent, mira uisa est fides imperatoris, nec imerito ꝙ ludi magistrum urbis proditorem cũ his, quos adduxerat pueris uinctum sibi ultro remisisset. Eam nanq; Furius Camillius uir sanctus & sapiens sciebat ueram esse uictoriam quæ salua fide & integra dignitate pararetur. Fidenæ quia pares nõ erant ferro, ad terrorem mouẽdũ facibus armatæ, & discoloribus serpentũ in modũ uitis furiali more ꝓcesserãt, sed habitus ille feralis euersionis omen fuit. Veientiũ quanta res fuerit indicat decennis obsidio. Tũc primũ hyematũ sub pellibus, taxata stipendio hyberna, adactus miles sua spõte iureiurando nisi capta urbe non remeare, spolia de Laerte Tolũnio rege ad feretriũ reportata, deniq; non scalis, nec irruptione. sed cuniculo & subterraneis dolis peractũ urbis excidium, ea deniq; uisa est prædæ magnitudo, ut eius decimæ Apollini phytio mitterẽtur. Vniuersusq; po. Ro. ad direptionẽ urbis uocaret. Hoc tunc Veientes fuere, nunc fuisse quis meminit?

quæ reliquiæ? quodue uestigium? laborat annaliũ fides, ut Veios fuisse credamus.

Bellum Gallicum.

b Inc siue inuidia deum, siue fato rapidissimus procurrentis imperĩ cursus parũper Gallorum senonum incursione supprimitur. Quod tempus populo romano nescio utrum clade funestius fuerit, an uirtutis experimentis speciosius. Ea certe fuit uis calamitatis, ut in experimentũ illatam putem diuinitus scire uolẽtibus immortalibus dijs, an romana uirtus imperiũ orbis mereretur. Galli senones gens natura ferox, moribus incondita, ob hoc ipsa corporum mole, perinde ac armis ingẽtibus adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad hominũ interitum, urbium stragẽ uideretur. Hi quondã ab ultimis terrarum oris cum cingerentur, omnia oceano ingenti agmine profecti, cũ iam media uastassent, positis inter alpes & padum sedibus, ne his quidẽ contẽpti per Italiam uagabantur. Tũ clusiũ oppidũ obsidebant. Pro socijs ac fœderatis. P. R. interuenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt, mouent exinde certamen. Conuersis igitur a Clusio, Romamq; ueientibus, ad Alliã flumen cũ exercitu Fabius consul occurrit, non cremetæ fœdior clades. Itaq; hunc diem fastis Roma mandauit. Fuso exercitu iam mœnibus urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur, aut nũq; alias apparuit uera illa romana uirtus, iampridem maiores natu amplissimis usi honoribus in forum coeunt, ibi deuouente pontifice, dijs se manibus consecrant, sta-

timq; in suas quisq; ædes regressi sicut in trabeis erãt & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerũt ut cum uenisset hostis in sua dignitate morerentur. Pontifices & flamines quicquid religiosissimi in tẽplis erat, partim in doliis defossa terra recondũt, partim imposita plaustris secum duxerunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugiẽtia sacra comitantur, tamen excepisse fugiẽtes unus e plebe fertur Albinus qui depositis uxore & filiis, uirgines in plaustrum recæpit. Adeo tum quoq; in ultimis religio publica priuatis affectibus antecelebat. Iuuentus uero, quam satis constat uix mille hominũ fuisse, duce Manlio arcem capitolini montis insedit, obtestata ipm quasi præsentẽ Iouem, ut queãdmodũ ipsi ad defendendũ templũ eius concurrissent, ita ille uirtutem eorum numine suo tueretur. Aderant interim Galli, apertamq; urbem primo trepidare qui subesset dolus mox ubi solitudinẽ uident, pari clamore et impetu inuadunt patentes passim domos adeunt, ubi sedẽtes in curulibus sellis pretextatos senes, uelut deos geniosq; uenerati, mox eosdem postq̃ esse homines liquebat, alioquin nihil respõdere dignantes pari uecordia mactant, facesq; tectis iniiciunt, & totam urbem igne ferro manibus exæquant. Sex mensibus barbari (quis crederet) circa montem unum pependerunt, nec diebus modo sed noctibus omnia experti. Cum tamen Manlius nocte subeuntes clangore anseris excitatus a summa rupe deiecit, & ut spem hostibus demeret, quanquam in summa fame, tamen ad spem fiduciæ panes ab arce iaculatus est. Et statio quodam die per

statuto

medias hostium custodias Fabiū pontificē ab arce demisit, qui solēne sacrum in quirinali mōte conficeret. Atq; ille per media hostiū tela incolumis religionis auxilio rediit ꝑpitiosq; deos renunciauit, nouissime cum iam obsidione sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum uendicantes, idq; ipsum per insolentiam cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbe uictos increparent, subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia incendiorū uestigia gallici sanguinis inundatiōe deleret. Agere gratias diis immortalibus pro ipso tātæ cladis nomine libet, pastorum casas ignis ille & flamma paupertatē Romuli abscōdit. Incendiū illud quid egit, aliud nisi destinata hominū ac deorū domicilio ciuitas nō deleta, non obruta, sed expiata potius et illustrata uideatur? Igitur post acertā a Manlio, restituta a Camillo urbem acrius etiam uæhemētiusq; in finitimos resurrexit. Ac primū omniū illam ipsam gallicā gentē nō cōtētus mœnibus expulisse, cum per italiā naufragia sua latius traheret, sic ꝑsecutus ē duce Camilo, ut hodie nulla senonū uestigia supsint. Semel apud Anienem trucidati, cū singulari certamine Mālius aureū torquem barbaro inter spolia detraxit. Inde torquati iterū pōtino agro cū in gallos tēderet simili pugna Lucius Valerius insidente galeæ ~~satyra~~ aliter adiutus, rettulit spolia, & inde ~~corruit~~ Necnō tamen post aliquot annos omnes reliquias eorum in ethruriam ad lacum uadimonis Dolobella deleuit, ne quis extaret in ea gente, qui incensam a se Romam urbem gloriaretur.

corvo corvinus.

/. pius in truculento satyrum aue pro coruo interpretatur quia salax auis.

Bellm Latinum.

c Onuersus a gallis in latinos Manlio torquato Decio murena consulibus, semp. qui dem emulatione imperij & magistratuũ infestos, tum uero contẽptu urbis incensæ, cum ius ciuitatis partẽ imperij ac magistratuũ poscerent, pari imperio atq; iam amplius q̃ cõgredi auderẽt, quo tẽpore quis cessisse hostem mirabitur, cum alter consulũ filiũ suum quia contra imperiũ pugnauerit, q̃uis uictorem, occiderit, quasi plus in imperio esset, q̃ in uictoria. Alter quasi monitu deorũ capite uelato primũ ante aciem dijs manibus se deuouerit, ut in confertissima se hostium tela iaculatus nouum ad uictoriã iter sanguinis sui semita aperiret.

Bellum Sabinum.

a Latinis aggressus est gentem sabinorũ, qui immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis quodã contagio belli, se latinis adiũxerunt, Sed Curio dẽtato cõsule, oẽm eum tractum qua Nar ambit, fontesq; uelini adriatico tenus mari igne ferroq; uastauit, qua uictoria tantũ hominũ, tantum agrorum redactum in potestatẽ, ut in utro plus esset, ne ipse posset existimare qui uicerat.

Bellum Samniticum.

p Recibus deinde campaniæ motus nõ pro se, sed quod est speciosius pro socijs samnitas inuadit. Erat fœdus cũ utrisq; percussum, sed hoc cãpani sanctius, & prius omniũ suorum deditione fecerũt, sic ergo romanus bellum samniticum tanq̃ sibi gessit, omniũ non modo italia, sed

Laus capa.

toto orbe terrarum pulcherrima campaniæ plaga est
nihil mollius cœlo, deniq; bis floribus uernat nihil
uberius solo, ideo liberi cæterisq; certamen dicitur, ni
hil hospitalius mari, hic illi nobiles portus, caieta,
misenus, & tepentes fontibus baiæ, lucrinus & auer
nus quædã maris ocia hic amicti uitibus mõtes, gau
rus, falernus, massicus, et pulcherrimus oĩm uesuuius
æthnei ignis imitator, urbes ad mare formiæ, cumæ,
puteoli, neapolis, herculaneũ põpei, & ipsa caput ur
bium capua quondã inter tres maximas Romã cartha
gineq; numerata. Pro hac urbe ijs regionibus. P. Ro.
samnitas inuasit, gentẽ si opulentã quæras, aureis &
argenteis armis discolori ueste, usq; ad ambitũ arma
tam, si fallaciã saltibus feræ & montiũ fraude gras
santẽ, si rabiem ac furorẽ, sacratis legibus humanisq;
hostijs in exitiũ urbis agitatã, si pertinaciã, sexies ru
pto fœdere cladibusq; ipsis animosiorem. Hos tamen
quinquaginta ãnis p̃ fabios & Papirios patres eorũq;
liberos ita subegit ac domuit, ita ruinas ipsas urbium
diruit, ut hodie samniũ in ipso samnio requiratur, nec
facile appareat materia quattuor & uiginti triũpho
rum, maxime tñ nota & illustris ex hac gente clades
apud caudinas furcas, Veturio Posthumioq; consuli
bus accepta est, clauso enĩ per insidias intra eũ saltum
exercitu, unde nõ posset euadere, stupens occasione tã
ta dux hostiũ Pontius hereniũ patrẽ cõsuluit, & ille,
mitteret oẽs uel occideret, sapiẽter ut senior suaserat,
hic armis exutos mittere sub iugũ maluit, ut nec ami
ci forẽt bñficio, & post flagitiũ hostes magis. Itaq; et
cõsules magnifice uolũtaria de ditione turpitudinem

fœderis dirimũt, et ultionẽ flagitãs miles Papirio duce horribile dictu subiectis ensibus ꝑ ipsam uiam ante pugnã furit, & in cõgressu arsisse oĩm oculos hostis auctor fuit, nec prius finis cædibus datus, ꝙ̃ iugũ & hostibus & duci capto reposuerunt.

Bellum Ethruscum & Samniticum.

b Actenus. P. R. cũ singulis gẽtiũ, mox decernuatim tñ sic quoq; par oĩbus, ethruscorũ xĳ. populi in id tp̃s incitati, antiqssimus italiæ populus samnitũ reliq̃ in excidiũ romani nois rep ẽte cõiurãt. Erat terror ingẽs tot simul tãtorũq; populorũ, a latere ethruria infesta quattuor agminũ signa uolitabat. Ceminus interim saltus in medio ante inuius plane quasi calydonius, uel hersinius adeo tũc terrori erat ut senatus cõsuli denũciaret, tãtũ ꝑiculi ingredi auderet, Sed nihil horum terruit ducẽ, quin fratre ꝑmisso exploraret accessus ille ꝑ noctem pastorio habitu speculatus oĩa refert. Tũ sic Fabius maximus periculosissimũ bellũ ꝑiculo explicauit, nã subito incõditos atq; pallãtes aggressus ẽ, captisq; ſuꝑioribus iugis in subiectos suo more detonuit. Ea nãq; species fuit illius belli, quasi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterẽtur, nec incruenta tamẽ illa uictoria, nam oppressus in sinu uallis alter cõsulũ Decius more patrio deuotũ dĳs manibus obtulit caput, solẽnemq; familiæ sue cõsecrationẽ in uictoriæ preciũ redegit.

Bellum Tarentinũ, et cum Pyrrho rege.

s Equitur bellum Tarẽtinum unum quidẽ titulo et noĩe sed uictoria multiplex, hoc enim campanos apulos, atq; Lucanos, &

caput belli tarentinos, idem totam italiam, & cũ istis omnibus Pyrrhum clarissimũ græciæ regem, una ueluti ruina pariter inuoluit, ut eodem tempore & italiam consummaret, et transmarinos triumphos auspicaretur. Tarentũ etiam lacedæmoniorũ opus calabriæ quondam et apuliæ totiusq; lucaniæ caput, tum magnitudine & muris, portuq; nobili, tum mirabili situ, quippe in ipsis adriatici maris faucibus posita in oras nostras Histriã, Illyricũ, epyrum, achaiam, affricam, siciliã uela dimittit, imminet portui ad ꝓspectũ maris positũ urbis theatrũ, quod quidẽ causa misere ciuitati fuit omniũ suarum calamitatũ. Ludos forte celebrabant cum remigantes littori romanas classes inde uident, atq; hostem rati emicant, sine discrimine insultant, qui autẽ, aut unde romani nec satis norãt. Aderat sine mora quærelã ferens legatio, hanc quoq; fœdius per obscœnã turpemq; dictu cõtumeliã uiolant. Ex hinc bellum, sed apparatus horribilis, cum tot simul populi pro tarentinis consurgerent, omnibusq; uehementior Pyrrhus qui semigræcam ex lacedæmoniis conditoribus ciuitatem uindicaturus, cum totius uiribus epyri, thessaliæ, macedoniæ, incognitisq; in id tempus elephantis mari, terra, uiris, equis, armis, addito insuper ferarum terrore ueniebat. Apud Heracleam & campaniæ fluuiũ lyrim Leuino consule prima pugna, quæ tam atrox fuit, ut ferentaneæ turmæ præfectus inuectus in regem turbauerit, & coegeritq; proiectis insignibus prælio excedere. Factum erat nisi elephãti cõuersi in spectaculũ belli ꝓcurrissent, quorũ tũ magnitudine, tũ deformitate et nouo co

lore, simul ac stridore cõsternati equi, cum incognitas sibi beluas amplius q̃ erant suspicarẽtur, fugam stragemq́ late dederũt. In apulia deinde apud Asculum melius dimicatũ ẽ. Curio Fabricioq́ cõsulibus. Iam quippe beluarũ terror exoleuerat, et Caius Minutius quartæ legionis hastatus unius promoscide abscisa mori posse beluas ostẽderat, itaq́ et in ipsas pila cõgesta sunt, & in turres uibratæ faces tota hostiũ agmina ardẽtibus ruinis operuerũt, nec alius cladi finis fuit, q̃ nox dirimeret postremusq́ fugientium ipse rex a satellitibus humero socius in armis suis referret. Lucaniæ suprema pugna sub arusinis (quos uocant) campis ducibus iisdem qui superius & tunc tota uictoria exitum quã datura uirtus fuit casus dedit. Nam productis in primam aciẽ rursus elephãtis, unum ex his pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit, qui cum per stragem suorũ percurrens stridore quæreretur, mater agnouit, & quasi uindicare exiluit, tum omnia circa quasi hostilia graui timore permiscuit, ac sic eædem feræ quæ primã uictoriã abstulerãt, secundã parẽ fecere, tertiã sine cõtrouersia tradidere, nec uero tantũ armis & in campis, sed cõsiliis quoq́ & domi et intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primã uictoriã rex callidus intellecta uirtute romana, statim desperauit armis, seq́ ad dolos cõtulit. Nã interẽptos cremauit, captiuosq́ indulgẽter habuit, et sine pcio restituit. Missisq́ deinde legatis in urbẽ omni modo anixus est, ut in amicitiã reciperetur, sed bello, et pace foris, et domi omnẽ in partẽ romana uirtus tamen se pbauit, nec alias magis q̃ tarẽtina uictoria

ostēdit populi romani fortitudinē, senatus sapientiā, ducum magnanimitatem, qui nā illi fuerūt uiri quos ab elephantis primo prælio obrutos accæpimus omnium uulnera in pectore, quidam hostibus suis imortui, oīm in manibus enses, & relictæ in uultibus minæ, et in ipā morte ira uiuebat, quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret. O q̃ facile erat orbis imperium occupare, aut mihi romanis militibus, aut me rege romanis. Quæ autem eorum, qui superfuerunt in reparādo exercitu festinatio? cum Pyrrhus uideo me inquit plane Herculis sydere procreatum, cui quasi ab angue lærneo tot cæsa hostium capita de sanguine suo renascūtur? Qui autem ille senatus fuit? cum perorante Appio cæco pulsi cum muneribus suis ab urbe legati. Interrogoti a rege suo quid de hostium sede sentirent, Vrbem templum sibi uisum, senatum regnum esse cōfiterentur. Quales porro ipi duces uel in castris, cum medicum uenale regis pyrrhi caput afferentem. Curius remisit? Fabritius oblatam sibi a rege imperiū partem repudiauit? uel in pace, cum Curius fictilia sua samnitico præferret auro? Fabricius decem pondo argenti, circa Ruffinum cōsularem uirum, quasi luxuriam cēsoria grauitate damnaret? Quis ergo miretē his moribus uirtute militū uictorem Po. Ro. fuisse? unoq; bello tarētino intra quadriēniū maximā partē italiæ fortissimas gentes, opulentissimas urbes, uberrimasq; regiones in deditionem redegisse. Aut quid adeo fidem superet? qm̃ si principia belli cū exitu conferantē. Victor primo p̄lio pyrrhus totā tremētē italiā, campaniā, Lyrim. Fregellasq; populatus, ꝑpe captā urbem

a prenestina arce ꝓspexit, et a uigesimo lapide oculos trepide ciuitatis fumo ac puluere iplenit. Eodē postea bis exuto castris, bis saucio, et in græciā suam trans mare ac terras fugato, pax et quies et tāta adeo de opulētissimis tot gētibus spolia, ut uictoriā suā Roma nō capet. Nec. n. ullus pulchrior i urbe, aut speciosior triūphus itrauit. Ante hūc diē nihil nisi pecore uolscorū, greges sabinorū, carpenta gallorū, fracta samnitū arma uidisset. Tū si captiuos aspiceret, Molossi, thessali, macedones, brutius, apulus, atq; Lucanus. Si pompas, aurū, purpura, signa, tabulæ, tarētinæq; delitiæ. Sed nihil libētius Po. Ro. aspexit, q̃ illas quas timuerat cū turribus suis beluas, quæ nō sine sensu captiuitatis summissis ceruicibus uictores equos sequebātur.

Bellum Picente.

o Mnis mox italia pacē habuit, qd. n. post tarentū auderēt nisi q̄ ultro persequi socios hostiū placuit. Domiti hinc picētes sed caput gentis asculū Sempronio duce, qui tremēte inter præliū cāpo tellurē deam promissa æde placauit.

Bellum Salentinum.

s Alentini picentibus additi, caputq; regionis brundusium inclyto portu. M. Atilio duce, & in hoc certamine uictoriæ precium templum sibi pastoria pales ultro poposcit.

Bellum Vulsinense.

b Ostremi italicorum in fide māsere uulsinii opulentissimi ethruscorum, implorantes opem aduersus seruos quondam suos, qui libertatem a dominis datam in ipsos erexerant,

translataq; in se republica dominabant. Sed hi quoq; duce Fabio gurgite pœnas dederunt.

De Seditionibus.

b Aec ẽ secũda ætas. P. R. & quasi adolescẽtia qua maxime uiruit, quodam flore uirtutis exarsit ac fremuit. Itaq; quædam adhuc ex pastoribus feritas quiddam spirabat indomitum. Inde est quod exercitus Posthumium imperatorem inficiantem quas promiserat prædas, facta in castris seditione lapidauit, q sub Appio Claudio noluit uincere hostẽ, cũ posset, q duce Valerio Nerone detractãtibus, plærisq; militiã, fracti cõsulis fasces. Inde q clarissimos principes q aduersarentur uoluntati suæ, exultatione mulctauit, ut coriolanum colere agros iubẽtem, nec minus ille ferociter iniuriã armis uindicasset, nisi q iam inferentẽ signa filium mater Vetruria lachrymis suis exarmauit, ut ipsum Camillũ q iniq; inter plebẽ & exercitũ diuisisse ueientem prædã uiderẽ. Sed hic melior obsessis in capta urbe cõsuluit, et mox supplices de hoste gallo uindicauit. Cũ senatu quoq; de æquo bonoq; certatũ est, adeo ut relictis sedibus solitudinẽ et interitũ patriæ suæ minarenẽ. Priã discordia ob impotẽtiã fœneratorũ, qbus in terga quoq; seruiliter sæuientibus in sacrũ mõtẽ plebs armata secessit, ægreq; nec nisi tribunos impetrasset, Menenij agrippæ facundi, & sapientis uiri auctoritate reuocata est. Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula, qua discedisse inter se quondã humanos artus, q omnibus operæ fugientibus solus uenter immunis ageret deinde moribũdos a

ſe iunctione rediſſe in gratiã, quãdo ſenſiſſent, ꝙ eius opera, redactis in ſanguinẽ cibis irrigarẽtur. Secũdũ in urbe decẽuiratus libido cõflauit, allatas a græcia leges decẽ principes lecti iubẽte populo cõſcripſerãt, ordinataq; erat in. xij. tabulis tota iuſticia. Cum tamẽ traditos faſces regio quodam furore retinebant. Ante cæteros Appius eo inſolentiæ elatus eſt, ut ingenuam uirginem ſtupro deſtinaret, oblitus & Lucretiæ & regũ & iuris, qđ ipſe cõpoſuerat. Itaq; cũ oppreſſam iudicio filiam trahi in ſeruitutem uideret Virginius pater, nihil cunctatus in medio foro manu ſua interfecit, admotiſq; ſignis cõmilitonũ totã eam dominationẽ obſeſſam armis in carcerẽ, & cathenas ab auentino monte pertraxit. Tertiã ſeditionẽ excitauit matrimoniorũ indignitas, ut plebs cũ patricijs iũgerẽt, qui tumultus in monte Ianiculo duce Camuleio tribuno plebis exarſit. Quartam honorũ cupido, plebei magiſtratus crearentur. Fabius ambuſtus duarũ pater, alteram Sulpicio patricij ſanguinis dederat, alterã plebeio Stolo quodã tẽpore, ꝙ lictorie uirgæ ſonũ irriſa iniuriã nõ tulit. Itaq; nactus tribunatũ honorũ & magiſtratuũ cõſortiũ, quãuis inuito ſenatui extorſit. Verũ in his ipſis ſeditiõibus principẽ populũ nõ immerito ſuſpexeris, ſiquidẽ nunc libertatẽ, nũc pudicitiam tũ natalĩũ dignitatẽ, honorũ decora, & inſignia uindicauit. Inter omnia hæc nullius acrior cuſtos ꝙ̃ libertatis fuit. Nullaq; in præcium eius potuit largitione corrũpi, cum ut in magno, & in dies maiore populo interim pnicioſi ciues exiſterẽt. Caſſiũ largitiõe agraria lege ſuſpectũ, rege dominatiõis pſenti morte mul

ctauit. Ac de spurio qdē suppliciũ pater ipsius sum-
psit. Hunc Quintĳ dictatoris imperio in medio foro
magister equitũ Seruilius hala cõfodit. Mãliũ uero
capitolĳ uindicē, qui a plerosq; debitorũ liberauerat,
altius se & inciuilius efferentē, ab illa (quã defende-
rat) arce deiecit, talis domi ac foris, talis pace belloq;
P. R. fretũ illud adolescẽtiæ. i. secũdã iperĳ ætatē ha-
buit i qua totã iter alpes fretũq; italiã armis subegit.

Lucĳ Flori Epithoma Secundum.

Omita subactaq; italia. P. R. prope quin-
d gẽtesimũ annũ agens, cũ bona fide adole
uisset, si quod est robur, si qua iuuẽtus, tũ
ille uere robustus & iuuenis & par orbi terrarũ essē
cœpit, Itaq; mirũ & incredibile dictu, qui ꝓpe qngē
tis annis domi luctatus est adeo difficile fuerat dare
italiæ caput his. cc. ãnis q sequunt̃ africã, europã, asiã,
totũ deniq; orbē terrarũ bellũ uictoĳsq; peragrauit. bellis

Primum bellum punicum.

Gitur uictor Italiæ populus cum a terra
i fretũ usq; uenisset, more ignis, qui obuias
populatus incendio siluas, interueniente
flumine abrũpitur, paulisper substitit, mox cũ uide-
ret opulẽtissimã in proximo prædã quodã modo ita-
liæ suæ abscissam, & quasi reuulsam, adeo cupidita-
te eius exarsit, ut quatenus nec mare iungi nec ponti-
bus posset, armis belloq; iungenda, ad continentem
suum reuocanda bello uideretur. Sed ecce se ultro
ipsis pandẽtibus fatis, nec occasio defuit, cum de pœ-
norum impotentia fœderata siciliæ ciuitas messa-
na quæreretur. Affectabat autem ut romanus ita pœ-

nus Siciliam & eodem tēpore paribus uterq; uotis ac uiribus imperium orbis agitabat. Igitur specie quidē socios iuuādi, re autē solicitante præda, quāq; territaret nouitas rei, tanta tamen in uirtute fiducia est, ille rudis, ille pastorius populus, uereq; terrester ostendit nihil iteresse uirtutis, equis an nauibus, terra an mari dimicaretur. Appio Claudio consule primū fretum tum ingressus est fabulosis infame monstris æstuq; uiolentum, sed adeo non est exterritus, ut ipām illam ruentis æstus uiolentiam, pro munere amplecteretur, statimq; ac sine mora Hyeronē syracusanū regem tāta celeritate uicit, ut ipē ille se prius uictum, q̄ hostem uideret, fateretur. Dulio Cornelioq; consulibus etiam mari congredi ausus est, cum quidē ipā uelocitas classis cōparatæ auspicium fuit. Intra enim sexagesimū diem, quam cæsa silua fuerat. clx. nauium classis in anchoris stetit, ut non arte factæ, sed quodam munere deorum conuersæ naues, atq; mutatæ arbores uiderentur, prælij uero fama mirabilis cū illas celeres uolucresq; hostiū naues, hæ graues tardæq; compræhenderent, longe illis nauticæ artes, detorquere remos, & ludificari fuga rostra. Iniectæ eñi ferreæ manus machinæq; aliæq; ante certamen multū ab hoste derisæ, coactiq; hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud Liparas mersa & fugata hostium classe primū illud maritimū egit triumphū, cuius quod gaudiū fuit? cum Dulius imperator non contentus unius diei triumpho per uitam omnem ubi a cena rediret præluceare funalia, præcinere sibi tibias iussit, quasi quotidie triumpharet, pro tanta huius uictoria leue huius præ

lij damnum fuit. Alter consulū intercepus Asina Cornelius qui simulato colloquio euocatus, atq; oppressus fuit, perfidiæ punicæ documentum Calatino dictatore fere omnia præsidia pœnorum agrigento, drepano panormo, eryce, lilybeo detraxit trepidatum est semel circa camerinensium saltum, sed eximia uirtute Calfurnij flammæ tribuni militum euasimus, qui lecta. ccc. manu infestum & incessum ab hostibus tumulum occupauit, adeoq; moratus hostes dum exercitus omnis euaderet, ac sic pulcherrimo exitu termopylarum & leonidæ famam adequauit. Hoc illustrior noster q͂ expeditioni tātæ superfuit, & superuixit licet nihil scripserit sanguine, Lucio Cornelio scipione cū iam sicilia suburbana esset populi romani prouincia serpente latius bello sardiniam annexamq; ei corsicam transit, ubi & hic caralæ urbis excidio incolas terruit, adeoq; omnis terra mari pœnos expugnauit, ut iam uictoriæ nihil nisi africa ipsa restaret. M. Atilio Regulo duce iam in Africam nauigabat bellū, nec deerant qui ipso punici maris nomine ac terrore deficerent, augente insuper tribuno Mannio metum, in quem nisi paruisset, securi districta imperator metu mortis nauigandi fecit audaciam, mox de uentis remisq; properatum est, tantusq; terror hostilis aduentus pœnis fuit, ut apertis pene portis carthago caperet. Belli prima præmiū fuit ciuitas clypea prima enim a punico littore quasi arx et specula procurrit, & hæc & . ccc. amplius castella uastata sunt, nec cum hominibus, sed cum monstris quoq; dimicatum est. Cū quasi in uindictā africæ nata miræ magnitudinis

ſerpens poſita apud bragadã caſtra uexaret. Sed omnium uictor regulus cum terrore nominis ſui late circũtuliſſet, cunq; magnã uim iuuentutis duceſq; ĩpos aut cecidiſſet, aut haberet in uinculis claſſemq; ingenti preda onuſtã, et triũpho grauẽ in urbẽ præmiſiſſet etiam ĩpam caput belli carthaginem urgebat obſidio ne ipſiſq; portis inhærebat. Hic paulũ circũacta fortuna eſt tantũ ut plura deeſſent romanæ urbis inſignia cuius fere magnitudo calamitatibus approbatͣ, nã cõuerſis ad externa auxilia hoſtibus cum Xãtippũ illis ducẽ lacedæmon miſiſſet, a uiro militiæ peritiſſimo uincimur, cum fœda clade romaniſq; uſu incognita. Viuus in manus hoſtiũ uenit fortiſſimus imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nã nec punico carcere fractus eſt, nec legatione ſuſcepta, quippe diuerſa, quam hoſtes mandauerãt, cenſuit ne pax fieret, ne cõmutatio captiuorum reciperetͣ, ſed nec illo uoluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec ultio ſiue carceris, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas. Immo his oĩbus admirabilior, quid aliud q̃ uictus de uictoribus, qui a carthago non ceſſerat, de fortuna triũphauit. Populus autẽ Ro. multo acrior infeſtiorq; pro ultione reguli q̃ pro uictoria fuit. Metello igitur conſule ſpirantibus alitus pœnis, et reuerſo in ſiciliã bello apud panormũ ſic hoſtes cecidit, ut ne amplius ea in inſula concitaretur. Argumentũ ingentis uictoriæ centũ circiter elephãtorũ captiuitas. Sic quoq; magna præda ſi gregẽ illũ non bello ſed uenatione cœpiſſet. P. Claudio cõſulis, nõ ab hoſtibus, ſed a dijs ĩpis ſupatus eſt quorũ auſpicia contẽpſerat, ibi ſtatim claſſe demerſa

Regulus

ubi ille præcipitari pullos iusserat, q̄ pugnare ab his
uetaretur. M. Fab. buteone cōsul classem hostiū in afri
co mari ad Egimurū iam in italiam ultro nauigantē
cecidit. Quāuis Octauo triūphus tēpestate intercidit
cum opulenta præda classis aduersis acta uentis, nau
fragio suo africā & syrtes omniū imperia gentiū, in
sularū littora ipleuit. Magna clades, sed nō sine ali-
qua principis populi dignitate intercepta tēpestate
uictoria, & triūphum perisse naufragio. Et tamē cū
punicæ prædæ omnibus insulisq; fluitarent. P. R. triū
phauit. Catulo consule tandem bello finis impositus
apud insulas, quibus nomē Egates, nec maior alia in
mari pugna, quippe cōmeatibus exercitu, ꝓpugnacu
lis, armis, grauis hostiū classis, & in eis quasi tota car
thago, quod ipm exitio fuit. Romana classis prōpta,
leuis, expedita, & quodā genere castrēsis ad similitu
dinē pugnæ equestris sic remis quasi habenis agebat̄,
& in hos uel in illos mobilia rostra speciem uiuentiū
præferebant. Itaq; momēto tēporis laceratæ hostium
rates totum inter siciliā, sardiniāq; pelagus naufra-
gio suo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa uictoria, ut
de excidendis hostiū mœnibus nō quærerēt, superuacuū
uisum est in arcē murosq; sæuire, cum iā in mari esset
deleta carthago.

Bellum Ligusticum.

P Eracto punico bello secuta est breuis sane
& quasi ad recipiendū spiritum requies
argumētūq; pacis & bona fide cessantiū
armorum, tunc primū post Numā clausa fuit porta
Iani, sed statim ac sine mora patuit, quippe iam Ligu

res, iam insubres galli, necnõ & illyrici lacessebant. Sic de sub alpibus inde sub ipsis italiæ faucibus gẽtes deo quodã assidue incitãt, ne rubiginẽ ac situm arma sentirẽt, deniq; itaq; quotidiani, et quasi domestici hostes tirocina militũ imbuebãt, nec aliter utraq; gente quasi cote, quadam. P. R. ferrum suæ uirtutis acuebat. Ligures imis alpium iugis adhærẽtes, inter arum & macrã flumẽ iplicitos dumis siluestribus maior aliquãto labor erat inuenire, q̃ uincere tutum locis et fuga, durum atq; uelox genus ex occasione magis latrocinia q̃ bella faciebat. Itaq; cum diu multũq; eluderet saltus deciates moxubij, euburiates, incognitas tandẽ Fuluius latebras eorum ignibus sepsit. Bebius in plana deduxit. Posthumius ita exarmauit ut uix relique rit ferrum quo terra coleretur.

Bellum Gallicum.

g Allis insuberibus & his accolis alpium, animi ferarũ, corpa plusq̃ humana erant sed experimẽto deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis maior q̃ uirorũ est ita sequẽs minor q̃ fœminarũ. Alpina corpa humenti cœlo educata habent quiddam simile niuibus suis quæ mox ut caluere pugna, statim in sudorem eunt, & leui motu, quasi sole laxantur. Hic sæpe & alias, sed Britomaro duce non prius soluturos se baltea, q̃ capitolium ascendissent iurauerant factum est, uictos enim Emilius capitolio discinxit. Mox Aristonico duce uouere de nostrum militum præda Marti suo torquem, intercepit. Iuppiter uotum, nam de torquibus eorum aureum trophæum Ioui Flamminius erexit. Viridoa

nandro rege romana arma Vulcano promiserant, alioquin uota ceciderunt, occiso enim rege Marcellus tertia post Romulũ patrẽ feretrio Ioui arma suspẽdit.

Bellum Illyricum.

i Llyrũ se liburni sub extremis alpium radicibus agunt inter arsiam, titiumq; flumen, longissime per totum adriani maris littus effusi, hi regnante Teusa muliere populationibus non contenti licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros ob ea quæ deliquerãt iure agentes, nec gladio quidem, sed ut uictimas securi percutiũt, præfectos nauium igne comburũt, idq; quo indignius foret mulier imperabat, itaq; Cneo Fuluio Centimalo duce late domantur. Strictæ in principum colla secures legatorum manibus litauere.

Bellum Punicum Secundum.

q Ost primum punicum bellum uix quadrienni requies ecce alterum bellum minus quidem spacio, nec enim amplius q̃ xviiij. annos habet, sed adeo cladium atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna utriusq; populi similior uicto sit populus qui uicit. Aut pudebat nobilem populum ablatum mare, raptæ insulæ, dare tributa, quæ iubere cõsueuerat. Hinc in ultionẽ puer Hãnibal ad aram patri iurauerat, nec remorabatur, Igitur in causa belli Saguntus delata est hyspaniæ ciuitas, et opulenta fideiq; erga romanos magnũ quidẽ, sed triste monumentũ, quã in libertate cõi fœdere exceptam Hãnibal causas nouorũ motuum quærens, & suis et ipsorum manibus euertit, ut italiam sibi rupto

fœdere aperiret. Summa fœderũ romanis religio est, itaq; ad auditum sociæ ciuitatis obsidium, memores ictũ pœnis quoq; fœderis, nõ statim ad arma procur runt, dum prius more legitimo quæri malũt interim tam nouẽ mensibus fessi fame, machinis ferro et igne uersa deniq; in rabiem fide immanẽ in foro excitant rogum, tum desuper se, suosq; cum omnibus opibus suis ferro, & igne corrumpunt. Huius tãtæ cladis au ctor Hannibal poscitur, tergiuersantibus pœnis dux legationis, quæ inquit mora est Fabius? in hoc ego si nu bellum affero, & pacem utrum eligitis? utrũ pla cet sumite, cunq; succlamatum esset utrum uellet, da ret. Bellum igitur inquit accipite, et excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore quasi plane sinu bellum ferret, effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias sibi saguntinorũ ultimæ di ræ in illo publico parricidio, incendioq; mãdassent, ita manibus eorum uastatione italiæ, captiuitate afri cæ, ducum et regum, qui id gessere bellum, exitio pa rentatum est. Igitur ubi semel se in hyspania mouit il la grauis, et luctuosa punici belli uis, atq; tempestas, destinatũq; romanis iamdiu fulmen saguntino igne conflauit, statim quodam impetu rapta medias pfre git alpes, & in italiam ab illis fabulosæ altitudinis niuibus, uelut cæso missa descendit, ac primi quidem impetus turbo, inter padum et ticinum ualido statim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fusus exercitus, saucius et ipse uenisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset, hic erit Scipio, qui in exitiũ

alpiũ fractio

africæ crescet, nomen ex malis eius habiturus. Ticino
Trebia succedit, hic secunda belli punici procella de-
sæuit Sempronio consule, tunc callidissimi hostes fri
gidum & niualem nacti diem, cum se ignibus prius
oleoq; fouissent, horribile dictu, homines a meridie et
sole uenientes, nostra nos hyeme uicerunt. Trasimenus
lacus tertium fulmen Hannibalis imperatore Flami
nio, ibi quoq; ars nouæ punicæ fraudis quippe nebu-
la lacus, palustribusq; uirgultis tectus, equitum ter-
ga subito pugnantium inuasit. Nec de dijs possumus
quæri imminentē temerario duci cladem prædixerāt.
Insidentia signis agmina & aquilæ prodire nolētes,
& cōmissam aciem secutus ingens terræ tremor, nisi
illum horrore soli equitum, uirorūq; discursus, & mo
ta uehementius arma fecerunt. Quartum id est pœne
ultimum uulnus imperij Cannæ ignobilis apuliæ ui-
cus, sed magnitudine cladis emersit, & xl. miliū cæ-
de parta nobilitas. Ibi in exitium infœlicis exercitus
dux terra, cœlum dies, tota deniq; rerum natura con-
sensit. Siquidem non contentus simulatis transfugis.
Hannibal, qui mox terga pugnantiū ceciderant, In-
super callidissimus imperator patētibus in campis ob
seruato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, et plu
rimus puluis, & eurus ab oriente semper quasi secū-
dum cœlū tenens, uento puluere, sole, pugnaret. Itaq;
duo maximi exercitus cæsi ad hostium societatem, do
nec Hannibal diceret militi suo, parce ferro. Ducū fu-
git alter, Alter occisus est, dubiū uter maiore animo.
Paulum puduit, Varro non desperauit. Documēta cla
dis, cruentus aliquādiu aufidus, pons de cadaueribus

iussu ducis factus in torrente Vergilij, modij duo anu
lorum carthaginē missi dignitasq; equestris taxata
mensura dubium deinde nō erat, quin ultimū illum
diem habitura fuerit Roma, quintūq; intra diem epu
lari Hannibal in capitolio potuerit, si quod pœnū il-
lum dixisse Adherbalē Bomilcaris ferūt. Hannibal
quēadmodū sciret uincere, sic uti uictoria scisset. Tum
quidē illū ut dixi uulgo solet aut fatū urbis imperatu
ræ, aut ipsius mēs mala & auersi a carthagine dij in
diuersum abstulerūt, cum uictoria possent uti frui ma
luit. Relictaq; Roma campaniā tarentūq; peragrare,
ubi mox & ipse, et exercitus ardore elāguit, adeo ut
uerū dictū sit Capuā Hannibali cānas fuisse. Siquidē
inuictū alpibus, indomitū armis, campaniæ quis crede
ret soles et tepētes fontibus baiæ subegerūt. Interim re
spirare romanus, et quasi ab iferis emergere arma nō
erant, detracta sunt tēplis, deerat iuuētus, in sacramē-
tum militiæ liberata seruitia, egebat ærariū, opes suas
libens senatus in mediam protulit, nec præter quod
in bullis, singulisq; anulis erat, quicq; sibi auri relin
quere, eques secutus exemplum imitatæq; equit
tribus tibus deniq; uix suffecere tabulæ, uix scribarū manus
Leuino, Marcelloq; consulibus cum priuatæ opes in
publicum deferrentur, quod autem intelligendis ma
gistratibus, quæ centuriatum sapientia, cum iunio-
ribus a senioribus consilium de creandis consulibus
petiuere, quippe aduersus hostem totiens uictorem
tam callidum non uirtute tantum, sed suis etiam pu-
gnare cōsilijs oportebat. Prima redeuntis, sed (ut dixe
rim) reuiuiscētis imperij spes Fabius fuit, qui nouam

de Hannibale uictoriā cōmentus est, nolle pugnare. Hinc illi cognomē nouū, & reipublicæ salutare cunctator. Hinc illud ex populo, ut imperij scutū uocaretur. Itaq; per samniū totū ꝑ falernos, gauranosq; saltus sic macerauit Hannibalē, ut qui frangi nō uirtute poterat, mora cōmineretur. Inde claudio Marcello duce etiā cōgredi ausus est, cominus uenit & pepulit, et campania sua, & ab obsidione nolæ urbis excussit. Ausus & Sēpronio graccho duce per lucaniā sequi, & præmere terga sedentis, q̄uis tunc, o pudor manu seruili pugnaret, nam hucusq; tot mala compulerāt, sed libertate donati fecerant de seruitute romanos. O horribilē in tot aduersis fiduciā, o singularē animū, ac spiritū populi romani, tam arctis afflictisq; rebus, cum de italia sua dubitaret, ausus est tamē in diuersa respicere, cūq; hostes in iugulo per cāpaniā, apuliāq; uolitarent, mediāq; de italia africā facerēt, eodē tempore & hunc sustinebat, & in siciliam, sardiniā, hyspaniam, diuisa per terrarū orbem arma mittebat. Sicilia mādata, Marcello, nec diu restitit, tota em̄ insula in una urbe superata est grande illud, & ante id tēpus inuictum caput syracusæ, quāuis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando cesserūt. Longæ illi triplex murus, totidemq; arces, portus ille marmoreus & fons celebratus Aretusæ, nisi quod hactenus ꝓfuere, ut pulchritudini uictæ urbis parceretur. Sardiniā Gracchus arripuit, nihil illic gentiū feritas insanorumq;, nā sic uocātur immanitas montiū ꝓfuere, sæuitiū in urbes, urbēq; urbiū Caralim ut gens cōtumax uilisq;, mortis saltem desiderio patriū soli do-

maretur. In hyspaniam missi Cneus & Publius scipiones. Spem totam pœnis eripuerant, sed insidijs punicæ fraudis oppressi rursus amiserant. Magnis quidem illi prælijs cum punicas opes cecidissent, sed punicæ insidiæ alterum ferro castra metantem, alterum cum euasisset in turrem cinctum facibus oppresserūt. Igitur in ultionē patris ac patrui missus cum exercitu Scipio, cui tam grande de africa nomē facta decreuerant. Bellatricem illam uiris armisq; nobilē hyspaniam, illam seminariā hostilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem, incredibile dictu, totam a pyreneis montibus in Herculis columnas, & oceanū recuperauit, nescias citius an facilius, q̄d uelociter quattuor anni fatentur, q̄d facile uel una ciuitas probat, eodē quippe quo obsessa est die capta est omenq; Africanæ uictoriæ fuit quod tam facile capta est Hyspania Carthago. Certum est tamen ad profligandā prouinciā, maxime profecisse singularē ducis sanctitatē, quippe qui captiuos pueros puellasq; præcipuæ pulchritudinis barbaris restituerit, ne in conspectū quidem suum passus adduci, ne quid de uirginitatis integritate delibasse saltem uel oculis uideretur. Hæc inter diuersa terrarum populus Romanus, nec ideo tamen italiæ uisceribus inhærentē summouere poterat Hannibalem carthaginēsem, Plæraq; ad hostē defecerant, & dux acerrimus contra romanos italicis quoq; uiribus utebatur. Iam tamē eum plærisq; oppidis & regionibus excusseramus Tarētinus ad nos redierat iam et capua sedes, & domus, & patria altera Hannibalis tenebatur, cuius ammissio tantū pœno duci dolorem dedit,

ut ille totis uiribus romã conuerteretur. O populũ di-
gnum orbis imperio, dignum omniũ fauore, & admi
nistratione hominũ ac deorum, compulsus ad ultimos
metus ab incepto non destitit, & de sua urbe solicitus
capuam tamen non omisit, sed parte exercitus sub ap-
pio consule relicta, parte flaccum in urbem secuta, ab-
sens simul, presensq; simul pugnabat. Quid ergo mi
ramur? Mouenti castra a tertio lapide Hannibali ite
rum ipsos deos, deos inquam nec fateri pudebit restis-
tisse, tanta enim ad singulos illius motus uis imbriũ
effusa est, tanta uentorũ uiolentia coorta est ut diuini-
tus hostem summoueri, nec cœlo sed ab urbis ipsius
mœnibus. & capitolio ferri uideretur. Itaq; fugit, &
cessit, & in ultimũ se italiæ recepit sinũ, cum urbẽ tã-
tum non adhortã reliquisset. Parua res dictu, sed ad
magnanimitatem. P.R. probandam satis efficax, q' il
lis ipsis quibus obsidebant diebus, ager quẽ Hãnibal
castris insiderat, uenalis romæ fuit, hastæq; subiectus
inuenit emptorẽ. Voluit Hãnibal contra fiduciã imi-
tari, subiecitq; argẽtarias urbis tabernas nec sector in
uẽtus est. Vt scias etiã presagia fatis fuisse, nihil actũ
erat tanta uirtute tanto fauore deorũ. Siquidẽ ab hy-
spania Hasdrubal frater Hãnibalis cum exercitu no
uo, nouis uiribus, noua belli mole ueniebat. Actũ erat
pculdubio si uir ille se cũ fratre iũxisset, sed hunc quo
q; castrametantẽ Claudius Nero cum liuio Salinato-
re debellat. Nero in ultimo italiæ angulo summoue-
bat Hannibalẽ, Liuius in diuersissimã partẽ, & in
ipas nascentis italiæ fauces signa cõuerterat, tãto oĩq;
lõgissima italia solo interiacente, quo consilio, qua ce

leritate consules castra coniunxerint, inopinatercp hostem collatis signis cõpresserint, neq; id fieri Hannibal senserit, difficile dictu est. Certe Hannibal recognita, cum proiectum fratris caput ad sua castra uidisset, agn osco inquit infœlicitatem carthaginis, hæc fuit illius uiri non sine præsagio quodam fati imminentis prima confessio. Iam certum erat Hannibalem etiam ipsius confessione posse uinci, sed tot rerum prosperarũ fiducia plenus populus romanus magni estimabat asperrimum hostem in sua africa debellare. Duce igit̃ Scipione in ipsam africã tota mole cõuersus, imitari cœpit hãnibalẽ, & italiæ suæ clades in africa uindicare. Quas ille dij boni Hasdrubalis copias, quos Syphacis exercitus fudit, quæ quantaq; utriusq; castra facibus illatis una nocte deleuit? deniq; iam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat, sic factnm est, ut inhærẽtem atq; incubantẽ italiæ extorqueret Hannibalem, non fuit maior sub imperio romano dies q̃ ille, cum duo omnium & antea & postea ducum maximi illi italiæ hic hyspaniæ uictor, collatis cominus signis direxere aciem, Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. Steterunt diu mutua admiratione defixi, ubi de pace non conuenit, signa cecinere. Constat utriusq; confessione nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari, hoc Scipio de hanniba lis, hannibal de Scipionis exercitu predicauerunt. Sed tamen hannibal cessit, præmiumq; uictoriæ africa fuit & secutus africam terrarum orbis.

Bellum Macedonicum Primum.

P
Ost carthaginem uinci neminem puduit, secutæ sunt statim africam gentes macedonia, græcia, syria, cæteraq; omnia quodam quasi æstu & torrente fortunæ sic primi omniũ macedones, affectator quondam imperij populus. Itaq; quamuis tunc Philippus regno præsideret, romani tamen dimicare sibi cum rege Alexandro uidebantur. Macedonicũ bellũ nomine amplius, quam spectatiõe gentis fuit. Causa cœpit a fœdere philippi, quo rex iampridẽ dominãtem in italia hãnibalem sibi sociauerat, postea creuit implorantibus athenis auxiliũ contra regis iniurias cum ille ultra ius uictoriæ in templa, aras, & sepulchra ipsa sæuiret. Placuit senatui opem tãtis ferre supplicibus, quippe iã gentiũ reges, duces, populi, nationes pŝidia sibi ab hac urbe petebant, primo igitur Liuino consule populus romanus Ioniũ mare ingressus, tota græciæ littora ueluti triumphanti classe peragrauit, spolia quippe siciliæ, hyspaniæ, sardiniæ, africæ præferebat. Et manifestã uictoriã nata in prætoria quippe laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxiliũ Attalus rex pergamorum, Aderant Rhodij nauticus populus, quibus a mari consul a terris omnia equis uiribusq; quatiebat bis uictus rex, bis fugatus, bis exutus castris, cum tamen nihil terribilius macedonibus fuit ipso uulnerum aspectu, quæ non spiculis, neq; sagittis, nec ullo græculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladij ultra mortem patebant. Enim uero Flaminio duce inuios antea chaonum montes. Indumque amnem per abrupta uadentem, & ip

sa macedoniæ claustra penetrauimus, introisse uictoriæ fuit. Nã postea nunq̃ ausus cõgredi rex ad tumulos, quos cynocephalas uocant, uno ac ne hoc q̃dẽ iusto prælio opprimit, et illi q̃dẽ cõsul pacẽ dedit, regnũq̃ concessit, mox nequit esse hostile thebas, & Euboeã, & grassantẽ sub Nibide suo lacedæmona cõpescuit. Græciæ uero ueterẽ statũ reddidit, ut legibus uiueret suis, & a uita libertate frueret. Quæ gaudia? q̃ uociferatiões ferũt? Cũ hoc forte Nemeæ in theatro quinquẽnalibus ludis a p̃cone caneret, quo certauere plausu? q̃d florũ in cõsulẽ ꝓfuderũt? et iterũ iterũq̃ præconẽ repetere illã uocẽ iubebãt, qua libertas achaiæ pronũciabatur, nec aliter illa consulari sentẽtia, q̃ modulatissimo aliquo tibiarũ, aut fidum cantu fruebãtur.

Bellum Syriacum Regis Antiochi.

m Acedoniã statim & regem Philippũ Antiochus excepit quodam casu, quasi industria sic a gubernante fortuna, ut quẽadmodum ab africa in europam, sic ab europa in asiam ultro se suggerentibus causis imperium procederet, & cum terrarum orbis sit, ipse ordo uictoriarũ nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellũ fuit, quippe cum persas & orientem Xerxẽ, atq; Darium Cogitarẽt quãdo perfossi intui mõtes, quando uelis opertum mare nunciaretur, ut hoc cœlestes minæ territabant, cũ humore cõtinuo cumanus Apollo sudaret, sed hic fauẽtis asiæ suæ numinis timor erat, sed nec sane uiris, opibus, armisq; quicquã copiosius syria, sed in manibus tã ignaui regis inciderat, ut nihil fuerit in Antiocho speciosius, quã q̃ a romanis uictus est. Im-

pulere regē in id bellū illinc Thoas etholiæ priceps, inhonoratā apud romanos quærēs aduersus macedonas militiæ suæ societatē, hic Hānibal q in Africa uictus pfugus, et pacis impatiēs hostē populo romano toto orbe quærebat, & qd' illud fuisset periculum si se cōsilijs eius rex tradidisset, si asiæ uiribus usus fuisset miser Hannibal? Sed rex suis opibus & nomine regio fretus satis habuit bellū mouere. Europa iā dubio procul iure ad romanos pertinebat. Hic lysimachiā urbem in littore tracio positam a maioribus suis Antiochus ut hæreditario iure repetebat. Hoc uelut sydere asyatici belli mota tēpestas & maximus regū conuentus fortiter indixisse bellū, cum ingenti strepitu, ac tumultu mouisset ex asia. Occupatis statim insulis græcisq; littoribus, ocia & luxus tāq̄ uictor agitabat. Eubocā insulam continēti adhærētem tenui freto, reciprocantibus aquis Euripus abscidit. Hic ille positis aureis sericisq; tentorijs, sub ipso freti murmure cum inter fluenta tibijs fidibusq; concineret, collatis undiq; quāuis per hyemē rosis ne cū aliquo ducū genere agere uideretur, uirginum puerorumq; delectus habebat. Talem ergo regem iam sua luxuria debellatum populus Roma. Acilio glabrione consule in insula aggressus, ipso statim aduētus sui initio cœgit ab insula fugere. Tam præcipitē apud thermopylas assecutus locū. ccc. laconū speciosa cedæ memorandū, ne ibi quidem fiducia loci resistentē mari ac terra cædere cœgit. Statim & e uestigio itur in syriam classis regia Polixenidi Hānibaliq; commissa. Nam rex prælium nec spectare poterat. Igitur duce

Emilio regillo ad remigantibus rhodiis tota lacerata. Ne sibi placeant Athenæ in Antiocho uicimus Xerxem, in æmilio Alcibiadem æquauimus, ephesiis Salamina pensauimus. Consule Scipione cui frater ille modo uictor carthaginis africanus uoluntaria legatione aderat, debellari regem placet, & iam toto cesserat mari, sed nos imus ulterius meandrum ad amnem montemque sypilum castra ponuntur. Hic rex incredibile dictu quibus auxiliis, quibus copiis cõsederat, trecenta milia peditum, falcatorumque curruum non minor numerus, elephantis ad hoc immẽsæ magnitudinis auro purpura argento & suo ebore fulgentibus, aciem utrinque uallauerat, sed hæc omnia prepedita magnitudine sua, ab hoc imbre, qui subito superfusu mira fœlicitate persicos arcus corruperat, primũ trepidatio, mox fuga, dehinc triũphus fuerunt. Victo et supplici pacẽ atque partem regni dati placuit, eo libẽtius, quod tam facile cessisset.

Bellum Etholicum.

Syriaco bello successit, ut debebat, etholicũ uicto quippe romanus Antiocho, faces Asiatici belli persequebatur. Ergo Fuluio nobiliori mandata ultio est. Hic protinus caput gentis ambraciã regiam Pyrrhi machinis quattit, secuta deditio. Aderant etholorũ precibus attici, rhodii, & memineramus auxilii, sic placuit ignoscere, serpit, tamẽ latius in proximos bellum, omnemque late Cephaloniam, Zacynton, & quicquid insularum in eo mari inter ceraunios montes, iugũque Maleum etholici belli accessio fuerunt.

Bellum Histricum.

h Istri sequuntur etholos, quippe bellantes eos nup adiuuerāt, & initia pugnae psper a hosti fuerunt, eademq; exitiū causa. Nā cum Cnei Manlij castra cœpissent opimaeq; praedae incubarent, epulantes, ac ludibūdos plærosq; aut ubi essent prae poculis nescientes. Appius pulcher inuadit sic cum sanguine & spiritu male partam reuomere uictoriam. Ipse rex apulo equo impositus, cum subinde crapula, & capitis errore lapsaret, captum sese uix & aegre postquam experrectus est, didicit.

Bellum Gallograecum.

g Allograeciā quoq; syriatici belli ruina cōuoluit, fuerant inter auxilia regis Antiochi, an fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos uisos simulauerit dubium certe, negatus est uictori triumphus, quia causam belli non approbauit senatus. Caeterum gens gallograecorum sicut ipsum nomen indicio est, mixta & adulterata est, reliquiae gallorum quibus etiam Brenno duce uastauerūt graeciam, mox oriētem secuti, in media asiae parte sedere. Itaq; ut frugum semina mutato sole degenerant, sic illa genuina feritas eorum asiatica amœnitate mollita est. Duobus itaq; praelijs fusi fugatiq; sunt, quāuis sub aduentu hostes rectis sedibus in altissimos se montes recepissent, solostologiorum tectosagiam insederant, utrinq; fundis sagittisq; acti in perpetuā se pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere cum cathenas morsibus & ore tentassent cū effocandas inuicem fauces prebuissent. Nam Orgiagontis

regis uxor a centurione stuprũ passa, memorabili exẽplo custodiã euasit. Reuulsumq; militis caput ad maritum suum rettulit.

Bellum macedonicum Secundum.

Vm aliæ aliæq; gentes syriaci belli sequũtur ruinã macedonia se rursus erexit, fortissimũ populũ mẽoria et recordatio suæ nobilitatis agitabat, & successerat philippo filius Perses, qui semel in perpetuũ uictã esse macedoniã nõ putabat ex gentis dignitate, multo uehemẽtius sub hoc macedones q̃ sub patre consurgunt, quippe thraces ĩ uires suas traxerant, Atq; ita industria macedonũ, uiribus thracum, disciplinã macedonicã tẽtauere. Accessit his consiliũ ducis, qui situm regionũ suarũ summo speculatus Hemo, positis per abrupta castris, ita macedoniã suis armis, ferroq; uallauerat, ut non reliqsse aditum, nisi a cœlo uenturis hostibus uideretur. Nam Marcio Philippo consule, eam prouinciã ingressus populus romanus exploratis diligenter accessibus, p Astrudẽ paludẽ, per acerbos dubiosq; tumulos illa q̃ uolucribus quoq; uidebantur inuia accessit, regẽq; securum & nihil tale metuentem subita belli eruptione terruit cuius tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare iusserit mergi ne periret, classem cremari, ne incenderetur. Paulo consule cum maiora & crebra essent ĩposita præsidia, per alias uias macedonia depressa est. Summa quidẽ arte & industria ducis, cum alias minatus, alias irrepsisset cuius aduẽtus ĩpe co terribilis regi fuit, ut interesse non auderet, sed gerenda ducibus bella mandauerit, Absens ergo uictus

fugit in maria, insulamque samothracē, fretus celebri regione quasi templa & arae possent defendere, quē nec mōtes sui nec arma potuissent. Nemo regum diutius amissae fortunae conscientiā retinuit, supplex cū scriberet ad imperatorem, ab illo quo cōfugerat tēplo nomēque epistolae notaret suū, regem addidit. Sed nec reuerentior captae maiestatis alius paulo fuit cū incōspectu uenisset hostes in tēplum recepit, & in conuiuijs adhibuit, liberosque admonuit suos, ut fortunā (cui tātum liceret reuerent. Inter pulcherrimos hūc quoque populus romanus de macedonia duxit atque uidit triūphum, quippe cuius spectaculo triduū impleuerit. Prima die signa tabulasque. Sequēs arma, pecunias trāsuexit. Tertius captiuos, ipūmque regē attonitū adhuc tanque subito malo stupentē. Sed multo prius gaudiū uictoriae populus romanus quā epistolis uictoris percepat. Quippe eodē die quo uictus est Perses in macedonia Romae cognitum ē. Duo iuuenes candidis equis apud Iuturnae lacū puluerē & cruorē abluebant. Hi nūciauere Castorē et pollucē fuisse, creditū uulgo quod gemini fuissent, intefuisse bello, quod sanguine maderent, a macedonia uenire, quod adhuc anhelarent.

Bellum Illyricum.

m Acedonici belli contagio traxit illyricos, ipsi quidem ut romanū a tergo distringerent, a Perse rege conducti pecunia militauere, sine mora ab Antio praetore subigunt, Loscordā caput gentis delesse suffecit. Statim secuta deditio est, denique hoc bellum ante finitum est quam geri Romae nunciaretur.

Bellum Macedonicũ Tertium.

q Vodam fato quasi ita conuenisset inter pœnos & macedonas, ut tertio quoq; uincerẽtur Eodẽ tẽpore utriq; arma mouere. Sed prior iugum excutit macedo, aliquãto q̃ ante grauior, dum cõtemnitur. Causa belli ppe erubescẽda, quippe regnum pariter & bellũ uir ultimæ sortis Andriscus inuaserat, dubiũ liber an seruus, mercẽnarius certe, sed quia uulgo Philippus & similitudine pseudo Philippus uocabatur, regiam formã, regium nomẽ, animo quoq; regio impleuit. Igitur dum hæc ipsa cõtemnit, populus romanus Iuuentio pretore contentus uirum non macedonicis modo sed thraciæ quoq; auxiliis ingentibus ualidũ, temere tentauit. Inuictus quoq; non a ueris regibus, sed ab illo imaginario & scenico rege superatus. Sed consule Metello, amissum cum legione prætorem plenissime ultus est. Nam & macedoniam a seruitute mulctauit & ducem belli debitũ ab eo, ad quem confugerat thraciæ Regulo, in urbem in cathenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis suis indulgente fortuna, ut de eo populus romanus quasi de rege uero triumpharet.

Bellum Punicum Tertium.

t Ertium cum africa bellũ & tẽpore exiguum fuit nam quadriẽnio patratum est, & in comparatione priorum, minimũ labore, non enim tam cum uiris, q̃ cum ipsa urbe pugnatum est, sed plane maximo euentu, quippe tandem Carthago finita est. Atque si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum est bellum,

profligatũ secundo, tertio uero confectum est. Sed hu ius causa belli, ꝙ contra fœderis legem aduersus numidas quidem, semel parasset classem & exercitum, frequens autem masinissæ fines territabat, sed huic bono socioq́; regi fauebatur, cum bellũ sedaret, de belli fine tractatum est. Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem, & cum de alio consuleretur, pronunciabat Scipio nassica seruandam ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriari fœlicitas urbis inciperet. Medium senatus elegit, ut urbs tantũ loco moueretur, nihil enim speciosius uidebatur, ꝙ̃ esse Carthaginem, quæ non timeretur, Igitur manilio censorinoq́; consulibus, populus romanus aggressus Carthaginem, spe pacis iniecta, traditam a uolentibus classem sub ipso ore urbis incendit. Tum euocatis principibus, si salui esse uellēt ut migrarent finibus imperatũ quod pro rei atrocitate adeo mouit iras, ut extrema malent. Comploratũ igitur publicæ statim, & pari uoce clamatum est ad arma, seditq́; sententia quoquo modo rebellandũ, non quia spes ulla iam superesset, sed quia patriam suam malent hostiũ ꝙ̃ suis manibus euerti. Qui rebellãtium fuerit furor, uel hinc intelligi pōt, ꝙ in usum nouæ classis tecta domusq́; resciderunt, & in armorum officinis, aurũ, & argentũ ꝑ ære ferroq́; cōflatũ est, in tormētorũ uincula matronæ crines suos contulerunt. Mãcino deinde cōsule terra mariq́; feruebat obsidio, operis portus nudatus, & primus, et sequens iã murus, cũ tantũ Byrsa quod nomē arci fuit, quasi altera ciuitas resistebat. Quãuis ꝓfligato urbis excidio, tñ fatale Aphrice nomē Scipionũ uidebatur.

Igitur in alium Scipionẽ conuersa respublica finem
belli reposcebat. Hunc paulo Macedonico procreatũ,
africani illius magni filius id decus gentis assumpse
rat. Hoc scilicet fato, ut quam urbẽ cõcusserat, auus ne
pos euerteret. Sed quã maxime mortiferi esse morsus
solent morientium bestiarum, sic plus negocij fuit cũ
semirupta ciuitate Carthagine, quã integra. Cõpul-
sis in unam arcem hostibus, portũ quoq; maris roma-
nus obsederat. Illi alterum ibi portũ ab alia urbis par
te foderunt, nec ut fugerent, sed quia nemo illos nec
euadere posse credebat. Inde quasi enata subito clas-
sis erupit, tũ interim iã diebus iã noctibus, noua ali-
qua moles, noua machina, noua perditorũ hominum
manus, quasi ex obruto incendio subita, de cineribus
flãma prodibat. Deploratis nouissime rebus. xl. se mi-
lia uirorũ dediderunt (quod minus credas) duce Has
drubale, q̃to fortius fœmina & uxor ducis, quæ com
præhensis duobus liberis a culmine se domus in me-
dium misit incendiũ, imitata reginã quæ carthaginẽ
condidit. Quanta urbs deleta sit, ut de cæteris taceam
uel ignium mora probari potest, quippe per continu
os decẽ & septẽ dies uix potuit incendium extingui,
quod domibus ac templis suis sponte hostes immise-
rant, ut quatenus urbs eripi romanis non poterat, triũ
phus arderet.

Bellum Achaicum.

q Vasi sæculũ illud euersionibus urbium
curreret, ita carthaginis ruinã statim Co-
rynthos excepit, achaiæ caput græciæ de-
cus, inter duo maria Ionium & Aegeũ quasi specta-

culo exposita, hæc (facinus indignum) ante oppressa est q; in numerũ certorum hostium referretur. Critholaus causa belli, qui libertate a romanis data, aduersus ipsos usus est. Legatos romanos, dubium an & manu certe oratiõe uiolauit. Igitur Metello ordinãti, cui tum maxime macedoniæ mandata est ultio, & huic achaicum bellum ad primã Critholai manum metellus consul per patentis helide campos toto cecidit alpheo, & uno prælio peractum erat bellũ, iam & urbem ipsam terrebat obsidio. Sed fato rerum, cum Metellus dimicasset ad uictoriam Mumius uenit. Hic alterius ducis dignitate exercitũ sub ipsis Isthmi faucibus fudit, geminosq; portus sanguine infecit, tum ab incolis deserta ciuitas direpta primũ, deinde tuba precinente deleta est. Quid signorũ? quid uestium? quid uc tabularum raptum, incensum, atq; proiectum est? Quãtas opes & abstulerit, & cremauerit, hinc scias, q quicquid corinthi æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse cõperimus. Nam & æris notam præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulacris, æris, auri, argentiq; uenæ in cõmune fluxere.

Res in Hyspania gestæ.

u T carthaginẽ corinthos, ita corynthũ Numantia secuta ẽ, nec deinde toto orbe quicq; tantũ in armis fuit. Post illa duo clarissima urbium incẽdia late atq; passim, nec per uices, sed simul pariter, quasi unum undiq; bellum fuit, prorsus utile, quasi agitantibus uentis diffudisse quædam belli incendia toto orbe uideretur. Hyspaniæ nunq;

animus fuit aduersus nos uniuersæ consurgere, nūq̃ conferre uias suas libuit, neq; aut imperare, aut libertatem tueri suā publice alioquin ita undiq; mari pyreneoq; uallata est, ut ingenio situs nec adiri q̄dē potuerit. Sed ātea a romanis obsessa est, q̃ seipsa cognosceret, et sola oīm ꝓuinciarum uires suas, postq̃ uicta est, intellexit. In hac ꝑpe ducētos per annos dimicatū est a primis scipionibus in primum Cæsarem Augustum. Non cōtinue nec coherēter, sed prout lacesserāt. Nec cum hyspanis initio, sed cum pœnis in hyspania. Inde contagio & series causaq; bellorum. Prima per pyrenū iugū signa romana. P. & Cn. Scipiones intulerunt, prælijsq; ingētibus Hānonē & Hasdrubalē fratrē Hānibalis ceciderūt, raptaq; erat īpetu hyspania, nisi fortissimi uiri in ipsa sua uictoria oppressi, punica fraude cecidessent, terra mariq; uictores. Igit̄ quasi nouem integrāq; prouinciā ultor patris & patrui Scipio ille mox africanus inuasit. Isq; statim capta carthagine et alijs urbibus nō contentus pœnos expulisse, stipēdiariā nobis ꝓuinciā fecit. Omnē citra ultraq; hyberū subiecit imperio, primus romanorū ducū uictor ad gades et oceani oram peruenit plus etiā prouinciā retinere, q̃ facere. Itaq; ꝑ partes iam huc iam illuc missi duces, qui ferocissimas, & ad id temporis liberas gentes ideo impatiētes iugi, multo labore nec incruentis certaminibus seruire docuerunt.

Ato ille Censorinus Celtiberos id est robur hyspaniæ aliq̄d prælijs fregit. Gracchus pater ille Gracchorum eosdem. c. & l. urbium euersiōe mulctauit. Metellus ille qui ex ma

cedonia cognomen meruerat et celtibericus fieri, cum & contrebiam memorabili cœpisset exemplo & uer sobrigis maiori gloria, pepercit. Lucullus turdullos, atque uacceos, de quibus Scipio ille posterior singulari certamine cum a rege fuisset prouocatus opima retu lerat Decius Brutus aliquanto latius celticos lusitanosque, omnis galatiæ populus, formidatumque militibus flu men obliuionis, peragratoque uictor oceani littore, nõ prius signa cõuertit, quam cadentẽ in maria solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegũ metu, & horrore depræhendit. Sed tota certaminũ moles cum Lusitanis fuit, et Numantinis, nec immerito, quippe solis gentium duces contigerũt, fuisset et cum oĩbus celtiberis, nisi dux illius motus initio belli op pressus esset. Sed summus uir astutus et audaciæ si re cessisset Salõdicus qui hastam argenteã quatiẽs uelut cœlo missam, uaticinãti similis omniũ in se mentes cõ uerterat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra cõ sulis adisset, iuxta territoriũ ipsum pilo uigilis exce ptus est. Cæterũ lusitanos Viriatus erexit, uir callidi tatis acerrimæ, qui ex uenatore latro, ex latrone subito dux, atque imperator, & si fortuna cessisset hyspa niæ Romulus non contentus libertatẽ suorum defen dere per. xiiii. annos omnia citra ultraque hyberũ & ta gũ igni ferroque populatus, castra etiã prætoriorũ & præsidiũ aggressus, Claudiũ unimanũ pœnæ ad in ternitionẽ exercitus cecidisset. Insignia thrabeis et fa scibus nostris, quæ cœperat, in mõtibus suis trophæa fi xisset. Tãdẽ etiã Fabius maximus cõsul oppresserat, sed a successore Põpilio uiolata uictoria est, quippe qui cõ

ficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema de-ditionis agitantē, per fraudē et insidias, & domesticos percussores aggressus hanc hosti gloriā dedit, ut uideretur aliter uinci non potuisse.

Bellum Numantinum.

n Umātia q̄ntum Carthaginis, Capuæ Corinthi, opibus inferior, ita uirtutis noīe et honore par omnibus summumq; si uiros æstimes hyspaniæ decus quippe quæ sine muro sine turribus, modice ædito in tumulo apud situata quattuor milibus celtiberorū. xl. exercituū per annos. xiiij. sola sustinuit. Nec sustinuit modo, sed sæuius aliquāto pertulit, pudendis fœderibus affecit. Nouissime cū inuictam esse constaret, opus quoq; eo fuit, qui carthaginem euerterat. Non temere, si fateri licet ullius causa belli iniustior, Segidēses socios & consanguineos romanorū manibus clausos exceperant, habita pro eis deprecatio nihil ualuit, cum se ab omni bellorū contagione remouerent, in legitimi fœderis præcium iussi arma deponere, hoc sic a barbaris acceptum quasi manus abscinderentur. Itaq; statim Megara uicto fortissimo duce ad arma conuersi. Pōpeium prælio aggressi, fœdus tamē maluerunt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinū hunc quoq; assiduis cædibus ita subegerūt, ut ne oculos quidē aut uocem numantini uiri quisq̄ sustineret, tamen cum hoc quoq; fœdus maluere contenti armorū manubijs, cum ad internitionem sæuire potuissent. Sed nō minus numantini q̄ caudini illius fœderis flagrans ignominia, ac pudore populus romanus. Dedecus quidem præsentis

flagitij deditione, Mancini expiauit. Cæterum duce scipione carthaginis incendijs ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem excanduit, sed tunc acrius in castris qui campo in nostro cum milite, quam cum numantino præliandum fuit, quippe assiduis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti, ferre plenius uallum qui arma nescirent, luto inquinari, qui sanguine nolent, iubebantur ad hoc scorta, & calones, sarcinæ nisi ad usum necessariæ amputãtur tanti esse exercitum, quãti imperatorem uere proditum est. Sic redacto in disciplinam milite cõmissa acies, quodque nemo uisurum se unquam sperauerat, factum est, ut fugientes numãtinos quisque uideret. Dedere etiam sese uolebant, si toleranda uiris imperarentur. Sed cum scipio ueram uellet & sine exceptione uictoriam, eo necessitatum compulsi, primum ut destinata morte in prælium ruerẽt, cum sese prius epulis quasi inferijs implesent, carnis semicrudæ & cæliæ, sic uocant indigenæ ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore consilium. Itaque non est permissa pugna morituris. Cum fossa atque lorica quattuorque castris circundatos famæ premeret, ab duce orantes prælium, ut tanquam uiros occideret, sed ubi non impetrabant, placuit eruptio, sic conserta manu plurimi occisi, & cum urgeret fames aliquantisper inde uixere. Nouissime consilium fugæ sedit, sed hoc quoque ruptis æquorũ cingulis uxores ademere summo scelere per amorem. Itaque etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furoremque conuersi, postremo mori hoc genere destinarunt. Duces suos, seque patriamque ferro, & ueneno, subiectoque

undiq; igne peremerunt. Macte esse fortissimam & meo iudicio beatissimã in ipsis malis ciuitatẽ, asseruit cũ fide socios, populũ orbis terrarũ uiribus fultũ, sua manu ætate tã lõga sustinuit. Nouissime maximo duce oppressa ciuitas, nullũ de se gaudiũ hosti reliquit. Vnus enim uir numãtinus nõ fuit, qui in cathenis duceretur præda ut de pauperibus nulla arma, cremauerunt, triumphus fuit tantum de nomine.

b Actenus populus romanus pulcher egregius, pius, sanctus, atq; magnificus, reliqua sæculi ut grandia æque, ita uel magis turbida, & fœda crescentibus cũ ipsa magnitudine imperij uitijs, adeo ut si quis hãc tertiã eius ætatẽ trãsmarinã (quã ducẽtorũ annorũ fecimus) diuidat, cẽtũ hos priores, qbus africã macedoniã, siciliã, hyspaniã domuit, aureos sicut poetæ canũt, iure meritoq; fateãt. Centũ sequẽtes ferreos, plane et cruẽtos & si qd immanius. Quippe qui iugurtinis cymbricis, mithridaticis, parthicis, bellis gallicis, atq; germanicis, quibus cœlũ ipsum gloria ascẽdit. Gracanas, drusianasq; cædes, ad hæc seruilia bella miscuerũt, & ne quid turpitudini desit, gladiatoria deniq;, in se conuersis marianis atq; syllanis, nouissime Pompei et Cæsaris manibus, quasi p rabiẽ et furorẽ et nephas semetipse lacerauit, quæ si inuoluta inter se sunt omnia atq; cõfusa tamen quo melius appareant simul, & ne scelera uirtutibus obstrepãt, separatim proferẽtur, priusq; ut cœpimus iusta illa memorabimus, ut & pia cum exteris gentibus bella magnitudo crescẽtis indies imperij appareat, tum ad illa ciuium scelera,

turpesque & impias pugnas reuertemur.

Bellum Asiaticum

Ista ad occasum hyspania, populus romanus ad orientem pacem agebat nec pacem modo, sed inusitata & incognita quadam fœlicitate relictæ regiis hæreditatibus opes & tota insimul regna ueniebāt. Attalus rex pgamorum regis Eumenis filius socii quondam commilitonisque nostri testamentū reliquit, po. ro. bonorum meorum æres esto, in bonis regis hæc fuerunt, addita igitur hæreditate prouinciam populus Romanus non quidem bello, nec armis, sed quod est æquius testamenti iure retinebat, sed hanc difficile dictu est utrū facilius ammiserit populus Romanus, an recuperauerit Aristonicus regi sanguinis ferox iuuenis urbes regibus parere consuetas partim facile sollicitat, paucas resistentes Mindum Samon Colophonem ui recepit. Crassi quoque pretoris cædit exercitum, ipsum quoque cœpit. Sed ille memor & familiæ & Romani nominis custodem sui barbarum uirgula excecat, in exitium sui quod uolebat, ita concitat. Mox a perpenna domitus, & captus, & per deditionem in uinculis habitus. Aquilius asiatici belli reliquias confecit mixtis (nephas) ueneno fontibus ad deditionem quarundam urbium, quæ res ut maturam, ita infamem fecit uictoriam, quippe cum contra fas deum moresque laborum medicaminibus impuris in id tempus sacrosancta romana arma uiolasset.

Lucii Flori Epithoma Liber Tertius incipit.

bellũ iugurtinum

b Et ad orientem sed nõ ad Meridionalem plagam eadem quies. Quis speraret post carthaginem aliquod in africa bellũ? At qui non leuiter se numidia cõcussit, & fuit in Iugurta quod post Hannibalẽ timeret, quippe rex callidissimus populũ romanum armis inclytum, & inuictũ opibus aggressus est, & citra spem omnium fortuna cessit, ut rex fraude pcipuus fraude caperet. Hic auo Masinissa et Nicypsa patre p adoptionẽ cũ iterficere fratres statuisset agitatus regni cupiditate, nec illos magisq̃ senatũ, populũq; romanũ, quorũ in fide & cliẽtela regnũ erat metueret primũ scelus mãdat insidijs, potitusq̃ Hiẽpsalis capite, cũ se in Adherbalẽ cõuertisset, isq̃ romã profugisset, missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam senatum, & hæc fuit de nobis eius prima uictoria. Missos deinde qui regnum inter illum Adherbalemq̃ diuiderent, similiter aggressus cũ in Scauro ipsos romani imperij mores expugnasset inchoatũ nephas perfecit audacius. Sed diu non latent scelera, corruptæ nephas legationis erupit, placuitq; bello persequi parricidã. Primus in numidã Calfurnius Bestia consul immittitur. Sed rex pmonitus fortius aduersus romanos durũ esse q̃ ferrũ, pacem emit. Cuius flagitij reus cum interueniẽte publica fide a senatu accersiretur, pari audacia & uenit, & competitorem imperij Masinissæ. Masinissam immisso percussore confecit. Hæc altera contra regẽ fuit causa bellandi. Igit̃ sequẽs ultio mãdatur Albino. Sed huius quoq; (ph dedecus) ita corrupit exercitũ, ut uolũtaria nostrorũ fuga uinceret. Numida, ca

ſtriſq; potiretur,addito etiã turpi fœdere in preciũ ſa
lutis quẽ quod prius emerat dimiſit exercitũ.Eodẽ tẽ
pore in ultionẽ non tã imperij romani quam pudoris
Metellus aſſurgit,qui callidiſſime hoſtẽ nũc ꝑcibus,
nunc minis iã quaſi ſimulata uera fuga eludntẽ arti
bus ſuis aggreſſus eſt.Agrorũ atq; uicorũ populatiõe
contẽtus,in ipſa numidiæ capita impetũ fecit,& Za
mã quidẽ fruſtra diu uoluit.Cæterũ thalẽ grauẽ ar
mis theſauroq; regis diripuit.Tunc urbibus exutũ re
gẽ,etiã finiũ ſuorũ regniq; fugitiuũ per mauros,atq;
getuliã ſequebat̃, poſtremo marius auctis admodũ co
pijs cũ pro obſcuritate generis ſui capite cenſos ſacra
mento adegiſſet,iã fuſum & ſauciũ regẽ adortus,nõ
facilius tamen uicit, quã ſi integrũ & recẽtem.Hinc
& urbẽ Herculi conditã Capſam in media africa ſi
tam anguibus areniſq; uallatã,mira quadã fœlicita
te ſuperauit,& ſaxeo inditã monti Mulucã urbẽ per
ligurẽ aditu arduo inacceſſoq; penetrauit,mox non
ipſum modo,ſed Bocchũ mauritaniæ regẽ iure ſan
guinis numidiã uindicantẽ apud oppidũ Cirthã gra
uiter cecidit.Qui ubi diffiſus rebus ſuis alienæ cladis
acceſſio fieri timet,preciũ fœderis atq; amicitiæ regẽ
facit.Sic fraudulẽtiſſimus regũ fraude ſoceri ſui in
inſidias deductus eſt,& Syllæ in manũ traditus,tan
demq; opertũ cathenis Iugurtã in triũpho populus ro
manus aſpexit, ſed ille quoq; quamuis uictus et uin
ctus uidit urbem , quam uenalem & quandoq; peri
turã , ſi habuiſſet emptorem fruſtra cecinerat, tamen
ut uenalis fuiſſet, habuit emptorem , & cũ ille non
euaſerit, certum erit eam non eſſe perituram.

Bellum Allobrogicum.

s Ic ad meridiem populus Romanus, multo atrocius & multipliciter, & magis a septẽtrione; sæuientẽ, nihil hac plaga infestius, atrox cœlum peruicaci ingenio. Omni igitur tractu uiolentus hostis a dextris, atq; leuis, et medio septentrionis erupit, prima trãsalpes arma nostra sensere Salij, cum de incursionibus eorum fidissima atq; amicissima ciuitas Massilia quæreretur. Allobroges deinde, & Aruerni, cum aduersus eos similes eduorũ q̃relæ opem & auxiliũ nostrũ flagitarent, uariusq; uictoriæ testis Isara & uindelicus amnis, et impiger fluminũ Rhodanus maximus barbaris terror elephãti fuere imanitati gentiũ pares. Nihil tam conspicuũ in triumpho q̃ rex ipse bis uisus discoloribus in armis argenteoq; carpento, qualis pugnauerat, utriusq; uictoriæ quod quantũcunq; gaudiũ fuerat, uel hinc extimari potest q̃ & Domitius Enobarbus & Fabius maximus ipsis quibus dimicauerãt locis saxeas erexere turres, & desuper exornata armis hostilibus trophea fixere. Cum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nũq; enĩ populus romanus hostibus domitis uictoriam suam exprobrauit.

Bellum Cymbricũ Theutonicum Ac tigurinũ.

c Ymbri, theutoni, atq; tigurini ab extremis galliæ profugi cum terras eorũ inundasset oceanus, nouas sedes toto orbe quærebant, exclusiq; ex gallia, & hyspania, cum in italiã remigrarent, miserunt legatos in castra Syllani, inde ad senatum petentes, ut martius populus aliquid sibi

terræ daret, quasi stipendium, cæterum ut uellet manibus atq; armis suis uteretur. Sed quas daret terras Po. Ro. agrariis legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur quod nequiuerant præcibus armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Syllanus, nec secundum Manilius, nec tertium Cepio sustinere potuerunt. Omnes fugati, exuti castris, actum erat nisi Marius illo sæculo cõtigisset. Ille quoq; nõ ausus congredi, statim militem tenuit in castris, donec inuicta illa rabies, & impetus, quẽ pro uirtute barbari habent, cõsenesceret. Recessere igitur increpantes, (tanta erat capiendæ urbis fiducia) cõsulẽtes si qd ad uxores suas mandarẽt. Nec segnius, q̃ minati fuerant tripartito agmie per alpes, id est claustra italiæ ferebantur Marius mira statim uelocitate occupatis cõpẽdijs præuenit hostẽ. Prioresq; Teutonas sub ipsis alpium radicibus assecutus, in locum quem aquas sextias uocãt, qua fide numinũ p̄lio oppressit. Vallẽ fluuiũq; hostes tenebãt, nostris aquarũ nulla copia, cõsulto ne id egerit. Imp̄ator, an errorẽ in consiliũ uerterit, dubium. Certe necessitate acta uirtus causa uictoriæ fuit. Nam flagitãte aquã exercitu, uiri inquit estis, en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatum est, eaq; cædes hostium fuit, ut uictor romanus de cruento flumine nõ plus aquæ biberit, quam sanguinis Barbarorũ certe rex ipse Teutobochus quaternos senosq; equos transire solitus, uix unum cum fugeret ascendit, proximoq; in saltu compræhensus, insigne spectaculum fuit, quippe uir proceritatis eximiæ super trophea ipsa eminebat. Sublatis funditus theutonis, in cym-

bros cõuertitur. Hic iam qui crederet per hyemẽ, quæ altius alpes leuat, tridẽtinis iugis in italiam prouoluti ruina descenderẽt athesim flumẽ non ponte nec nauibus, sed quadã stoliditate barbarica, primũ corporibus aggressi, postq̃ retinere amnẽ manibus, & clypeis frustra tentauerãt, ingesta obrutũ silua trãsiluere, & si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset. Sed in Venetia quo fere tractu Italia mollissima est ipã soli cæliq; clemẽtia robur elanguit ad hoc panis usu carnis coctæ, & dulcedine uini mitigatos Marius in tempore aggressus est, iam diem pugnæ a Mario imperatore petierunt, & sic proximũ dedit. In patentissimo, quem caudiũ uocant campo ꝑcurrere milia deinde ad. lx. ceciderũt, hinc minuis tertio, per omnẽ diem conciditur, barbaris. Isti quoq; imperator addiderat uirtuti dolum secutus Hannibalẽ artemq; cannarũ primũ nebulosum nactus diẽ, ut hosti inopinatus occurreret, tũ uentosum quoq;, ut puluis in oculos & ora ferretur. Tum acie conuersa in orientem, ut quod ex captiuis mox cognitum est ex splẽdore galearum, ac repercussu, quasi ardere cœlum uideretur. Nec minor cum uxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuit, cum obiectis undiq; plaustris, atq; carpẽtis, alte desup quasi e turribus lanceis, contisq; pugnarent, perinde plus speciosa mors earũ fuit q̃ pugna. Nam cum missa ad marium legationẽ, libertatẽ ac sacerdotium non impetrassent, nec fas erat suffocatis, elisisq; passim infantibus suis, aut mutuis concidere uulneribus, aut uinculo e crinibus suis facto, ab arboribus iugisq; plaustrorũ pependerunt. Celeus rex in

acie dimicans impigre, nec inultus occubuit. Tertia tigurinorũ manus, quæ quasi in subsidio noricos insederat alpium tumulos, in diuersa lapsi fuga ignobili, & latrocinijs euanuit. Hunc tam lætum tamq; fœlicem libertatis italiæ assertiq; imperij nunciũ nõ per homines, ut solebat, populus accepit, sed per ipos (si credere fas est) deos. Quippe eodem die quo gesta res est, uisi pro æde Castoris & pollucis, iuuenes laureati p̃tori litteras dare, frequẽsq; in spectaculo rumor uictoriæ cymbricæ, fœliciter dixit. Quod quid admirabilius? quidq; insignius fieri potest? Quippe uelut elata montibus suis roma spectaculo belli interesset, quod in gladiatoria munere fieri solet, uno eodemq; momento cũ in acie cymbri occumberent, populus in urbe plaudebat.

Bellum Thracium.

P Ost macedonas (sic dijs placet) thraces rebellabant, ipi quondã tributarij macedonũ, neci p̃ximas modo p̃uincias cõtenti incurrere, thessalicã atq; dalmaciã in adriaticũ mare usq; uenerũt, eoq; fine contenti quasi interueniẽte natura, contorta in ipsas aquas tela miserũt. Nihil interim per id omne tẽpus residuũ crudelitatis fuit in captiuos sæuientibus, litare dijs sanguine hũano, bibere in ossibus capitũ, & huiuscemodi ludibrio fœdere mortem tam igni q̃ fumo. Parthus quoq; grauidarũ extorquere tormẽtis sæuissimi omniũ thracũ Scodici fuere. Sed caliditas quoq; ad robur accesserat, siluarũ & montiũ situs cum ingenio consentiebãt. Itaq; nõ fusus modo ab his aut fugatus, sed simili p̃digio oĩno totus

interceptus exercitus, quē duxerat Cato. Didius uagos & libera populatione diffusos intra suam reppulit thraciā. Drusus ulterius egit, & uetuit trāsire danubiū. Minutius toto uastauit hebro, multis qdē amissis, dum perfidū glacie flumē equitatur. Piso Rhodopē caucasumq; penetrauit Curio daciam tenus uenit, sed tenebras saltuū expauit. Appius in sarmatas usq; peruenit. Lucullus ad terminum gentium tanain, lacumq; metoin. Nec aliter cruentissimi hostium q̄ suis moribus domiti, quippe in captiuos igne ferroq; seuitum est. Sed nihil barbaris atrocius uisum est, q̄ q abscissis manibus relicti uiuere superstites, pœnæ suæ uidebantur.

Bellum Mithridaticum.

P Onticæ gentes ad septentrionē in mare sinistrū iacent a pōtico cognominatæ mari. Harum gentiū atq; regionū rex antiquissimus Athcas post Arthabazes, a septem persis oriundus, inde Mithridates omniū longe maximus quippe cū quattuor Pyrrho septēdecim anni Hānibali suffecerint, ille per quadraginta ānos restitit donec tribus ingētibus bellis subactus fœlicitate Sylle, uirtute Luculli magnitudine Pōpei consumeret. Causam quidē illius belli p̄tēderat apud Cassiū legatū attrectari terminos suos a Nicodeme bitynio Cæterum elatus animus, ingētibus asiæ totius, & si posset europæ cupiditate flagrabat, spem ac fiduciā dabāt nostra uitia qppe cū ciuilibus bellis distrĩgeremur, inuitabat occasio. Nudūq; imperiȷ latus ostēdebant p̄cul Marius Sylla, Sertorius, Inter hæc reipu. uulnera & hos tumul-

tus repente quasi captato tpe, i lassos simulatq; distri ctos subitus turbo pontici belli, ab ultima ueluti spe cula septentrionis erupit. Primus statim impetus bel li bityniã rapuit. Asia inde pari terrore correpta est. Nec cõstanter ad regem ab urbibus nostris populisq; descitũ est. Aderat, instabat, saeuitia quasi uirtute utebatur. Nam quid atrocius uno eius edicto? cum omnes qui in asia forent romanae ciuitatis homines interfici iussit? Tum quidem domus, templa, & arae, humana oia, atq; diuina iura, uiolata sunt. Sed hic terror asiae europam quoq; regi aperiebat. Itaq; missis archelao. Neoptolemoq; praefectis, excepta Rhodo, quae pro no bis firmius stetit. Caeterum Ciclades, Delos, euboea, et ipsum graeciae decus Athenae tenebãtur. Italiam iam, ipsamq; urbẽ Romã regius terror afflabat, Ita. L. Syl la festinat uir armis optimus, pariq; uiolentia ruentem ulterius hostem manu quadã quasi ipsius reppulit. Primũq; Athenas urbem quis crederet frugũ parẽtem obsidione ac fame ad humanos cibos compulit sic illos quoq; ante, mox subrupto pyrei portu sex quoq; & amplius muris, postq̃ domuerat ingratissimos hominũ ut ipse dixit, in honorẽ tñ mortuorum sacris suis famaeq; donauit, mox cũ euboea, atq; boetia p̃sidia regia dispulisset, oĩs copias uno apud cheronã, apud orchomenõ altero bello dissipauit. Statimq; in asiam trãsgressus ipsum opprimit, & debellatũ etiã foret, nisi de Mithrydate triũphare cito q̃ uere maluisset. Actũ quidẽ hunc asiae statũ Sylla dederat ictum cum ponticis foedus, recepit Bythiniam a rege Nicomede, Ariobarzane, cappadociã, ac sicut erat asia rursus no

ſtra,ut cœperat. Mithridates tantũ repulſus, itaq; nõ fregit ea res põticos ſed incẽdit, qppe rex Aſia & europa quodã modo inescatus, non iam quaſi alienã, ſed quia amiſerat, quaſi captã belli iure repetebat, igitur ut extincta parum fideliter incendia, maiore flãma reuiuiſcunt, ita ille de integro auctis maiorẽ in modũ copũs, tota deniq; regni ſui mole in aſiam rurſus mari, terra, fluminibuſq; ueniebat. Cyzicum nobilis ciuitas, arce, mœnibus, portu, turribuſq; marmoreis aliatice plagæ littora illuſtrat, hanc ille quaſi alteram Romam toto inuaſerat bello. Sed fiduciã oppidanis reſiſtendi nuncius fecit, docens aduentare Lucullum, qui horribile dictu, per medias hoſtium naues utre ſuſpẽſus, & pedibus iter ad gubernans uidentibus procul quaſi marina piſtris euaſerat, mox clade conuerſa, cũ ex mora obſidentem regem, & ex fama, peſtilentia urgeret, recedentem Lucullus aſſequitur, adeoq; cecidit ut granicus & eſopus amnes cruenti redderẽtur. Rex callidus, romanæq; auariciæ peritus, ſpargi a fugientibus ſarcinas, & pecuniã iuſſit, qua ſequẽtes moraretur, nec fœlicior in mari q̃ in terra fuga, quippe centum amplius nauiũ claſſem, apparatũq; belli grauem, in põtico mari aggreſſa tẽpeſtas tam fœda ſtrage lacerauit, ut naualis belli inſtar efficeret plane quaſi Lucullus quodam cum fluctibus procelliſq; cõmertio, debellandum tradidiſſe regem uentis uideretur. Attitæ iam omnes ualididiſſimi regni uires erãt, ſed animus malis angebatur, Itaq; cõuerſus ad proximas gentes, totum pene orientem ac ſeptentrionẽ ruina ſua inuoluit Hiberi, Caſpũ, albani, & utræq; ſol

licitabantur armeniæ. Perq; omnia & decus et nomẽ et titulos Pompeio sua fortuna quærebat. Qui ubi nouis motibus ardere Asiam uidet aliosq; ex aliis prodire reges, nihil cunctandũ ratus priusquã inter se gentium robora coirent, statim ponte nauibus facto, oĩm ante se primus transit euphratẽ, regemq; fugientem media nactus armenia, quanta fœlicitas uiri uno prælio confecit, nocturna ea dimicatio fuit, et luna in partibus quippe quasi commilitãs cum a tergo hostibus, facie romanis se præbuisset, pontici per errorem longius cadentes umbras suas, quasi hostium corpora petebant. Et Mithridates quidem nocte illa debellatus est. Nihil enĩ postea ualuit, quãquã omnia expertus more anguium, qui obtrito capite postremũ cauda minatur quippe cũ effugisset hostẽ colchos Siciliæ quoq; littora, & campania nostram subito aduentu terrere uoluit, mox subrupto pyrei portu colchis tenus iungere hosphorum Inde per thraciam macedoniã, & græciam transilire. Sic Italiã nec opinatus inuadere tãtũ cogitauit. Nam per defectionẽ ciuium pharnacis filii scelere præuentus male tentatũ ueneno spiritum ferro expulit. Cneus interim Magnus rebellis Asiæ reliquias sequẽs, per diuersa gentium terrarumq; uolitabat, nunc sub orientẽ secutus armenios captis in ipso capite gentis Artaxatis, supplicem iussit regnare Tigranẽ. At in septẽtrionem schyticum iter tanquã in mari stellas secutus colchos cecidit, ignouit hyberiæ, pepcit albanis, regem colchorũ Orodẽ positis etiam sub ipso caucaso castris, iussit in plana descendere Arthocen, qui hyberis imperabat, & obsides liberos dare. Oro

den etiam remuneratus est ultro ab albania sua lectu lum aureum, & alia dona mittentem, necnon & in meridiem uerso agmine Libanum syriæ damascúq; transgressus per nemora illa odorata, per thuris & balsami siluas romana signa circũtulit. Arabes siquid imperaret præsto fuere Hierosolymã defendere tentauere iudæi. Verum hæc quoq; et intrauit? & uicit illud grande impiæ gentis archanum patens aureo uti cœlo. Dissidentibus de regno fratribus, arbiter factus, regnare iussit Hircanũ, Aristobolo quia renuebat eã rem, cathenas dedit. Sic Pompeio duce populus romanus totam (qua latissima est) Asiam peruagatus, quã extremam imperij habebant prouinciam, mediam fecit. Exceptis quippe parthis, qui fœdus maluerũt, & Indis, qui adhuc nos non nouerant, omnis Asia inter rubrum & caspium & oceanũ Pompeianus domita, uel oppressa signis tenebatur.

Bellum Piratycum.

i Nterim dũ populus Romanus per diuersa terrarum distractus est, Cilices inuaserant maria, sublatisq; commercijs, rupto fœdere generis humani, sic maria bello quasi tempestate præcluserant. Audaciam perditis, furiosisq; latronibus dabat inquieta Mithrydatis prælijs. Asia dum sub alieni belli tumultu, exteriq; regis inuidia impune grassantur. Ac primum duce Isidoro contenti proximo mari, Cretam inter atq; cyrenas, pyreum, & achaiam, sinumq; maleum, quam a spolij, aureum ipsi uocauere, latrocinantur, missusq; in eos Publius Seruilius, q̃uis leues et fugaces, & myoparonas, gra

ni et martia classe turbaret, non incruenta uictoria su perat. Sed nec mari submouisse contentus, ualidissimas urbes eorum, & diutina præda abundantes. Phaselin, & Olimpon euertit. Isauronq; ipsam arcē siliciæ, unde conscius sibi magni laboris Isaurici cognomen adamauit. Non ideo tamen tot cladibus domiti terra se cōtinere potuerunt, sed ut quædam animalia, quibus aquam terramq; incolendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu impatientes soli in aquas suas resiluerunt, & aliquāto latius quam prius, sic fœlix ille & dignus uictoria Pōpeius uisus est, et Mythridaticæ puinciæ facta accessio ille dispersam toto mari pestē semel, & impetuū uolēs extinguere, diuino quodā appatu aggressus ē. Quippe cū classibus suis et socialibus rhodiorū abūdaret pluribus legatis, atq; præfectis utraq; ponti, et oceani ora cōplexus ē. Gellius tusco mari ipositus. Plotius siculo. Gratillius ligusticū sinū, Pōpeius gallicū obsedit. Torquatus balearicum, Tiberius Nero gaditanū fretū, qua primū maris nostri limē apitur. Lētulus lybicū Marcellinus ægyptiū. Pōpei iuuenes adriaticū. Varro Terētius ægeū, et pōticū, et pāphyliū. Metellus asiaticū Cœpio ipsas ppōtidis fauces, portius Cato sic abditis nauibus, quasi portū obseruauit, sic p oīs æquoris portus, sinus, latebras, recessus, promōtoria, freta, peniunsulas, qcqd pyratarum fuit, quadam indagine inclusum, & oppressum est, ipse pompeius in originem, fontēq; belli ciliciam uersus est. Nec hostes detractauere certamē non ex fiducia, sed quia oppressi erant ausi uidebant sed nihil tñ amplius, q̄ ut primū ictum concurrerent.

Mox ubi circunfusa undiq; nostra uiderunt, abiectis statim telis, remisq; plausu undiq; pari, quod suppli cantium signum fuit uitam petiuerũt. Non alia tam incruẽta uictoria usi nunq̃ sumus, sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idq; prospectum singulari consilio ducis, qui maritimũ genus a conspectu lõge remouit maris, et mediterraneis agris quasi obligauit. Eodem tempore & usum maris nauibus recupauit, & terræ homines suos reddidit. Quid prius in hac mirere uictoria? uelocitatem? q̃ quadragesimo die parta est. An fœlicitatem q̃ ne una quidem nauis amissa est. An ꝑpetuitatẽ? q̃ ãplius pyratæ nõ fuerũt.

Creticum Bellum.

Creticum bellũ, si uera uolumus noscere, nos fecimus, sola uincendi nobilem insulam cupiditate, fauisse Mithrydati uidebatur, hoc placuit armis uindicare, primus inuasit insulam. Marcus Antonius cum ingenti quidem uictoriæ spe, atq; fiducia, adeo ut pluris cathenas in nauibus, q̃ arma portaret, dedit itaq; pœnas uæcordiæ, nã plerasq; naues intercepere hostes, captiuaq; corpora religata uelis, ac funibus pependere, ac sic uelificantes triumphantiũ in modum cretes portubus suis abremigauerunt. Metellus deinde totam insulã igni ferroq; populatus intra castella, et urbes redegit, et gnoson, & erytream, & ut græci dicere solent, urbiũ matrem cydonam. Adeoq; sæue in captiuos cõsulebatur, ut uenenose plæriq; conficerent. Aliĩ deditionẽ suam ad Pompeium absentem mitterent, & cum ille res in asia gerens, eo quoq; præfectũ misisset Antoniũ in il

la prouincia irritus fuit, eoq; infestior. Metellus in hostes ius uictoris exercuit, uictisq; lasthenæ & panare cydonæ ducibus, uictor redit, nec quicquã amplius tamen de tam famosa uictoria quam cognomen creticum reportauit.

Bellum Balearicum.

q Vatinus Metelli macedonici domus bellicis nominibus assueuerat, altero ex liberis eius cretico facto, mora nõ fuit, quin alter quoq; balearicus uocaretur. Baleares per idem tẽpus ĩsulæ pyratica rabie corruperãt maria, homines feros, atq; siluestres, mireris ausos a scopulis suis saltem maria prospicere. Ascendere etiam inconditas rates, & prenauigantes subinde inopinato ĩpetu terruere. Sed cũ uenientẽ ab alto romanã classem ꝓspexissent prædam putãtes, ausi etiã occurrere, & primo impetu ingẽti lapidũ saxorũq; nimbo classem operuere. Tribus quisq; fundis præliatur, certos esse quis miretur ictus, cum hæc sola genti arma sint, id unũ ab infantia studium, cibum puer a matre non accipit, nisi quã ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione romanos terruere. postq̃ cominus uentum est, expertiq; rostra, & pila uenientia pecudum in morem, clamore sublato petierunt fuga littora, dilapsi quæ in proximos tumulos quærendi fuerunt ut uincerentur.

Expeditio in Cypron.

a Derat fatum insularum igitur & Cyprõ recepta sine bello, insulam ueteribus diuitijs abundantẽ, & ob hoc Veneri sacram Ptolomæus regebat & diuitiarũ tanta erat fama, nec

falso ut uictor gentiũ populus, & donare regna cõsuetus. Publio clodio Tribuno ducem, socij uiuiq; regis cõfiscationẽ mandauerit, & ille quidem ad rei famã ueneno fata pcepit. Cæterũ portius Cato cyprias opes liburnis per Tyberinũ hostium inuexit, quæ res latius ærariũ po. Ro. quã ullus triũphus impleuit.

Bellum Gallicum.

a Sia Põpei manibus subacta, reliqua quæ restabant in Europa fortuna in Cæsarem transtulit. Restabant autem immanissimi gentium galli atq; germani, & quãuis toto orbe diuisi, tamẽ qui uinceret habuit britãnia. Primus galliæ motus ab heluetijs cœpit, qui Rhodanũ inter & rhenum siti non sufficientibus terris, uenere sedes petitũ, incensis mœnibus suis hoc sacramentum fuit ne redirent, sed petito tempore ad deliberandum. Cum inter moras Cæsar Rhodani ponte resciſſo, abstulisset fugam, statim bellicosissimam gẽtem sic in sedes suas, quasi greges in stabula pastorũ deduxit. Sequens longeq; cruentior pugna belgarũ, quippe pro libertate pugnantiũ. Hic cũ multa romanorũ militũ insignia, tũ illud egregiũ ipsius ducis, q nutante in fuga exercitu, rapto fugiente e manu scuto, in primã uolitans aciem, manu prælium restituit, Inde cum Venetis etiã nauale Bellum, sed maior cum oceano, q̃ cum ipsis nauibus rixa, quippe illæ rudes & informes, statim naufragæ rostra sensissent, sed hærebat inuadis pugna, cum estibus solitis, cu ipso certamine subductus oceanus intercedere bello uideretur. Ille quoq; accessere diuersitates pro gentium locorumq; natura

Aquitani callidũ genus in ſpelũcas ſe recipiebãt,iuſ-
ſit includi mora dilabebãtur in ſiluas,iuſſit incẽdi,ne
mo tantum feroces dixerit gallos, fraudibus agunt.
Indutiomarus, treueros, Ambiorix conuocauit ebu-
rones, utriq; abſente Cæſare coniuratione facta inue
nere legatos, ſed ille fortiter a Dolobella ſummotus
eſt, relatumq; regis caput. Hic inſidijs in ualle di-
ſpoſitis dolo perculit,itaq; & caſtra direpta ſunt,&
aurum ablatum. Cottam cum Tiburio Sabino le-
gato amiſimus,nec ulla de rege mox ultio,ꝗppe per-
petua trans rhenũ fuga latuit, nec rhenus immunis,
nec etiam fas erat,ut liber eſſet receptator hoſtium at-
q; defenſor, ſed prima cõtra germanos illius pugna
iuſtiſſimis quidẽ ex cauſis,hæc auide incurſiõibus eo-
rũ querebant̃,ꝗ Arioiuſti regis ſuperbia,cũ legati di-
cerẽt,ueni ad Cæſarẽ quis eſt aũt Cæſar,et ſi uult ue
niat inqt,& ꝗd ad illũ, quid agat noſtra germania?
num ego me interpono romanis? Itaq; tantus gentis
nouæ terror in caſtris, ut teſtamẽto paſſim,et in prin
cipijs ſcriberẽtur, ſed illa immania corpora, quo erãt
maiora,eo magis gladijs ferroq; potuerũt. Qui calor
in p̃liãdo militũ fuerit,nullo magis exprimi poteſt,
q̃ ꝙ elatis ſuper caput ſcutis, cum ſe teſtudine bar-
barus tegeret, ſup ipſa romani ſcuta ſalierũt,& inde
in iugulos gladijs deſcẽdebãt. Iterũ uno de germano
centenarij quærebantur. Hic uero iam Cæſar ultro
Maſſiliã nauali põte tranſgreditur, ipſumq; rhenũ,
& hyrcinis hoſtẽ quærit in ſiluis,ſed in ſaltus & pa-
ludes genus omne diffugerat, tantum pauoris incuſ-
ſit intra ripam ſubito romana uis, nec ſemel rhenus,

& iterũ quoq; et quidẽ põte facto penetratus est, sed maior aliquãto trepidatio quippe cum rhenum suum sic ponte quasi iugo captum uiderẽt. Fuga rursus in siluas & paludes, sed quod acerbissimũ Cæsari fuit non fuere qui uincerentur, omnibus terra mariq; captis respexit oceanum, & quasi hic romanus orbis nõ sufficeret alterum cogitauit. Classe igitur comparata Britãniam trãsit mira celeritate, quippe qui tertia uigilia morino soluissẽt a portu, minus q̃ medio die insulã ingressus est, plena erant tumultu hostico littora, & trepidantia ad conspectum rei nouæ carpenta uolitabãt. Itaq; trepidatio pro uictoria fuit arma & obsides accepit a trepidis, et ulterius isset nisi improbã classem naufragio castigasset oceanus. Reuersus igitur ad galliã classe maiore, auctisq; copijs. In eũdẽ rursus oceanũ eos deniq; rursus britannos, calydonias secutus in siluas unum quoq; e regibus cauelianis in uincula dedit, contentus his non enim prouinciæ, sed nomini studebatur, cum maiore q̃ prius præda re uectus est. Ipso quoq; oceano trãquillo magis & propicio, quasi imparem se fateretũ. Sed maxima omniũ eademq; nouissima coniuratio fuit galliarum. Cum omnes pariter auernos atq; byturigas, carnutas simul sequanosq;, contra ille corpore armis, spirituq; terribilis, nomine & quasi terrore composito uergingetoris, ille festis diebus, & comitialibus, cum frequentissimos in locis haberet, ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Cæsar Rauẽnæ delectũ agens, & hyeme creuerant alpes, sic interclusum putabant iter. Sed ille qualis erat, ad nuns

cium rei fœlicissimæ temeritatis per inuios ad id tempus montiũ multos, per intractas uias, & niues expedita manu emensus, occupat galiam, ex distantibus hybernis castra cõtraxit & ante in media gallia fuit, ꝙ ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus urbes Auaricũ cum quadraginta milia ꝓpugnantium sustulit Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuuentute subnixam flammis adequauit, circa Gergoniam tota belli moles fuit, quippe cum. lxxx. numero & arce, & abruptis defenderent maximam ciuitatem uallo, sudibus, & fossa inductoqꝫ fossæ flumine ad hoc. xviij. castellis ingentiq; lorica circũdatam primum famæ domuit mox audentem eruptiones in uallo gladijs, sudibusꝗ concidit nouissime in deditionem redegit, ipse ille rex maximum uictoriæ decus, supplex cum in castra uenisset, tum & faleras & sua arma ante Cæsaris genua proiecit, habes inquit fortem uirum uir fortissime uicisti.

Bellum Parthicum.

d Vm gallos per Cæsarem in septentrione debellat, interim ad orientem graue uulnus a parthis populus Romanus accepit. Nec de fortuna quæri possumus, caret solatio clades aduersa & dijs & hoibus cupiditas consulis Crassi dum parthico inhiat, auro. xi. strage legionum & ipsius capite mulctata est, quod tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus diris deuouerat, & cum Zeugma trãsisset exercitus, rapta subitis signa turbinibus hausit euphrates, & cum apud nicesorũ castra posuisset, missi ab, Orode rege legati denun-

ciduere percussorū cum Pōpeio fœderum cōsilia, quæ meminisset regis inhians ille thesauris nihil ne imaginario quidem iure, sed Seleuciæ se responsurum esse respondit. Itaq; dij fœderum ultores, nec insidijs nec uirtuti hostium defuerunt, Iam primum qui solus subuehere commeatus, & munire poterat, a tergo relictus euphrates, dum simulato transfuge cuidam Mezeresyro creditur, cum in mediā camporum uastitatem eodem duce ductus exercitus undiq; hosti exponeretur, itaq; uix dum uenerat carras, cū undiq; præfecti regis Sylaces & Surenas ostendere signa auro sericisq; uexillis uibrantia. Tum sine mora circū fusi undiq; equitatus, in modum grandinis atq; nimborū densa tela pariter fuderunt. Si miserabili strage deletus exercitus, ipse in colloquiū sollicitatus signo dato unius in hostium manus incidisset, nisi tribunis reluctantibus fugā ducis barbari ferro occupassent. Sic quoq; relatū caput ludibrio hosti fuit, filium ducis pœnæ in conspectu patris eisdem telis operuere reliquiæ in fœlicis exercitus, quo quemq; rapuit fugam in armeniā, ciliciam, syriamq; distractæ uix nūcium cladis retulerunt. Caput eius recisum cū dextra manu ad regem reportatum ludibrio fuit, neq; indigno, aurum cīn liquidū in rictum oris infusum est, ut cuius animus arserat auri cupiditate eius etiam mortuū & exangue corpus auro ureretur,

Anacephaleosis.

h Ec est illa tertia ætas populi romani trāsmarina, qua italia progredi ausus orbe tota arma circumtulit. Cuius ætatis supe

riores.c.anni sancti pij & ut diximus aurei, sine flagitio, sine scelere, dum sincera adhuc & innoxia pastoriæ illius sectæ integritas, dumq; pœnorum hostium iminens metus disciplinã ueterem continebat. Postremi.c.quos a carthaginis.corynthi numantiæq; excidijs & Attali regis in asiatica hæreditate deduximus in Cæsarem & põpeiũ, secutũq; hos de quo dicemus Augustum ut claritate rerũ bellicarum magnifici. Ita domesticis cladibus miseri, & erubescendi, qppe sicut galliam thraciam, ciliciam uberrimas ualidissimasq; prouincias, armænios etiam & britannos ut non in usu, ita ad imperij speciem magna nomina acqsisse pulchrum atq; decorum, ita eodem tempore dimicasse domi cum ciuibus, socijs, mancipijs, gladiatoribus, totoq; inter se senatu, turpe atq; miserandũ, ac nescio an satis fuerit populo romano Sicilia & africa contentum fuisse, aut his etiam ipsis carere dominãti italia sua q̃ eo magnitudinis crescere, ut uiribus suis conficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit, q̃ nimia fœlicitas? Siria prima nos uicta corrupit. Mox asiatica pergameni regis hæreditas, ille opes atq; diuitiæ affixere sæculi mores, mersamq; uicijs suis, quasi sentina rempublicam pessumdedere. Vnde enim populus romanus agros & cibaria flagitaret nisi per famem, quam luxus fecerat, hinc ergo gracchana, & prima & secunda, & illa tertia apuleiana seditio. Vnde regnaret de iudiciarijs legibus diuulsus a senatu æques, nisi ex auaricia? ut uectigalia reipublicæ, atq; ipsa iudicia in quæstu haberẽtur, hinc rursus & pmissa ciuitas latio, & p hoc arma so

ciorum. Quid autem bella seruilia unde nobis, nisi ex abundantia familiarium, unde gladiatorũ aduersus dominos suos exercitus nisi ad conciliãdũ plebis fauorem effusa largitio. Cũ spectaculis indulget supplicia quõdã hostium artẽ facit, iam ut speciosiora u si ea tãganus. Nõne ambitus honorem ab hisdem diuitiis incitatus? At qui inde mariana, inde syllana potestas Aut magnificus apparatus conuiuiorũ & sumptuosa largitio nõne ab opulentia peritura mox ægestatẽ hæc Catilinam patriæ suæ impegit. Deniq; illa ipsa principatus & dominãdi cupido unde nisi ex nimiis opibus uenit? Atq; hic cæsarẽ, atq; Pompeiũ furialibus in exitiũ reipublicæ facibus armauit. Hos igitur populi romani omnis domesticos motus separatos ab externis iustisq; bellis ex ordine prosequemur.

De legibus Gracchanis.

Editionem omniũ causa tribunicia potestas excitauit, quæ specie quidẽ plebis tuẽdæ, cuius in auxilium comparata est. Re autem dominationẽ sibi acquirens studium populi ac fauorẽ agrariis, frumẽtariis, iudiciariis legibus aucupatur. Inerat omnibus spes æquitatis, quid tam iustũ enim, q; recipere plebẽ ius suum a patribus ne populus gentium uictor orbisq; possessor, ex terris atis ac focis ageret? Quid tam æquum q; inopem populũ uiuere ex ærario suo quid ad ius libertatis æquãdæ magis efficax q; ut senatu regẽte ꝓuincias? ordinis æquestris auctoritas saltẽ iudiciorum regno niteretur? sed hæc ipsa in perniciem redibant, & misera respublica exitium suum recesserat, & a senatu in equitẽ trãs

lata iudiciorum potestas uectigalium, id est imperij patrimonium supprimebat. ~~aerarium~~ reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium euersione qui sibi pars populi erant, & tamen relictas sibi a maioribus sedes aetate quasi iure hereditario possidebant.

Seditio Tyberij Gracchi.

PRimam certaminum facem Tyberius Gracchus accendit genere, forma, eloquentia facile princeps. Sed hic siue Mancinianae deditionis, quia sponsor foederis fuerat contagium timens, & inde popularis siue aequo & bono ductus, quia depulsam agris suis plebem miseratus est, ne populus romanus gentium uictor, orbisque possessor, laribus ac focis suis exularet. Quacunque mente rem ausus ingentem postquam rogationis dies aderat, ingenti stipatus agmine, rostra conscendit, nec aderat obuia manu tota inde nobilitas, & tribum in partibus. Sed ut intercedentem legibus suis Cneum Octauium uidet Gracchus, contra fas collegij ius potestatis iniecta manu depulit rostris adeoque presenti metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratum cogeretur, sic triumuir creatus diuidendis agris cum ad perpetranda coepta die comitiorum prorogari sibi uellet imperium, obuia nobilium manu eorumque quos agris mouerat, caedes a foro coepit. Inde cum in capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis suae manu caput tangens hortaretur, prebuit speciem, regnum sibi & diadema poscentis, atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo, quasi iure oppressus est.

Seditio Caij Gracchi.

Tatim & mortis & legũ fratris sui uindex, nõ minore ĩpetu incaluit Caius Gracchus qui cũ pari tumultu atq; terrore plebem in auitos agros arcesseret, & recentẽ attali hæreditatẽ in alimẽta populo polliceretur. Iamq; nimius & potens, altero tribunatu secunda plebe uolitaret, abrogare auso legibus suis Minutio tribuno, fretus comitum manu, fatale familiæ suæ capitolium inuasit, inde proximorum cæde depulsus, cum se in auentinũ recepisset, inde quoq; obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatũ quoq; mortis reliquiis & illud sacrosanctũ caput tribuni plebis, percussoribus auro pensatum est.

Seditio Apuleiana.

Nihilominus Apuleius saturninus gracchanas asserere leges non destitit. Tantũ animorũ uiro Marius dabat, qui nobilitati inimicus, consulatu suo preterea confisus occiso palã comitiis Annio competitore, tribunatus subrogare conatus est in eius locum. Caium Gracchum, hominẽ sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiã ipse adoptabat, cũ tot tantisq; ludibriis exultaret impune, rogandis gracchorũ legibus ita uehementer incubuit, ut senatũ quoq; cogereret in uerba iurare, cũ abnuentibus aqua & igni interdictũrũ seminaret, unus tamen extitit qui mallet exilium. Igitur post Metelli fuga in omni nobilitate perculsa, iam cum tertiũ annum dominaretur, eo uesaniæ progressus est, ut consularia quoq; comitia noua cæde turbaret, quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulẽ faceret, Gaiũ

memium competitorem interfici iussit, et in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatum, lætus accepit. Tum uero iam conspiratione senatus ipso quoq; id mario consule, quia tueri non poterat aduerso directæ in foro acies, repulsus inde capitolium inuasit, sed cũ abruptis fistulis obsideretur, senatuiq; p legatos pœnitẽtiæ fidem faceret ab arce digressus, cum ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione, populus fustibus, saxisq; coopertum, in ipsa quoq; morte lacerauit.

Drusiana Seditio.

P Ostremo Liuius Drusus non tribunatus modo uiribus, sed ipsius etiam senatus auctoritate, totiusq; italiæ consensu, easdem leges asserere conatus, dum aliud captat ex alio tantũ conflauit incendiũ, ut ne prima illius flamma posset sustineri, & subita morte correptus, hæreditarium in posteros suos bellũ propagaret, iudiciaria lege Caij Gracchi. Diuiserant populũ romanũ, & bicipitem ex una fecerant ciuitatem, equites romani tanta potestate subnixi, ut qui fata patrum, uitasq; principũ haberẽt in manu, interceptis uectigalibus peculabãtur suo iure rempublicã, senatus exilio Metelli damnatione Rutulij debilitatus omne decus maiestatis amiserat. In hoc statu rerũ, pares opibus, animis dignitate, unde & nata Liuio Druso æmulatio accesserat, equitem Seruilius Cæpio senatum Liuius Drusus asserere, signa & aquilæ, & uexilla aderant. Cæterum sic urbe in una quasi in binis castris dissidebatur. Prior Cæpio in senatũ impetu facto, reos ãbitus Scaurũ et Phi

lippũ principes nobilitatis elegit. His ut motibus resisteret Drusus, plebem, ad se gracchanis legibus, eisdẽ socios at plebem spe ciuitatis erexit. Extat uox ipsius nihil se ad largitionẽ ulli rediquisse, nisi quis aut cœnum diuidere uellet, aut cœlum, aderat promulgãdi dies, cum subito tanta uis hominũ undiq; apparuit, ut hostium aduẽtu obsessa ciuitas uideretur. Ausus tamẽ abrogare de legibus consul Philippus sed appræhensum faucibus uiator non ante dimisit, qui sanguis & in ora, & in oculos redundaret, sic per uim datæ iussęq; leges, sed præciũ rogationis statim socij flagitare, cũ interim imparem Drusum ægrumq; rex temere motarũ matura, ut in tali discrimine mors abstulit, nec ideo minus socij ꝓmissa Drusi a populo romano reposcere armis desierunt.

Bellũ quod aduersus socios gestum est.

Sociale bellũ uocetur licet ut extenuemus inuidiam si uerũ tñ uolumus, illud ciuile bellũ fuit, quippe cum populus Ro. ethruscos, latinos, sabinosq; miscuerit, & unum ex omnibus sanguinem ducat, corpus fecit ex membris, & ex oibus unus est nec minore flagitio socij citra italiã, q̃ intra urbem ciues rebellabant. Itaq; cũ tusciæ ciuitates, quas uiribus auxerant socij iustissime postularẽt, ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat. Postq̃ ille domestico scelere oppressus est, eadẽ fax, quæ illũ cremauit, socios in arma & in expugnationem urbis accẽdit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? cum omne latiũ, atq; picenũ, ethruria omnis, atq; campania. Postremo italia contra matrem ac

parentem suam urbem consurgeret, cum omne robur fortissimorum fidelissimorumq; sociorũ sub suis quisq; signis haberent municipalia ista prodigia. Popedius marsos & etiam latinos. Afranius umbros, totus senatus, & consules Samnium, Lucaniamq; Thelesinus, cum regnũ & gentium arbiter populus, ipsum se regere nec posset ut uictrix asiæ europæq; a Corfinio Roma peteretur. Primũ fuit belli in albano monte cõsilium, ut festo die latinarum Iulius cæsar & Martius Philippus consules inter sacra & aras immolarẽtur. Postq; id nephas proditione discussum est. Asculo furor omnis erupit. In ipsa quidẽ ludorum frequẽtia trucidatis qui tũ aderant ab urbe legatis. Hoc fuit impiũ belli sacramentũ, inde iam passim ab omni parte italiæ duce, & auctore belli discursante Popedio, diuersa per populos & urbes signa cecinere. Nec Hanibalis nec pyrrhi fuit tanta uastatio. Ecce otriculũ, ecce grumentũ, ecce fesulæ, ecce carseoli, reserate nuceriæ, & pincentũ cædibus ferro & igne uastanĩ, fuse Rutulij copiæ fusæ Cepionis, nam ipse Iulius Cæsar exercitu amisso cum in urbem cruentus referretur miserabili funere, mediam etiam urbem peruiam fecit. Sed magna populi romani fortuna, et semper in malis maior, totis de suo uiribus ĩsurrexit, aggressiq; singulos populos. Cato discutit ethruscos, Gabinius marsos, Cato lucanos, Sylla samnites, Strabo uero Pompeius omnia flammis ferroq; populatus, non prius finem cediũ q; Asculi euersione manibus tot exercituũ consularium, direptarumq; urbium dijs litaretur.

Bellum seruile.

Tcunq;, & si cum socijs nephas, cum libe ris tamen & ingenuis dimicatũ est. Quis æquo animo ferat in principe gentiũ populo bella seruorum? Primũ seruile bellum inter initia urbis Herdonio duce sabino in ipsa urbe tentatũ est, cum occupata tribunitijs seditionibus ciuitate capitolium obsessum est, & a consule captum. Sed hic tumultus magis fuit q̃ bellum. Mox imperio per diuersa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius seruili, q̃ punico bello esse uastatam? terra frugum ferax, & quodãmodo suburbana prouincia late fundis ciuium latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergastula, cathenatiq; cultores materiam bello prebuere. Syrus quidam nomine Eunus (magnitudo cladium facit ut meminerimus) fanatico furore simulato, dũ Syriæ deæ cerimonias iactat ad libertatem et arma seruos quasi numinum imperio cõcitauit, idq; ut diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, qua sulphure & igne stipauerat, leuiter inspiratis flammam inter uerba fundebat. Hoc miraculum primum duo milia ex obuijs, mox iure belli refractis ergastulis. lx. amplius miliũ fecit exercitum. Regijsq; ne quid malis deesset decoratus insignibus, castella, oppida, uicos miserabili direptione uastauit. Illud quoq; in ultimũ belli dedecus capta sunt castra prætorum nec nominare ipsos pudet, castra manniliũ, Lentuli, Pisonis, Hipsei. Itaq; qui per fugitiuos distrahi debuissent, prætorios duces ꝓfugos prælio ipsi sequebantur. Tandẽ Perpenna imperatore suppliciũ de eis sumptũ est. Hic em̃ uictos & apud Ennam nos

uiſſime obſeſſos cum fame quaſi peſtilentia conſum-
pſiſſet, reliquias latronum compedibus cathenis reli-
gauit, crucibuſq; puniuit. Fuitq; de ſeruis ouatione cō
tentus, ne dignitatē triumphi ſeruili inſcriptione uio
laret. Vix dum reſpirauerat inſula, cum ſtatim a ſer-
uis et a Syro reditur ad cilicē Athenio paſtor interfe-
cto domino, familiā ergaſtulo libertatē ſub ſignis or
dinat. Ipſe ueſte purpurea argēteoq; baculo, et regiū
in morem frōte redimita nō minorem quā ille fanati
cus prior cōſtat exercitū, acriuſq; multū, quaſi et illū
uindicaret, uicos, caſtella, oppida, diripiēs in dn̄os, in
ſeruos infeſtius, q̄ in trāſfugas ſæuiebat. Ad hoc quo-
q; prætoris exercitus cæſi, capta Seruilij caſtra, capta
Luculli, ſed aquillius Perpēnæ uſus exēplo interclu-
ſum hoſtē cōmeatibus ad extrema compulit, cōmunis
taſq; copias armis, fame facile deleuit. Dediſſentq; ſe
niſi ſuppliciorū metu uolūtariā mortē ꝑtuliſſent. Ac
ne de duce quidē ſuppliciū exigi potuit, q̄uis in ma-
nus uenerit, ꝗppe dū circa ad depræhendēdū eū mul-
titudo cōtēdit, inter rixātiū manus præda lacerata ē.

Bellum Spartacum.

Nimuero ſeruilios armorū dedecus feras,
nā & ipſi ꝑ fortunā in oīa obnoxij tamē
quaſi ſecūdū hominū genus ſunt, ſi in bo-
na libertatis noſtræ adoptant, bellū Spartaco duce cō
citatū, quo noīe appellē neſcio, ꝗppe cū ſerui militaue
rint, gladiatores imperauerint, illi infimæ ſortis ho-
mines hi peſſimā auxere ludibrio calamitatē Sparta-
cus Chriſus & Oenomaus, effracto lentuli ludo, cum
ſeptuagita aut āplius euiſdē fortunæ uiris eruperūt.

Capua,seruisq; ad uexillũ & ad auxiliũ uocatis, cũ
statim decem amplius milia coissent homines,nõ mo
do effugisse contenti iam uindicari etiam uolebant.
Prima uelut ara ruris mõs Vesuuius placuit, ibi cum
etiam obsiderentur a Clodio Glabro per fauces caui
montis,uitigineis uinculis,ad imas eius descendere ra
dices,& exitu in uno nihil tale opinantis ducis subi
to ĩpetu castra rapuere.Inde alia castra.Deinceps tho
ram,totamq; peruagantur campaniam, nec uillarũ
atq; uicorum uastatione contenti,nolã atq; nuceriam,
turios,atq; methapontum terribili strage populãtur,
affluentibus in diem copijs.Cum iam esset iustus exer
citus e uiminibus,pecudũq; tegumentis inconditos si
bi clypeos,& ferro ergastulorum recocto, gladios ac
tela fecerũt.Ac ne quod decus iusto deesset exercitui,
domitis obuijs gregibus paratur equitatus, captaq;
de prætoribus insignia, & faces ad ducem detulere,
nec abnuit ille de stipendiario thrace miles,de milite
desertor,inde latro,deinde in honore uirium gladia
tor qui defunctorũ quoq; prælio ducum funera impe
ratoris celebrauit exequijs, captiuosq; circa rogũ ius
sit armis depugnare.Quasi plane expiaturus omne
præteritum dedecus,si de gladiatore munerator fuis
set.Inde iam consulares quoq; aggressus,in Apenni
no Lentuli exercitum cecidit,apud mutinã Caij Cas
sij castra deleuit.Quibus elatus uictorijs de inuaden
da urbe romana quod satis est turpitudini nostræ deli
berauit,tandem etiam totis uiribus contra Mirmillo
nem consurgitur,pudoremq; romanũ Licinius Cras
sus asseruit,a quo pulsi fugatiq;,pudet dicere hostes

in extrema italiæ cõsurrexerunt, ibi circa brutiũ angulum clusi, cum fugã in siciliam pararent, neq; nauigia suppeterent, ratesq; ex cratibus, & dolia connexa uirgultis, in rapidissimo freto frustra expetirẽtur, tãdem eruptione facta, dignam uiris obiere mortẽ, & quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Spartacus ipẽ in primo agmine fortissime dimicans quasi imperator occisus est.

Bellum Ciuile Marianum.

h Oc deerat unũ Po. Ro. malis, iam ut ipse intra se parricidiale bellũ domi stringeret, & in urbe media ac foro, quasi harena, ciues cum ciuibus suis gladiatorio more concurrerent, æquiore animo utcunq; ferrem, si plebei duces, aut si nobiles, mali saltem ducatũ sceleri prebuissent. Cum uero, proh facinus, qui uiri, qui imperatores decora, & ornamenta sæculi sui Marius & Sylla pessimo facinori, suam etiam dignitatẽ pbuerunt, tribus ut sic dixerim syderibus agitatum est. Primo & leui & modico tumultu maiore q̃ bello intra ipos armorum duces subsistente sæuitia. Mox atrocius & cruentius per totius uiscera senatus grassante uictoria ultimum non ciuicam modo, sed hostilem quoq; rabiem supergressum est cum armorũ furor totius italiæ uiribus niteretur, eousq; odijs sæuientibus, donec deessent qui occiderentur. Initium & causa belli inexplebilis honorum marij fames, dum decretam Syllæ prouinciam, Sulpitia lege sollicitat. Sed impatiens iniuriæ statim Sylla legiones circũegit, dilatoq; Mythridate exquilia Collinaq; porta geminũ agmen urbi infu

dit. Vnde cum subito Sulpitius & Albinouanus obiecissent cateruas, sudesq;, & saxa undiq; a mœnibus actela iacerentur, ipse quoq; iaculatus incẽdio uiã fecit, arcẽq; capitolij, quæ pœnos quoq; gallos etiam Senonas euaserat, quasi captiuam uictor insedit, cum ex consulto senatus aduersarijs hostibus iudicatis, in præsentem tribunum, aliosq; diuersæ factionis iure seuitum est, Marium seruilis fuga exemit, immo fortuna alteri bello reseruauit. Cornelio Cinna Cneo Octauio consulibus male obrutũ resurrexit incendiũ, & quidem ab ipsorum discordia, cum de reuocandis, quos senatus hostes iudicauerat ad populum referretur, cincta quidem gladijs contione, sed uincentibus, quibus pax, & quies potior, profugus patria sua Cinna confugit ad partes, redit ab africa Marius clade maior, siquidem carcer, cathenæ, fuga, exilium horrificauerant dignitatem. Itaq; ad nomem tanti uiri late concurritur, seruitia prohnephas, & ergastula armantur, & facile inuenit exercitum miser imperator. Itaq; ui patriam reposcens, unde ui fuerat expulsus, poterat uideri iure agere, nisi causam suam sæuitia corrumperet, sed cũ dijs hominibus infestusq; rediret, statim primo impetu cliens & alumna urbis hostia, nefanda strage diripitur, mox in urbem quadruplici agmine intrat, diuisere copias Cinna, Marius, carbo, Sertorius. Hic postq; manus omnis Octauij depulsa ianiculo est, statim ad principum cædẽ signo dato aliquãto sæuius, quam aut in punica, aut in cymbrica urbe sæuit. Octauij cõsulis caput pro rostris exponitur. Antonij cõsularijs in Marij ipsius mẽsis.

Cæsar, & Fimbria in penatibus domorũ suorum trucidantur. Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu. Bebium atq; Numitorium per mediũ forũ unci traxere carnificum. Catulus se ignis haustu ludibrio hostium excmit. Merula flamem dialis in capitolio Iouis ipsius oculos uenarum cruore respersit. Arcarius ipso uidente Mario confossus est, quia fatalem illam scilicet manum non porrexerat salutanti. Hæc tot senatus funera intra calendas & idus Ianuarij mẽsis, septima illa marij purpura dedit, quid futurum fuit si annum consularis implesset. Scipione Norbano quinto consule tertius ille turbo ciuilis insaniæ toto furore detonuit, q̃ppe cũ hinc. viij. legiones, inde quingentæ cohortes starent in armis. Inde ab asia cum uictore exercitu Sylla properaret, & sane cum tam fetus in syllanos Marius fuit quanta sæuitia opus erat, ut sylla de Mario uindicaretur. Primum apud capuam sub amne Vulturno signa cõcurrũt, et ibi statim Norbani fusus exercitus statim omnes scipionis copiæ ostentata spe pacis oppressæ. Tum Marius iuuenis & Carbo consules, quasi desperata uictoria, ne inulti perirent sanguine senatus sibi parẽtabant, obsessaq; curia, sic de senatu, quasi de carcere q̃ iugularẽtur educti. Quid funerũ in foro, in circo, in parẽtibus templis? Nam cum Mutius Sceuola Pont. uestales amplexus aras tantũ non eodem igne sepelitur. Lamponius atq; Thelesinus samnitum duces atrocius Pyrrho & Hannibale campaniam ethruriamq; populantur, & sub specie partium se uindicant. Apud sacriportum, collis

nāq; portā debellatæ omnes hostiū copiæ. Ibi Marius hic Thelesinus oppressi nec idē tamen cædiū, qui bello, finis fuit. Stricti enim et in pace gladij animaduersumq; in eos, qui sponte dederant, minus est quod apud scriportum, apud Collinā. lxx. amplius milia sylla cōcidit, bellū erat quattuor milia debitorū inermiū ciuiū in uilla pu. interfici iussit, isti tot in pace nō plures sunt, quis autē illos potest computare, quos in urbe passim quisquis uoluit, occidit? donec admonente Fursidio uiuere aliquos debere, ut essent, quibus imperarent, proposita est ingens illa tabula, & ex ipso equestri ordinis flore ac senatu duo milia electi qui mori iuberentur, noui generis editum piget post hæc referri ludibrio abdita fata carbonis fata, forani prætoris atq; de nulei, Bebiū sine ferro ritu ferarū inter manus laceratū, mariū ducis ipsius fratrē, apud catuli sepulchrum, oculis manibus, cruribusq; defossis seruatū aliquādiu, ut per singula membra moreretur, positis singulorum hominum fere pœnis, municipia italiæ splendidissima sub hasta uenerunt, spoletū inter amnum, præneste Florētia, nā Sulmonē uetus oppidum socium atq; amicum, facinus indignū, nondum expugnatum, ut obsides iure belli, & modo morti damnati duci iubentur, sic damnatam ciuitatem iussit Sylla deleri.

Bellnm Sertorianum.

b Ellum sertorianum quid aliud, q̄ Syllanæ proscriptionis hæreditas fuit? hostile potius an ciuile dixerim nescio, quippe q̄ lusitani celtiberiq; romano cesserint duce, exul &

profugus feralis illius tabulæ uir summe quidē sed calamitosæ uirtutis, malis suis maria terrasq; permiscuit, etiā africæ iā balearibus insulis fortunā expertus missusq; in oceanū fortunatasq; insulas penetrauit, tandem Hyspaniam armauit, ut cum uiris facile cōuenit, nec aliter magis apparuit hyspani militis uigor, quā romano duce, quāq; ille nō cōtentus hyspania. Ad mithrydatē quoq; pōticosq; respexit, regēq; classe iuuit, & qd futurū fuit satis tāto hosti, uno imperatore resistere res romana nō potuit Additus metello Cneus Pōpeius, hi copias uiri diu et ancipiti semper acie attriuere, nec tñ prius bello q̄ suorū scelere & insidijs extictus. Copias eius ꝓpe tota hyspania ꝑsecuti, diu et ancipiti semꝑ acie domauerūt. Pria ꝑ legatos certamina inhabita, cum hic Domitius et Horius inde herculei proluderēt, mox his apđ Segoniā, illis apud Anā flumē oppressi, ipsi duces cominus inuicē experti apud Lauronē atq; sucronē æquauere clades. Tū illis ad populationē agrorū, his ad urbiū excidia cōuersis, misera inter romanos duces hyspania, discordiæ pœnas dabat, donec oppresso domestica fraude Sertorio, uictoq; debitoq; Perpēna ipsæ quoq; in romanā fidē uenere urbes, ostater, mestudia ualētia, auxima, et in fame nihil nō experta calaguris, Sic recepta in pacē Hyspania, uictores duces externū id magis, q̄ ciuile bellum uideri uoluerunt ut triumpharent.

Bellum ciuile Sub Læpido.

M Arco Læpido Quinto Catulo cōsulibus, ciuile bellū pœne citius oppressum est, q̄ inciperet, sed q̄tū lateq; fax illius motus

ab ipso Syllæ rogo exarsit. Cupidus nanq; rex noua
rum per insolentiã Læpidus acta tanti uiri rescindere
parabat nec imerito, si tamen posset sine magna cla-
de reipublicæ. Nam cum iure belli Sylla dictator pro
scripsisset inimicos qui supererant, reuocante Læpido
quid aliud, q̃ ad bellum reuocabanť. Cum dãnatorũ
ciuium bona addicẽte Sylla, q̃uis male capta, iure ta
men repetitio eorum proculdubio labefactabat com-
positam ciuitatem. Expediebat ergo quasi ægræ sau-
ciæq; reip. requiescere quomodocunq;, ne uulnera cu-
ratione ipsa rescinderenť, Ergo cum turbidis concioni-
bus, uelut classico ciuitatẽ terruisset, pfectus in ethru-
riam arma inde & exercitũ urbi admouerat. Sed iam
miluiũ pontem, collemq; Ianiculum Luctatius Catu-
lus, Cneus Põpeius syllanæ dominationis duces, atq;
signiferi alio exercitu considerant. A quibus primo
statim impetu retro pulsus, hostisq; a senatu iudica-
tus, incruenta fuga ethruriã, inde sardiniã recessit. Ibi
quoq; morbo et pœnitentia interijt Victores quod nõ
tenuere alijs in ciuilibus bellis pace contenti fuerunt.

L. Flori Epithomæ Liber quartus. Incipit Bellum Catilinæ.

Atilinã luxuria primũ, tum hinc con
flata ægestas rei familiaris, simul oc-
casio q̃ in extremis finibus mundi, ar-
ma romana peregrinabanť, in nefaria
cõsilia opprimẽdæ patriæ suæ cõpule
re, senatum confodere, consules trucidare, distringere
incendijs urbem diripere ærariũ, totam deniq; rẽp.
funditus tollere, et quicquid nec Hãnibal uidereť op

tasse. Quibus (nephas) socij aggressus ẽ ipe patricius sed hoc munus ẽ Curij Porcij, Syllæ, Cethegi. Antonij, Vargũtei, atq; Longini q̃ familiæ, q̃ senatus insignia? Lẽtulus quoq; tũc maxĩe p̃ter hos oĩs imanissimi facinoris satellites habuit, additũ ẽ pignus cõiurationis sanguis hũanus, quẽ circũlatum pateris bibere summũ nephas, nisi amplius esset propter quod biberunt. Actũ erat de pulcherrimo iperio, nisi illa cõiuratio in Ciceronẽ & Antoniũ consules incidisset quorũ alter industria rem patefecit alter manus oppressit. Tãti sceleris indiciũ p̃ Fuluiã emersit, uilissimũ scortũ, sed patricij nõis, cõsul habito senatu in p̃sentẽ parricidã reum Cicero perorauit, se nõ amplius p̃fectũ, q̃ ut hostis euaderet, seq; palã p̃fesso, incendiũ suum restincturũ ruina minaret̃, & ille quidẽ ad p̃paratũ a Mãlio i ethruria exercitũ p̃ficiscit̃, signa illaturus urbi: Lentulus destinatũ familiæ suæ sybilinis uersibus regnũ sibi uaticinãs ad prestitutũ a Catilina diẽ urbe tota uiros, faces, tela disponit. Nec ciuili cõspiratiõe cõtentus, legatis allobrogũ, qui tum forte aderant, in arma sollicitatis, & isset ultra alpes furor nisi altera p̃ditione Vulturcij prætoris litteræ tenerent̃. Statim Ciceronis iperio iniecta ẽ barbaris manus, palã p̃tor in senatu conuincit̃. De supplicio agẽtibus Cæsar parcẽdum dignitati. Cato aiaduertẽdũ p̃ scelere censebat, quã sentẽtiã secutis oĩbus i carcere pricidæ strãgulant̃ q̃uis p̃te cõiurationis opp̃ssa tñ ab incœpto Catilina nõ destitit. Sed ĩfestis ab ethruria signis patriã petẽs obuio antonij exercitu opprimit̃ q̃ atrociter dimicatũ sit exitus docuit. Nemo hostiũ bello sup̃fuit, quẽ quis

impūgnando cœperat locum eum amissa dia corpore tegebat Caltilina longe a suis inter hostiū cadauera reptus ē, pulcherrima morte, si p̄ patria sic cōcidisset.

Bellum Cæsaris & pompeij.

n Am pœne toto orbe pacato, maius erat imperiū romanū, q̄ ullis externis uiribus extingui posset. Itaq; inuidens fortuna principi gentium populo, ip̄m illum in exitium suum armauit ac Mariana quidem Cimanaq; rabies intra urbem præcluserat, quasi experiretur syllana tempestas Latius intra italiam tum detonuerat Cæsaris furor atq; Pompeij, urbē, italiam, gentes, nationes, totum deniq; qua patebat imperiū quodā quasi diluuio, & cū inflāmatione corripuit. Adeo ut non recte, tantū ciuile, dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, sed potius cōmune quoddā ex omnibus & plusq̄ bellū. Quippe si duces eius inspicias totus senatus in partibus, si exercitus hinc. xi. legiones, inde. xviij. flos omnis & robur italici sanguinis, si auxilia sociorū, hinc gallici germaniq; deductus, inde Deiotarus, Ariobarsanes, Tharchon, dimotus Corinthius, omnis thraciæ cappadociæq;, ciliciæq;, macedoniæ, graciæ, italiæ, totiusq; robur orientis, si moram belli, quattuor annis & pro clade rerū breue tp̄s si locū et spaciū ubi cōmissum ē, intra italiā, inde se i galliā hyspaniā deflexit, reuersumq; ab occasu totis uiribus in epyro, thessaliaq; consedit, hinc ægyptum subito transiluit. Inde respexit, asiam 'africæ incubuit. Postremo in hyspaniam remigrauit, & ibi aliquando defecit, sed non & odia partium finita cum bello. Non enim prius quie

ũere, q̃ in urbe ipsa medio senatu eorũ qui uicti erant odia uictoris sese cæde satiarent. Cã tatæ calamitatis, eademq; omniũ nimia fœlicitas. Siquidẽ Quinto Metello & Lucio Afranio consulibus cũ romana maiestas toto orbe polleret, recentesq; uictorias, ponticos & armenios triumphos in pompeianis theatris Roma cantaret, nimia Pompeij potentia apud ociosos (ut solet) ciues mouit inuidiã. Metellus ob imminutũ cretæ triũphũ, Cato aduersus potẽtes semp obliquus detractare pompeium, actisq; eius obstrepere. Hic dolor transuersum egit, & ad præsidia dignitati paranda impulit. Forte tunc Crassus genere, diuitijs, dignitate florebat, uellet tamen authores opes Caius Cæsar eloquentia, & spiritu ecce iam cõsulatu alleuabatur. Põpeius tamen super utrũq; eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatẽ cõparare. Crasso augere, pompeio retinere cupientibus oĩbusq; pariter potentiæ cupidis, de inuadenda rep. facile conuenit, ergo cum mutuis uiribus in suum quisq; decus niteretur, galliam Cæsar inuadit, Crassus, Asiam, põpeius Hyspaniã. Tres maximos exercitus etiã, sic orbis imperiũ societate trium principũ occupatur, decem annos traxit ista dñatio, exinde qm̃ mutuo metu tenebant̃, Crassi morte apud parthos et morte iuliæ Cæsaris filiæ q̃ nupta põpeio generi soceriq; cõcordiã matrimonij fœdere tenebat, statĩ æmulatio erupit. Iam pompeio suspectæ cæsaris opes, & cæsari pompeiana dignitas grauis, nec hic ferebat parem, nec ille superiorem nefas sic de principatu laborabant tanq̃ duos tanti imperij fortuna nõ caperet. Ergo Lentulo marcelloq; consulibus rupta

altiores

prima cōiurationis fide, de successione Cæsaris sendatus, idemq; pōpeius agitabat, nec ille abnuebat, si ratio sui ꝓximis comitũs haberet̃ cōsulatus, absenti quẽ decem tribus fauēte pōpeio nuper decreuerāt. Tũ dissimulante eodem negabant, ueniret & peteret maiorũ more, ille contra flagitare decreta, ac nisi in fide per manerēt, nō se remittere exercitum ergo in hostilē decerni t̃. His cæsar agitatus statuit præmia armorũ armis defendere. Prima ciuilis belli harena, Italia fuit, cuius arces leuibus præsidijs Pōpeius isederat, sed oĩa subito cæsaris impetu oppressa sunt prima Arimino signa cecinerunt. Tum pulsus etbruria Libo umbria Thermus, Domitius corfinio, & peractũ erat bellum sine sanguine, si pompeiũ brũdusĩ opprimere, ut cœperat potuisset. Sed ille ꝑ obsessi claustra portus nocturna fuga euasit, turpe dictu, modo princeps patrũ pacis belliq; moderator, per triũphatũ a se mare lacerata & pœne inermi naui fugiebat. Nec pōpeius ab italia ꝙ senatus ab urbe fugatur prior, quā pœne uacuā metu cæsar ingressus consulem seipse facit. Aerarium quoq; sanctũ, quod ~~quid~~ tardius aperiebāt tribuni, iussit effringi, censumq; & patrimoniũ populi romani ante rapuit, ꝙ imperium pulso fugatoq; Pompeio, maluit prius ordinare prouincias quam ipm sequi. Siciliam & Sardiniam Annonæ pignora, per legatos habuit, nihil hostile erat in gallia, pacem ipse fecerat. Sed ad hyspanienses Pompeiĩ exercitus transeunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est, misera dum cupit pacē, belli metu, in bellum incidit, sed quia tutis muris erat uinici eam sibi iussit absenti.

Grecula ciuitas non pro mollicia nominis, & uallum rumpere, & incendere machinas ausa et congredi nauibus. Sed brutus cui mandatum erat bellum, uictos terra mariq; perdomuit, mox dedentibus sese ablata omnia præter q̄ potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps uariumq; & cruentum in hyspania bellum cum legatis Cnei pompeii petreio, & Afranio, quos Ilerdæ castra habentes, apud Sycorin amnē obsidere & ab oppido intercludere aggreditur, interim ab undatione uerni fluminis commeatibus prohibetur, sic fame castra tentata sunt obsessorq; ipse quasi obsidebatur. Sed ubi pax fluminis redit, populationibus & pugna campos aperuit. Iterum ferox instat, & cædentes ad celtiberiam consecutus, agere et uallo et per hæc siti ad deditionē cōpulit. Sic citerior hyspania recepta est, nec ulterior moram fecit, quid em̄ una post quinq; legiones. Itaq; ultro cedente Varrone, gades, fretum, oceanus, omnia fœlicitatē Cæsaris sequebantur. Aliquid tamen aduersus absentē ducem ausa fortuna est. Circa Illyricum & africā, quasi de industria prospera eius aduersis traderētur. Quippe cum fauces adriatici maris iussi occupare Dolobella & antonius. Ille illyrico, hic cretico littore castra posuissent, iam maria late tenēte Pōpeio repēte castra legatus eius Octauius Libo ingentibus copiis classicorum utrūq; circūuenit, deditionē fames extorsit Antonio. Missæ quoq; a Basilio in auxilium eius rates, quales inopia nauium fecerat, noua pompeianorū arte cilicū actis sub mare funibus captæ quasi per indaginē, duas tn̄ æstus explicuit, una quæ opitergino s ferebat, in

uadis hæsit, memorandumq; posteris exitũ dedit. Quippe uix mille iuuenum manus, circũfusi undiq; exercitus, per totum diem tela sustinuit, & cum exitum uirtus non haberet, tamẽ ne in deditionem uenirent, hortante tribuno Vlteio mutuis ictibus in se concurrit. In africa quoq; par et uirtus, & calamitas curionis fuit, qui ad recipiendam prouinciam missus pulso fugatoq; Varo iam superbus, subitum Iubæ regis aduentum, equitatumq; maurorum sustinere non potuit. Patebat uicto fuga, sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur. Sed iam debitũ par fortuna flagitante sedem bello Pompeius epyrõ elegerat. Nec Cæsar moratur, quippe ordinatis a tergo omnibus (quãuis hyems media prohibuerunt tempestate) ad bellum nauigauit, positisq; ad oricũ castris, cum pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio dimissa brũdusij moram faceret, adeo impatiẽs erat, ut ad arcessendos eos ardente uentis mari nocte concubia, speculatorio nauigio solus ire tentauerit, extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem uox ipsius. Quid times? Cæsarem uehis. Contractis in unum undiq; omnibus copijs, positisq; cominus castris, diuersa erant ducum consilia. Cæsar pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus, ostẽtare aciem prouocare, lacessere, nunc obsidione castrorum quæ sexdecim milium uallo obduxerat. Sed quid his obesset obsidio? qui patente mari omnibus copijs abundarent. Nunc expugnatione dirrachij irrita quippe quã uel situs inexpugnabilem facerent. Ad hoc assiduis in eruptionem hostium prælijs, quo tempore egregia uirtus Scæuæ

centurionis emicuit, cuius in scuto centum atq; uiginti tela sedere. Iam uero direptione urbium sociarū cum oricum & Comphos, & alia castella thessaliæ uastarent. Pompeius aduersus hæc nectere moras, tergiuersari simul ad hostem interclusum undiq; inopia commeatum terreret, utq; ardentissimi ducis consenesceret impetus. Nec diutius profuit duci salutare concilium, milites ocium, socij moram. Principes ambitum ducis increpabāt. Sic præcipitātibus fatis prælio functa est thessalia, et philippicis campis urbis imperij generis humani fata commissa sunt, nunq; ullo loco tantū uiriū populi romani, tantum dignitatis fortuna uidit, trecenta amplius milia hinc & illinc præter auxilia regum & senatus. Nunq; imminentis ruinæ manifestiora prodigia, fuga uictimarum, examina, insignes interdiu tenebræ, dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modum plāctus circunsonare, & mane cū pullo amiculo (nefas) apud principia conspectus est. Nunq; acrior neq; alacrior exercitus cæsaris fuit. Inde classica prius, inde tela, annotatum quoq; cōmittentis aciem crastini pilum. Qui mox adacto in os gladio, sic inter cadauera repertus libidinē ac rabiem qua pugnauerat ipsa nouitate uulneris præferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe cum Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile circūuenturus sibi Cæsarem uideretur, circūuentus ipse est. Nam cū diu æquo marte contenderet, iussuq; Pompeij fusus a cornu erupisset equitatus repēte hic signo dato germanorū cohortes tantū in effusos equites fecere impetum, ut illi esse

pedites,ij uenire in equis uiderentur. Hanc stragẽ fugientis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est, tunc terrore latius dato, turbantibus inuicem copijs, reliqua strages quasi una manu facta est. Nec ulla res magis exitio fuit ꝙ ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit mediusq́; inter impatorẽ & militẽ, uoces quoq; obequitantis exceptæ altera cruẽta, sed docta et ad uictoriã efficax miles faciem feri, altera ad iactationẽ composita parce ciuibus cũ ipse sequeretur. Fœlicẽ utcũq; in malis Pompeium si eadẽ ipsum quæ exercitum eius fortuna traxisset, superstes dignitatis suæ uixit, cum maiore dedecore per thessalica tempe equo fugeret pulsus, in deserto ciliciæ scopulo fugam in parthos africam uel ægyptũ agitaret. Vt deniq; in pelusio littore imperio uilissimi regis cõsilijs spadonũ & ne quid malis desit. Septimi desertoris sui gladio trucidatus, sub oculis uxoris suæ liberorumq; moreretur. Quis nõ peractũ esse cum põpeio crederet bellum? at qui acrius multo atq; uehemẽtius thessalici incẽdij cineres recaluere & in ægypto quidem aduersus Cæsarem sine partibus bellũ, quippe cum Ptolomæus rex Alexandriæ summũ ciuilis belli scelus peregisset, fœdusq́; amicitiæ cum Cæsare medio Pompeij capite sanxisset, ultionem clarissimi uiri manibus quærẽte fortuna causa nõ defuit. Cleopatra regis soror affusa cæsaris genibus ptẽ regni reposcebat. Aderat puellæ forma, et quæ duplicaret ex illo ꝙ talis passa uidebat̃ iniuriã, odiũ ipsius regis, qui Põpeij cædẽ partiũ fato nõ Cæsari dederat, haud dubie idem in ipsum ausurus si expedisset. Quam ubi

cæsar restitui iussit in regnum, statim ab eisdem per-
cussoribus pompeij obsessus in regia, quamuis exigua ma
nu, ingentis exercitus molem, mira uirtute sustinuit.
Ac primum edificiorum proximorum atq; naualiũ
incendio infestorum hostium tela submouit. Mox pẽ-
nisulam pharon subitus euasit. Inde depulsus in ma-
ria mira fœlicitate ad proximã classem enatauit. Re-
licto quidem in fluctibus paludamento, seu fato, seu
concilio ut illud ingruẽtibus hostium telis saxisq; pe-
teretur. Tamẽ receptus a classicis suis, undiq; simul,
hostes adortus, de imbelli ac perfida gente iusta gene
ri manibus dedit. Quippe et Theodorus magister, au
ctor totius belli, & ne uirilia quidem portenta Pho-
tinus atq; Ganymedes diuersi per mare et trãsfugio
& morte consumpti. Regis ipsius corpus obrutũ in li
mo repertũ est in aureæ loricæ honore. In Asia quoq;
nouus rerum motus a ponto plane, quasi de industria
captante fortuna hunc mithrydatico regno exitum, ut
a pompeio pater, a cæsare filius uinceretur. Rex Phar
naces magis discordiæ nostræ fiducia, quàm uirtutis suæ
infesto in Cappadociã agmine ruebat, sed hũc cæsar
aggressus uno & (ut sic dixerim) non toto prælio ob
triuit more fluminis, quod uno eodemq; momento ue
nit, percussit, abscessit, Nec uana de se prædicatio est
Cæsaris ante uictum hostem esse, quam uisum. Sic cũ
exteris. At in africa cum ciuibus multo atrocius, quàm in
Pharsalia, huc reliquias partium naufragarum qui-
dam furoris æstus expulerat. Nec reliquas diceres, sed
integrum bellũ, sparsæ magis quàm oppressæ uires erãt.
Auxerat sacramentũ ipsa clades imperatoris. Nec dege-

nerabat ducum successio. Quippe satis ample sona-
bant in pompeiani nominis locum cato & Scipio. Ac
cessit copiis mauritanus rex Iuba, uidelicet ut latius
uinceret Cæsar. Nihil ergo inter pharsaliam, et Tha-
pson, nisi q̃ amplior eoq; acrior cæsarianorum impe-
tus fuit, indignãtium post põpeium creuisse bellum.
Deniq; q̃ aliter nunq̃ ante imperiũ ducis sua sponte
signa cecinerũt strages a iuba cœpit. Et elephanti bel
lorum rudes & nuper a silua consternati subito clan-
gore, statim & exercitus in fugam, & duces fortius,
q̃ ut effugerent. Non in conspicua tamen morte om-
nium iam Scipio Naue fugiebat, & assecutis hosti-
bus gladium per uiscera exegit, & ubi esset quodam
requirente, respondit hoc ipsum, bene se habet impera
tor. Iuba cum se recepisset in regiam magnifice epu-
latus, postremo die cum petreio fugæ comite superq;
mensas & pocula interficiendũ se ei præbuit, ille &
regi suffecit & sibi. Cum interim semesi in medio ci-
bi, & parentalia fercula regio simul, Romanoq; san
guine madebãt. Cato non interfuit bello, positisq; ad
bragadam castris, uti causa uelut altera africæ clau-
stra seruabat. Sed accepta partium clade nihil cuncta
tus, ut sapiente dignum erat, mortem etiam lætus acci
uit. Nam postq̃ filium comitesq; ab amplexu dimi-
sit, in nocte lecto ad lucernam platonis libro, qui im-
mortalitatem animæ docet, paulum quieuit, tum circa
primam uigiliam stricto gladio reuelatũ manu pe-
ctus semel, iterũq; percussit. Ausi post hoc uirum me-
dici uiolare fomentis. Ille passus dum abscederent, re-
scidit plagas, secutaq; uis sanguinis moribundas ma-

nus in ipso uulnere reliquit. Quasi non esset usq; di-
micatum sic arma rursus & partes, quātoq; africa su
pra thessaliā fuit, tanto africā superabat Hyspania
plurimū, quātū fauoris partibus dabat fraternitas du
cum, & pro uno duos stare Pompeios. Itaq; nusq; at-
trocius nec tam ancipiti Marte concursum est. Primū
in ipso ostio oceani Varus didiusq; legati conflixre.
Sed acrius fuit cum ipso mari, q̄ inter se nauibus bel-
lum. Siquidem uelut furorem ciuicū castigaret ocea-
nus, utranq; classem naufragio cecidit. Qui nam ille
horror? cum eodē tēpore fluctus, procellæ, armamēta
confligerent, adde situs ipĩus formidinē, urgentia in
unum hinc hyspaniæ inde mauritaniæ littora, mare
& intestinū & externū, imminētesq; Herculis specu
las, cum omnia undiq; simul prælio, & tempestate
sæuirent. Mox circa obsidiones urbium utrinq; discur
sum est. Quæ miseræ in hos atq; illos duces societatis
romanæ pœnas dabant. Omniū postrema certaminū
Munda hic non pro cætera fœlicitate, sed anceps &
diu triste prælium, ut plane uideretur nescio quid de
liberare fortuna. Sane & ipse ante aciem mestior non
ex more Cæsar siue respectu fragilitatis humanæ, si-
ue nimiā ꝓsperorū suspectam habēs cōtinuationē, uel
eadem timens, postq̄ idē esse cœperat, ꝙ Pompeius.
Sed in ipso prælio ꝙ nemo unq; meminerat, cum diu
pari marte acies nihil aliud q̄ occiderent in medio ar
dore pugnātiū subito ingens inter utrosq; silentium
quasi conuenissent, hic omniū sensus erat, nouissime
illud inusitatum Cæsaris oculis nephas. post. xiiii. an
nos probata ueteranorū manus gradū retro dedit ꝙ et

si nōdū̃ fugerat, apparebat tñ pudore magis, ꝙ̃ uirtu te resistere. Itaq; ab legato equo similis furenti primã in aciē ꝑcurrit. Ibi prēsare fugiētes, cōfirmare, ꝑ totū deniq; agmē oculis, manibus, clamore uolitare, dicit̃ in illa ꝑturbatione, et de extremis agitasse secū, et ita māifesto uultu fuisse quasi occupare manu mortē uellet, nisi ꝙ cohortes hostiū quinq;, per trāsuersam aciē actæ quas Labienus ꝑiclitātibus castris præsidio miserat, spē fugæ præbuissent, hoc aut et ipse credidit, aut dux callidus attribuit in occasionē et quasi fugiētem inuectus, simul et suorū erexit animos, et hostes perculit. Nā hi dū se putant uincere fortius seq;, inde Pompeiani dū fugere credūt suos, fugere cœperūt. Quãta fuerit hostium cædes, Ira rabiesq; uictoribus sic æstimari potest. Hoc a prælio profugi cum se mūdæ recepissent, & Cæsar obsideri statim uictos imperasset, congestis cadaueribus ager effectus est, quæ pilis iaculisq; confixa inter se tenebantur, fœdū etiam inter barbaros, sed uidelicet desperātibus. Pompeij liberis, Cneū prælio ꝓfugū crure saucio deserta et auia petētem Cesonius apud laurone oppidū consecutus, pugnantē nondū desperantē interficit. Sextū fortuna in celtiberia interim abscōdit, alijsq; post Cæsarē bellis reseruauit. Cæsar in patriam uictor inuehit̃ primum de gallia triumphū trāsmiserat rhenus, rhodanus, & ex auro captiuus oceanus. Altera laurus ægyptia, tūc in ferculis Nilus, arsinoe & ad simulachrū ignium ardens pharus. Tertius de pharnace currus & ponto. Quartus Iuban & Mauros, & bis subactā ostendebat hyspaniā pharsalia et tharsos et mūda nusq;, &

quãto maiora erãt de quibus nõ triũphabat, hic aliquãdo finis armis fuit. Reliqua pars incruẽta, pensatũq; clemẽtia bellũ nemo cæsus iperio præter Afroniũ, satis ignorauerat semel, & Fastũ Syllã, didicerat generosum timere filiaq; Põpeij cũ patruelibus ex Sylla hic posteris cauebat. Itaq; non ingratis ciuibus, oẽs in principẽ cõgesti honores circa tẽpla imagines i theatro distincta radijs corona, suggestus in curia, fastigiũ in domo mẽsis in cœlo ad hoc pater ipse patriæ perpetuusq; dictator. Nouissime dubiũ an ipso uolente, oblata pro rostris ab Antonio cõsule regni insignia. Quæ oia uelut insule in destinatã morti uictimã congerebant. Quippe clementiã principis uicit inuidia, grauisq; erat liberis ipsa bñficiorũ potẽtia. Nec diutius dilatio donata est. Sed Brutus & Cassius aliiq; patricij cõsenserũt in cædẽ principis, quanta uis fati Manauerat late coniuratio, libellus etiã cæsari datus eodẽ die, nec per litare centũ uictimis potuerat, uenit in curiã tñ expeditionẽ parthicã meditãs, ibi in curuli sedentẽ cũ senatus inuasit, tribusq; et uiginti uulneribus ad terrã datus est, sic ille qui terrarũ orbẽ ciuili sanguine impleuerat, tãdẽ ipse sanguie suo curiã impleuit.

Cæsar Augustus.

Populus romanus Cæsare & põpeio trucidatis, rediisse in statũ pristinæ libertatis uidebatur, et redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut cæsar hæredem reliquisset uel quod utroq; perniciosius fuit, si non collega quondam mox æmulus cæsarianæ potentiæ fax & turbo sequentis secundi superfuisset Antonius, quippe dux sextus paterna

repetit trepidatũ toto mari, dũ Octauius mortẽ patris ulciscitur, iterũ fuit mouenda thessalia, dũ Antonius uarius ingenio aut successorẽ cæsaris indignatur octauiũ, aut amore cleopatræ desciscit in regẽ, nam aliter saluus esse nõ potuit, nisi cõfugisset ad seruitutẽ, gratulandũ tamen in tãta perturbatiõe est potissimum ad octauiũ Cæsarẽ Augustũ summa rerũ redijt, qui sapiẽtia sua atq; solertia, perculsum undiq; & perturbatũ ordinauit imperij corpus, quod ita haud dubie nunq̃ coire & cõsentire potuisset, nisi unius præsidij nutu quasi aĩa & mẽte regeretur. Marco Antonio et P. dolobella cõsulibus imperatore Ro. iã ad cæsares trãsferẽte fortuna, uarius & multiplex motus ciuitatis fuit quodq; in annua cæli cõuersione fieri solet, ut mota sydera tonent, ac suo flexu tempestates significent, sic cum romanæ dominationis id est humani generis conuersione pœnitus intremuit, omniq; genere discriminum ciuilibus, terrestribus, ac naualibus bellis omne imperij corpus agitatũ est.

Bellum Mutinense

PRima ciuilium motuum fuit causa testamentum Cæ. cuius secundus hæres Ant. prælatum sibi Octauium furens, inexpiabile cõtra adoptionẽ acerrimi iuuenis, susceperat bellũ, quippe cũ intra decẽ & octo annos tenerũ, et obnoxiũ, et oportunum iniuriæ iuuenem uideret, ipse plenæ ex cõmilitio cæsaris dignitatẽ laceraret furijs hæreditatẽ, ipsum insectari probris, & cũctis artibus cooptationẽ iuliæ gentis cum inhibere nõ desineret. Deniq; ad deprimendum iuuenem, palam arma moliri

& parto exercitu in cisalpina gallia resistentem mo-tibus suis Dacium Brutum obsidebat. Octauius cæ-sar ætate & iniuria fauorabilis, & nominis maiesta te quod sibi induerat. Reuocatis ad arma ueteranis, priuatus (quis crederet) consulẽ aggreditur, obsidio mutinæ liberat Brutum. Antonium exuit castris, tũ quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruen-tus & saucius aquilam a moriente signifero traditã suis humeris in castra referebat.

Bellum Perusinum.

Iterum bellũ cõcitauit agrorum diuisio, quos Cæ. ueteranis in castris præciũ mili tiæ persoluebat, semp aliter Antonij pessi mum ingeniũ gladio cincta uirilis militiæ uxor agi-tabat, ergo depulsos agris colonos incitãdo iterum in arma ierat. Hic uero iã non priuatis sed totius senatus suffragijs iudicatum hostem Cæsar aggressus intra perusinæ muros redegit, compulitq; ad extrema dedi tionis turpi & nihil non experta fame.

Bellum Viratus.

Cum solus etiã grauis paci, grauis reipu-blicæ esset Ant. quasi ignis incendio Lepi dus accessit quid contra duos exercitus ne cesse fuit uenire in cruentissimi fœderis societatem? di uersa omniũ nota incendia. Lepidnm diuitiarũ cupi-dum, quarum spes ex turbatione reip. Antonium ul-tiones de eis qui se hostem iudicassent. Cæsarẽ inul-tus pater & manibus eius graues Cassius & brutus agitabãt, in hoc uelut fœdus pax inter tres duces com ponitur, apud confluentes inter mutinam & bono-

niam iungunt manus & exercitus consultant nullo bono more triũuiratus, inuaditur, oppressã armis res pu. redit syllana proscriptio, cuius atrocitas nihil i se minus habet q̃ numerũ. cxl. senatorũ exitus fœdi, truces, miserabiles toto terrarũ orbe fugientiũ ꝑ quibus quis nõ pro indignitate rei ingemiscat, Cum Ant. L. Cæsarem auunculũ suum. Lepidus. L. Paulũ suũ fratrem proscripserit. Romæ capita cæsorum proponere in rostris iam usitatum erat. Verum sic quoq; ciuitas lachrymas tenere non potuit cum resci ssum Ciceronis caput in illis suis rostris uideretur, nec aliter ad uidẽdum eum, q̃ solebat ad audiendũ concurreret. Hæc scelera in Antonij lepidiq; tabulis Cæsar percussoribus patris contentus fuit. Hæc quoq; nisi multa fuisset etiam iusta cædes haberetur.

Bellum Cassij & Bruti.

b Rutus & Cassius sic Cæsarẽ, quasi Tarquiniũ regem depulisse regno uidebant. Sed libertatẽ quã maxime restitutã uoluerunt, illo ipso parricidio perdidere. Igitur cæde perfecta cũ ueteranos Cæsaris nec immerito timerẽt, statim curia in capitoliũ confugerãt. Nec illis ad ultionem deerat animus, sed ducem non habebant. Igitur cum appareret, quæ strages reipub. immineret, displicuit ultio cum cõsulis abolitione decreta. Ne tamẽ publici doloris oculos ferrẽt in ꝓuincias ab illo ipso quẽ occiderãt Cæsare datas syriam & macedoniã concesserant. Sic uindicta Cæsaris dilata potius q̃ oppressa est. Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut decebat in triumuiros republica, relicto ad urbis præsidium

Lepido Cæſar cum antonio in Caſſium Brutūq; ſucẽ cingitur. Illi comparatis ingentibus copijs eandẽ illã quæ fatalis. Cn. Pompeio fuit harenã inſiderant. Sed nec tum iminentia cladis deſtinatæ ſigna latuere, Nã & aſſuetæ cadauerum pabulo uolucres, caſtra quaſi iam ſua circunuolabant. In aciem prodeũtibus obuius ethiops nimis aperte ferale ſignum fuit. Ipſiq; Bruto per noctem cũ illato lumine ex more aliqua ſecũ agitare atra quædam imago ſe obtulit, et quæ eſſet interrogata, tuus inquit malus genius, ohe dixit et ſub oculis mirantis euanuit Pari in meliora præſagio in Cæſaris caſtris omnia, aues, uictimæq; promiſerant. Sed nihil preſentius, ꝙ Cæſaris medicus ſomnio admonitus, ut Cæſar caſtris excederet, quibus capi iminebat, ut factum eſt, acie nanq; cõmiſſa cum pari ardore aliquandiu dimicatum foret, et quamuis duces nõ eſſent tunc præſentes, cum alterum corporis ægritudo, illũ metus, & ignauia ſubduxiſſent, ſtaret tamen pro partibus inuicta fortuna, & ultoris, & qui uindicabatur. Primũ adeo anceps fuit, & par utrunq; diſcrimen, ut exitus prælij docuit. Capta ſunt hinc cæſaris caſtra, inde Caſſij. Sed quarto efficatior eſt fortuna q̃ uirtus & q̃ uerum eſt, ubi oriens afflauit non reſidet in uerbo tantũ eſſe uirtutem uictoriam illi p̃lio error dedit. Caſſius inclinato cornu ſuorum cum captis Cæſaris caſtris rapido impetu recipientes ſe equites uideret, fugere arbitratus euadit in tumulum, inde puluere & ſtrepitu etiam nocte uicina, eximentibus geſtæ rei ſenſum, cum ſpeculator quoq; in id miſſus tardius renũciaret, tranſactum de partibus ratus, uni ex proxi

nis auferendū præbuit caput. Brutus cū in cassio etiā suum animū perdidisset, nequid ex constituti fide resignaret, ita eñ par supesse bello cōuenerat, ipse quoq; uni comitum suorū cōfodiēdū præbuit latus. Quis sapientissimos uiros non miretur, ad ultimum non suis manibus usos, nisi hoc quoq; ex persuasione non defuit ne uiolarent manus sed in abolitione sanctissimarum pientissimarumq; animarum iudicio suo scelere alieno uterentur.

Bellum cum Sexto Pompeio.

Vblatis percussoribus Cæsaris supererat Pompeij domus, alter iuuenum in hyspania occiderat, alter fuga euaserat, contractisq; infœlicis belli reliquijs, cum insuper ergastula armasset, siciliam sardiniamq; habebat iam & classe medium mare insederat. O q̄ diuersus a patre, ille cilicas extinxerat. hic secum pyratas nauales agitarat. Tanta molle belli pœnitus in siculo freto iuuenis oppressus est. Magniq; famam ducis ad inferos secum tulisset, si nihil tentasset ulterius nihil q̄ magnæ indolis signum est sperare semper. Perditis eñ rebus ꝓfugit, asiamq; uelis petit, uenturus ibi in manus hostium et cathenas, & q̄ miserrimū est, fortibus uiris, ad hostium arbitriū sub percussore moriturus, non alia post Xerxem, miserabilior fuga, quippe modo trecentarum quinquaginta nauiū dominus, cum sex septēue fugiebat extincto prætoriæ nauis lumine, annulis in mare abiectis pauens atq; respectans, et tamen nō timens ne periret.

Bellum parthicum Duce Ventidio.

q Vanuis in cassio & Bruto partes sustulisset in Pompeio totum partiũ nomen abolesset, nonum tamen ad pacis stabilitatẽ ꝑfecerat Cæsar, cum scopulus & nodus & in ora publicæ securitatis supesset Antonius, nec ille defuit uitiis quin periret. Imo omnia expertus ambitu & luxuria, primũ hostes, deinde ciues, tandem etiam terræ sæculum liberauit. Parthi clade crassiaua altius animos erexerant ciuilesq́ populi romani discordias læti acceperant. Itaq́ ut prima affulsit occasio, non dubitauerunt erumpere, ultro quidẽ inuitãte labieno, qui missus a Cassio, Brutoq́, qui furor scelerũ sollicitauerat hostes in auxilium, & illi pacato duce regio iuuene dissipant antoniana præsidia. Casca legatus ne ueniret in potestatem a gladio suo ĩpetrauit. Deniq́ ablata syria, emanabat latius malum, hostibus sub auxilii spem sibi uincẽtibus, nisi uentidius et hic legatus Antonii incredibili fœlicitate, et labieni copias, ĩp̃mq́ pacorũ & oẽm parthicũ equitatũ toto inter orontẽ & euphratem sinulate cecidisset. Viginti amplius milium fuit. Nec sine consilio ducis qui simulato metu adeo passus est castris succedere, donec assumpto iactus spacio adimeret usum sagittarum, rex fortissime dimicãs cecidit, mox circũlato eius per urbes, quæ desciuerant capite, syria sine bello recepta. Sic crassianam cladem pacori cæde pensauimus.

Bellum Parthicum cum Antonio.

e Xpertis inuicẽ parthis, atq́ romanis, cum crassus atq; pacorus utrinq; uiriũ mutuarũ documẽta fecissent, pari rursus reuerẽs

tia integrata amicitia, & q́dē ab ipō fœdus antoniō cū rege pcussum, Sed imensa uanitas hoīs, dū titulorū cupidine araxē & euphratē sub imaginibus suis legi cōcupisset, neq; causa, nec consilio, ac ne imaginaria quidē belli cōditione, quasi hoc quoq; ex arte ducis esset obrepere, relicta repēte syria in parthos imperiū facit, gēs pter armorū fiduciā simulat trepidationē, & in cāpos fugā. Hic statim quasi uictor seq̄batur, cum subito nec magna hostiū manus ex iprouiso etiā infessos uia sub uespe uelut nimbus erupit, & missus undiq; sagittis duas legiones operuerūt. Nihil acciderat i cōparationē cladis, q̄ in posterū diē iminebat, in si interuenisset deū miseratio, unus ex clade crassiana, parthico habitu, castris adequitat, & salute latine data cū fidem ipō fecisset, quid imineret edocuit, iam affuturū cum oībus copiis regem irent retro, peterētq; montes, sic quoq; hostē fortasse nō de fore, atq; ita secuta ē minor uis hostium, q̄ immminebat. Adfuit tamē deletæq; reliquæ copiæ forent, nisi urgentibus telis in modum grandinis quadam forte, quasi docti pcubuissent in genua milites & elatis super capita scutis cæsorum speciem pbuissent, tum parthus arcus inhibuit, dein de romani cum se rursus extulissent adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris miserit uocem. Ite & bene ualete romani merito uos uictores fama gentium loquitur qui parthorum tela fugistis, nō minor ex aqua postea quam ab hostibus excepta clades, ifesta primū siti regio cum quibusdam Salmacidis fluuius infestior, nouissimæq; cum iam ab inualidis & auide hauriebatur, noxiæ, etiam dulces fuere. Mox & ardores

per armeniam, & niues per cappadociã, & utrinq; cœli subita mutatio pro pæstilentia fuit. Sic uix tertia parte de .xvi. legionibus reliqua cum argẽtum passim dolabris concideret, & subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset, ægregius imperator tandem profugit in syriam, ubi incredibili quadam mentis uecordia ferocior aliquãto factus est, quasi uicisset qui euaserat.

Bellum cum Antonio et Cleopatra.

f Uror Antonij quatenus per ambitum non interiret & luxu et libidine extinctus est. Quippe post parthos cum exosus arma in ocio ageret, captus amore Cleopatræ quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat. Hæc mulier, ægyptia, ab ebrio imperatore, præciũ libidinũ romanum imperium petit, & promisit Antonius, quasi facilior esset partho romanus. Igitur dominationẽ parare, nec tacite, sed patriæ, noĩs togæ, faciũ oblitus totus ut mõstrum illud, ut mente ita animo quoq; cultuq; desciuerat. Aureum in manu baculum ad latus, & in acie purpurea uestis ingentibus obstricta gemmis diadema aderat, ut regina rex ipse frueretur. Ad primum nouorum motuũ famã Cæsar a brũdusio traiecerat, ut uenientĩ bello occurreret, positisq; castris in epyro leucadem insulã montẽq; leucatẽ & ambraciũ sinus corona infesta classe succinxerat. Nobis. cccc. amplius naues. cc. non minus hostiũ, sed numerũ magnitudo pẽsabat. Quippe a senis in nouenos remorũ ordinibus, ad hæc turribus atq; tabulatis alleuatæ castellorum et urbiũ specie, nõ sine gẽitu maris, et labore uẽtorũ fere

bantur, quæ quidē ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naues a triremibus in senos, nec amplius ordines creuerant, itaq; habiles in omnia, quæ usus poscebat, ad impetus, & recursus, flexusq; capiendos. Illas grauis et ad omnia prepeditas singulas plures adortæ, missilibus simul, tum rostris, ad hoc ignibus iactis ad arbitrium dissipauere. Nec ulla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo, q̄ post uictoriam. Quippe immensa classis naufragio belli facto toto mari ferebatur, arabumq; & sabeorum & mille aliarum gētium asiæ spolia, purpurā aurūq; in ripā assidue mota uentis maria reuomebāt. Prima dux fugæ regina, cum aurea puppe, ueloq; purpureo se in altum dedit. Mox secutus antonius, sed instare uestigijs Cæsar. Itaq; nec præparata in oceanū fuga, nec munita præsidijs, utraq; ægypti cornua parethonium atq; pelusium profuere, prope manu tenebantur, prior ferrum occupauit antonius. Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tētauit oculos ducis frustra. Nā pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec illa de uita, qua offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperauit a principe, seruariq; se triumpho uidit, incautiorem nacta custodiam, in mausoleum se (sepulchra regum sic uocant) recipit, ibi maximos ut solebat induta cultu in differto odoribus solio iuxta suum se collocauit Antonium. Admotisq; ad uenas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est.

Hic finis armorū ciuiliū. Reliqua aduersus exteras gentes. Quæ districto circa mala sua imperio, diuersi orbis oris emicabant,

noua quippe pax, nec dum assuetæ frenis seruitutis tu midæ gentium inflatæq; ceruices ab imposito nuper iugo resiliebant. Ad septẽtrionem cõuersa ferme plaga ferocius agebat, norici, illirij, pannonij, dalmatæ, mysi, thraces, et daci, sarmatæ, atq; germani, noricis animos dabant alpes atq; niues, q͠ bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos brẽnos, senones, atq; uindelicos, per priuignũ suum Claudiũ drusum pacauit. Quæ fuit callidarũ gentiũ feritas facile uel mulieres ostendere, quæ deficientibus telis infantes ipsos afflictos humo in ora militũ aduersa miserunt. Illirici quoq; sub alpibus agunt, imasq; ualles earum & quædam quasi claustra custodiũt, abruptis torrentibus implicati, in hos expeditionẽ ipẽ sumpsit, fieriq; pontẽ imperauit. Hic se & aquis & hoste turbantibus cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit, & inuia primus, tunc agmine secuto cũ illiricus multitudine pontem succedisset, saucius manibus ac cruribus speciosiore sanguine, & ipso periculo angustior terga hostium præcidit. Pannonij duobus saltibus, ac tribus fluuijs drauo, sauo, histroq; uallantur, populati proximos intra ripas se recipiebant. In hos domandos Vrbium misit cæsi sunt in utrisq; fluminibus, arma uictorum non ex more belli cremata, sed capta sunt, & in profluẽtes data, ut cæteris qui resistebant uictoria sic nũciaretur. Dalmatæ plærũq; sub siluis agũt. Inde in latrocinia promptissimi. Hos iam quidem martius incensa urbe delminio quasi detruncauerat. Postea Asinius pollo gregibus armis agris mulctauerat, hic secũdus orator. Sed augustus

perdomandos Vibio mandat, qui efferum genus fode re terras coegit, aurumq; uenis repugnare, qd' alioquin gens omniũ cupidissima, studiosa diligentia acquiri, ut illud in usus suos seruare uideatur. Misũ q̃ feri, q̃ truces fuerint q̃ ipsorum etiã barbari barbarorũ horribile dictu est. Vnus ducũ ante aciem postulato silentio. Qui uos inquit estis? Responsum inuicẽ. Romani gentium domini, & illi, ita inquiunt fiet, si nos uiceretis. Accepit omen Martius Crassus. Illi statim ante aciem immolato equo cõcepere uotũ, ut cæsorum extis ducum et litarent et uescerentur. Deos audisse crediderim, nec tubam sustinere potuerunt. Non minimũ terroris incussit barbaris Chonidius centurio satis barbaræ efficacis tamẽ apud pares homines stoliditatis, qui poculũ gerens super cassidem suscitatam motu corporis flammam uelut ardenti capite fundebat. Ante hos thracum maximus populus desæuerat. Ille barbarus & signis militaribus, & disciplina, armis etiã romanis assueuerat. Sed a pisone perdomiti, in ipsa captiuitate rabiẽ ostendere, q̃ppe cum cathenas morsibus tentarent, feritatẽ suã ipsi puniebant. Daci montibus inhærent Cotisonis regis imperio, quotiens concretus imperio danubius iunxerat ripas decurrere solebãt & uicina populari, uisum est Cæsari augusto gentẽ aditu difficillimã submouere. Misso igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam citra præsidia cõstituit. Sic tunc dacia nõ uicta, sed summata, atq; dilata est. Sarmatæ patentibus campis inequitant, & hos per eũdem Lẽtulũ prohibere danubio satis fuit, nihil præter niues rarasq; siluas habent, tanta barbaria est, ut pacẽ

nõ intelligant. Germaniam quoq; utinã uincere tãti nõ putasset, magis turpiter amissa est q̃ gloriose acq̃sita, sed quatenus sciebat patrẽ suum Cæsarẽ bis trãsuectum pontẽ rheno quæsisse bellũ, In illius honorẽ cõcupijt facere prouinciã, & factum erat, si barbari tam uitia nostraq; imperia ferre potuissent. Missus in eam prouinciam Drusus primos domuit Vsipetes, inde cæteros percurrit, & tactos. Nam marcomãnorum spolijs insignibus quendam editũ tumulũ in trophei modũ excoluit, Inde ualidissimas nationes cheruscos, sueuos, & sicambros pariter aggressus est. Qui. xx. centurionibus incrematis hoc uelut sacramẽto sumpserat bellum. Adeo certa uictoriæ spe, ut præda in antecessus pactione diuiserint. Cherusci equos. Sueui aurum & argentũ. Sicãbri captiuos elegerant, sed omnia retrorsum. Victor nanq; drusus equos, pecora, torques eorum, ipsosq;, præda diuisit & uendidit. Præterea in tutelã p̃uinciæ præsidia atq; p̃uincias ubiq; disposuit. Per mosam flumẽ per albim, p̃ insurgiã, per rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit, bonam & genosiam cum pontibus iunxit, classibusq; firmauit, inuisum atq; inaccessum in id tempus hircinium saltũ patefecit ea deniq; in germania pax erat, ut mutati homines alia terra, cœlum ipsum mitius molliusq; solito uideretur. Deniq; non per adulationem sed ex meritis defuncto ibi fortissimo iuuene, ipsi q̃ nunq̃ aliter senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed difficilius est prouincias obtinere, q̃ facile uiribus parantur, iure retinentur, igitur breue id gaudium fuit. Quippe germani uicti

magis q̃ domiti erant, moresq; nostros, magis q̃ arma sub imperatore druso suscipiebant, postq̃ ille defunctus est. Vari quintilij libidinem ac superbiam, haud secus, q̃ seuitiam odisse cœperũt. Ausus ille agere conuentũ & in castris se direxerat, quasi uiolentiã & barbarorum lictoris uirgis, & preconis uoce posset inhibere. At illi qui iamprid ẽ rubigine oblitos enses, inertesq; cemerent equos, ut primum togas & sæuiora armis iura uiderunt, duce arminio arma corripiunt. Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta quidem et prodita per Segestem unum ducum coniuratione commoueretur. Itaq; improuidũ & nihil tale metuentẽ improuiso adorti, cum ille (o securitas) ad tribunal citaret undiq; inuadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimũtur. Varus perditas res eodem quo canensem diem paulus & fato est & animo secutus, nihil illa cæde per paludes, perq; siluas cruẽtius, nihil insultatiõe barbarorũ intolerãtius, præcipue tñ in causarũ patronos, alijs oculos, alijs manus amputabãt, unius os sutũ, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus tandem inquit uipera sibilare desiste. Ipsius quoq; consulis corpus quod militũ pietas humi abdiderat, effossum. Signa et aquilas duas adhuc et barbari possident, tertiã signifer priusq̃ in manus hostium ueniret euulsit, mersaq; intra baltei sui latebras gerens in cruenta palude sic latuit hac clade factũ ut imperiũ quod diu littore oceani nõ steterat, in ripa theni fluminis staret. Hæc ad septentrionem sub meridiano tumultuatũ magis q̃ bellatum est. Musulamos atq; getulos accolas syrtiũ Cosso du-

ce compescuit, unde illi getulici cognomen, latius ui-
ctoria patet Marmaridas atq; garamantas Turmio
subigendos dedit. Potuit et ille redire marmaricus,
sed modestior in æstimanda uictoria fuit. Ad orientē
plus negocij cū armenijs. Huc alterum Cæsar ex ne-
potibus suis misit ambo fato breues, sed alter inglori-
us Massiliæ quippe Lutius morbo soluitur. In licia
Caius ex uulnere cum armeniā ad parthos se subtra-
hentē recipit. Armenios uicto rege Tigrane in hoc
unū seruitutis genus pompeius assueuerat, ut rectores
a nobis acciperent. Intermissum ergo ius, per hunc re-
cuperatum, non incruento nec inulto tamē certamine
Quippe dominationis quem rex ariaratis prefecerat,
simulata proditione adortus uirum intentum libello
quem, ut thesaurorū rationem continentē ipse porrexe
rat, strictus ac recreatus ex uulnere in tēpus cæterum
barbarus undiq; infesto exercitu oppressus, gladio et
pyra in quam se percussus immisit, etiā cæsari satisfe-
cit. Sub occasu pacata fere erat omnis hyspania, nisi
quam pyrenei desinentis scopulis inherentem citeri-
or alluebat oceanus. Hic duæ ualidissime gentes Can
tabri & astures imunes imperij agitabant. Cantabro
rum & peior & alterior, & magis pertinax in rebel
lando animus fuit. Qui non contēti libertatē suā de-
fendere, proxmis etiā imperitare tentabāt, uacceosq;
& curgonios & aurigonas crebris incursionibus fati
gabant, in hos igit̄ quia uehementius, agere nuncia-
batur, non mandata expeditio, sed sumpta est, ipse ue
nit segisamā, castra posuit inde partito exercitu totā
indiam amplexus, cantabriā efferam gentem ritu fe-

rarũ,quasi indagine debellabat. Nec ab oceano qes, cũ infesta classe ipsa quoq; terga hostiũ cederẽtur. Primũ aduersus cãtabros sub mœnibus belgicæ præliatus est. Hic fuga in eminentissimũ uinium montem, qua maria prius oceani,q̃ arma romana ascensura esse crediderat. Tertio atracillum oppidum magna ui repugnat,captum tamen postremo fuit medulli montis obsidio,quem perpetua.xv.milium fossa cõpræhẽsum cinxit undiq; simul adeunte romano, postq̃ extrema barbari uident certatim igni, ferro inter epulas ueneno q;, quod ibi uulgo ex arboribus taxis exprimitur percepere mortem, seq; pars maior a captiuitate,quæ uidebat̃,uindicauere. Hæc per Antistium Firmũ Agrippam legatos hibernãs in taraconis maritimis Cæsar accepit,ipse præsens hos deduxit montibus,hos obsidibus adstrinxit,hos sub corona iure belli uendidit,digna res lauro, digna curru senatui uisa est,& cæsar tantus erat,ut posset triumphos cõtenere. Astures per idem tẽpus ingenti agmine a montibus suis descenderant,nec temere sumptus, ut barbaris impare & positis castris apud Sturã flumẽ trifariã in diuiso agmine,tria simul romanorum castra aggredi parant fuisset anceps & cruentũ,& utinã mutua clade certamẽ,tunc tam fortibus etiam subito, tam cum consilio uenientibus nisi Drigecini prodissent a quibus præmonitus Carisius cum exercitu adueniẽs oppressisset consilia. Sic tamen quoq; non incruento certamine, reliquias fusi exercitus ualidissimi ciuitas Lancia excepit. Vbi loci adeo certatum est, ut in captam urbem fasces poscerentur,egre dux im-

petrauit ueniã, ut uictoriæ romanæ stans potius esset ꝙ incensa monumẽtum. Hic finis augusto bellicorũ certaminũ fuit, idem rebellandi finis hyspaniæ, certa mox, fides & æterna pax cũ ipsorum ingenio in pacis partes prõptior & cum cõsilio cæsaris qui fiduciã montiũ timẽs, in quos se recipiebãt castra sua, sed qua in plano erant, habitare, & incolere iussit ingẽtis esse cõsiliũ illud obseruari caput. Natura regionis circa se oĩs aurifera, miniiq; & chrysocolæ et aliorũ colorũ ferax, igitur exerceri solũ iussit, sic astures ut latentes in profundo opes suas atq; diuitias, dum aliis quærũt nosse cœperunt. Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus, ad septentrionem quoq; duntaxat intra rhenum, atq; danubium. Item ad orientem intra eurum & euphratem nili quoq;, reliqui qui immunes imperii erant, sentiebant tamen magnitudinem, & uictoriam gentium populi romani reuertebãtur, nam & scytæ misere legatos & sarmatæ amicitiam petentes. Seres etiã, habitãtesq; sub ipso sole Indi, cũ gemmis & margaritis elephantos quoq; inter munera trahentes, nihil magis ꝙ longinquitatem uiæ imputabant, quadriennium impleuerant & tamen ipse hominum color ab alio uenire sole fatebatur. Parthi quoq;, quasi uictoriæ pertineret, rapta clade crassiana ultro signa rettulere, sic ubiq; cuncta atq; continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Ausus q; tandẽ Caius, Augustus septingentesimo ab urbe cõdita anno Ianũ geminum claudere, bis ante se clausum sub numa rege, & uicta primum carthagine, hinc cõuersus ad pacẽ pronum in omnia mala, &

in luxuriam fluens seculum, grauibus seuerisq; legibus multis coercuit, ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus, et pater patriæ, Tractatum etiam in senatu an quia cõdidisset imperium Romulus uocaretur, sed sanctius & reuerentius uisum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum dum colit terras ipso nomine et titulo consecraretur.

Romanæ Historiæ Per. L. Florum, q̃pelegantissime in Compendium redactæ.

FINIS.

Angelus Tiphernas amplissimo domino Baptistæ de ursinis cameræ apostolicæ Clerico. S.D.

s Vperioribus diebus cũ apud te de me incidisset sermo pater amplissime nonnulli cauillatores uitæ (quod mihi communis nunciauit amicus) ut meæ detraherẽt linguã liberius soluisse cognoui p̃sente ac mirãte te, hinc ego nõ alienum putaui ab officio meo excusare innocentẽ, nõ ꝙ in crimen ceciderim uerum ꝙ omni labe prorsus uacem. Id quidem agerem pluribus nisi persuaderẽ mihi causante coram uersari uiro modestissimo atq; iustissimo, qui non ignoras improborum esse maledicere, boni uero uiri a se non discedere, ut quo illi maledicendo, eo nos in bene agendo tenaciores efficiamur solatio accedit. Socrates amplissimæ sapientie uir ueneno necatus. Demosthenes etiam conterraneus suus spirans inter satellitũ manus. Damõ quoq; qui nõ crimi-

ne aliquo exulauit, sed q alios excelleret eloquentia. De obtrectoribus habere plura cõscribere, quæ quia a me scribi, a te uero legi sine molestia nõ possent prætereamus. Quod autẽ sequit Sexti Ruffi cõpendiolũ ex parte utputo satis emẽdatũ, dicatũq; nomini tuo suscipere ac legere uelis. Præmisi ex me pauca, quæ si a te uiro eruditissimo cõprobabuntur labori meo bene consultum existimabo. Tu uale & me ama.

Angelus tiphernas.

Egnauit i Italia Ianus. Saturnus deinde. Post eũ Picus, quẽ Fannus secutus ẽ. Huic latinus successit. Quo regnãte Aeneas uenit in laurentẽ agrum Lauiniũ condidit. Regnauitq; annis tribus, eo cõsecrato, cuius titulus effert Diui patris terrestris qui numici undas gubernat.

Ascanius in longam Albam quam condiderat regnum transtulit. Vbi regnatum est annis supra quadringentis triginta et duobus ab Ascanio. xxxviij.

Ascanio posthumio.	xxix.
Aenea siluio.	xxxi.
Latino siluio.	l.
Alba siluio.	xxxix.
Atyne.	xxiiij.
Capi.	xxviij.
Capeto.	xxxiij.
Tyberino.	ix.
Agrippa.	xl.
Auentino.	xxxvij.
Proca.	xxij.
Amulio.	xliij.

Sexti Ruffi uiri consularis Valentiano Augusto de Hystoria Ro. Libellus incipit.

b Reuem fieri clæmentia tua præcepit, parebo libens. Quippe cũ desit facultas latius eloquẽdi morẽ secutus calculatorũ qui ingentes summas ære breuiori reprimunt. Accipe ergo quo breuiter dicta breuius computentᷣ, ut annosam uetustatem reip. præteriti facta tẽporis non tam legere gloriose princeps q̃ numerare uidearis. Ab urbe igtur condita in ortu perennitatis uestræ quo prosperius imperiũ romanũ sortitus est anni numeranᷣ sic. sub regibus. ccxli. sub consulibus. cccclxvii. Sub imperatoribus. cccclxvii.

De regibus.

r Egnauerunt Romæ per ãnos. ccxliii. Reges numero. vii. Romulus regnauit p annos. xxxvii. Senatores per quinos dies annũ unũ. Numa Põpilius regnauit annis, xliii, Tullus hostilius regnauit ãnis. xxxii. Ancus Martius regnauit annis. xxiiii. Tarquinius Priscus regnauit annis xxxviii. Seruius Tullus regnauit ãnis. xliiii. Tarquinius supbus expulsus ẽ a regno ãno. xxv.

De consulibus.

c Onsules fuerunt a Iunio Bruto & Publicola in Pansam et Hircium numero octingenti. lxxvii. Præter eos qui in eodem anno sorte aliqua sunt surrogati p ãnos. cccclxvii. Quadragintaquinq; annis Romæ consules defuerũt. Sub decẽuiris annis. ii. Sub Tribunis militum annis. xliii. Sine magistratibus Roma fuit annis quattuor.

De imperatoribus.

i Mperatores ab Octauio Cæsare Augu-
sto usq; in Iunianũ fuerunt numero.xliij.
per annos.ccccvij. Sub his igitur tribus im
perandi generibus, hoc est regio. Consulari, & impe
ratorio, quantum roma profecerit breuiter intimabo.

Regnum regum.

s Vb regibus, ui si, per annos.ccxliij, nõ am
plius ꝙ usq; portum atq; Ostia.xviiij.mi
liariũ a portis urbis romæ, ut pote adhuc
ꝑuæ et a pastoribus cõditæ cũ finitimæ circũ ciuitates
ꝑmerẽt romanũ ꝓcessit iperiũ. Regnũ cõsulum.

s Vb consulibus inter quos & nõnunꝗ dic
tatores fuerunt ꝑ annos simul.ccccxlvij.
usq; trãspadũ Italia occupata est. Aphrica
subacta. Hyspaniæ accesserunt. Galliæ & Britanniæ
tributariæ factæ sunt. Inde illiriũ. Istri. liburni. Dal
matiæ Domiti sunt. Ad achaiam transitum est. Mace
dones subacti cum Dardanis, cum Misis & Tracibus
bellatum est, ad Danubium usq; preuentũ. In asia ex
pulso Antiocho primũ pedẽ posuerunt romani. Mi
thridate uicto Põti regnũ occupatũ ẽ, & armenia mi
nor (quẽ idẽ tenuerat) armis obtẽta ẽ. In Mesopotami
am romanus exercitus ꝑuenit, cũ parthis fœdus initũ ẽ
Contra Cardoneos ac Saracenos & Arabes bellatũ ẽ.
Iudea omnis uicta est. Cilicia & Syria in potestatem
po.ro.uenerunt. Aegypti reges fœderati sunt.

Regnum imperatorum.

s Vb imperatoribus uero per annos.ccccvij.
cum diuersa reipu. fortuna multi princi
pes imperarent. Accesserunt tamen roma

no orbi alpes maritimæ alpes gociæ, retiæ noricæ, Pānoniæ, mitiæ, & oīs ora Danubij in prouinciā est redacta Pontus omnis armenia minor. Oriens totus cū Mesopotamia, asia, arabia, & ægypto sub imperiū romani iure transiuit. Quo autem ordine singulas prouincias romana resp. assecuta est ostenditur ita infra.

Resp. romana quo ordine assecuta est regnum.

PRima prouinciarū facta est Sicilia. Eam uicto Hyerone Siculorū rege Marcellus consul obtinuit, deinde a prætoribus recta est, postea ē commissa præsidibus, nunc a cōsularibus administratur. Sardiniā & Corsicam Metellus uicit triūphauit de Sardis, qui rebellauere sæpe. Iuncta administratio harum insularum fuerat. Post suos prætores habuit. Nunc singulæ a præsidibus reguntur, in africam pro defensione Siculorū romana transmissa sunt signa. Ter aphrica rebellauit, ad extremū deleta per publium Scipionē. Carthago prouincia facta est nunc sub consularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur, sed Iugurtæ ob necatos adherbalē & Hēphalem Micipsæ regis filios bellū indictū est, & eo per metellū consulē attrito, per Mariū capto, in potestatem po. ro. Numidia peruenit Mauritaniæ a bocco rege obtentæ sunt, sed subacta omni africa Mauros Iuba rex tenebat, qui in causa belli ciuilis a Iulio cæsare uictus mortē sibi propria uoluntate consciuit, ita Mauritaniæ nostræ esse cœperunt. Ac per omnē africam sex prouinciæ factæ sunt, ipsa ubi carthago ē proconsularis. Numidia cōsularis. Tripolis & Mauritaniæ duæ hoc est Sitinensis & Cæsariensi sunt præsi

diales. Hyspanis primũ auxilium aduersus Aphros per Scipiones tulimus rebellantes tuitanos. Hyspaniã per Decium Brutum obtinuimus, & usq; Gades ad Oceanũ mare peruenimus. Post ad Hyspanos tumultuantes. Decius Iunius Syllanus exercitus missus eos uicit. Celtiberi cũ hyspania sæpe rebellabant, misso minore Scipione cum excidio Numãtiæ subacti sunt. Omnes pene Hyspaniæ occasione belli Sertoriani p Metellum & Põpeiũ in deditionẽ acceptæ sunt, post ea prorogato in quinquẽniũ imperio a Pompeio perdomitatæ sunt. Ad extremũ quoq; ab Octauiano Cæsare Augusto Cãtabri hastures qui freti montibus resistebant deleti sunt. Per omnes hyspanias sex sunt nũc prouinciæ. Terraconẽsis, Carthaginensis. Luxitania. Gallicia. Betica. Trãsfretana etiã insula terræ Aphricanæ puincia Hyspaniarũ est, que Tigitania cognominatur. Ex his Betica & Luxitana Consulares, ceteræ præsidiales sunt. Cum Gallis populus Romanus grauissima bella habuit. Galli etiam illam partẽ Italiæ ubi nunc Mediolanum est usq; ad rubiconem tenebant fluuiũ in tantũ uiribus freti ut romam ipsam bello peterẽt, et cæsis exercitibus Romanis apud Aliam fluuiũ mœnia urbis intrarent. Capitoliũ obsiderent, ad cuius arcem sexenti nobilissimi senatores confugerant, qui mille auri pondo se obsidione redemerunt. Postea Gallos cum uictoria remeãtes, Camillus qui in exilio erat collecta de agris multitudine oppressit. Aurum et signa q̃ Galli cœperãt reportauit. Cum Gallis multi Cõsnles, Prætores & Dictatores euentu uario conflixerunt. Marius Gallos de Italia

expulit, & transcẽsis Alpibus fœliciter aduersus eos pugnauit.

De.C.Cæsare,

Eterum.C.Cæsar cũ decem legionibus q̃ quaterna milia militũ Italorum habuerãt Galliã subegit, cũ Gallis ultra rhenũ positis cõflixit, Per ãnos octo ab alpibus ĩ Britãniã usq; ad Gallias trãsiuit. Decimo anno Britãnias Gallias tributarias fecit. Sunt Galliæ cũ Aquitania Britãniis prouĩciæ.xviii. Alpes maritimæ prouinciæ abrianẽsis, Viẽnensis nouem popularia aquitaniæ duæ alpes Gagiæ Lugdunẽses duæ, In Britãnia maxima Cæsariensis Britãnia prima Britãnia secũda. In Illiricũ ab ore maritimo paulatim regressi sumus. Leuinius consul adriaticũ atq; ionicũ mare primus ingressus, maritimas obtinuit ciuitates. Creta per metellum consulẽ qui Creticus dictus prouincia facta est. Græcis in fidem nostram confugientibus ad archaiam accessimus athenienses aduersus philippum Macedoniæ regem auxilium nostrum petierunt. Libera diu sub amicitiis nostris Achaia fuit. Ad postremum legatis romanorũ apud Corinthum uiolatis per.L. Numiũ in consulem capta Corintho Achaia omnis obtenta est. Epirote qui aliquando cum rege Pyrrho etiam ad italiam transire præsumpserant uicti, atq; Thessali simul cũ Achiuorum & macedonum regionibus nobis accesserunt, Macedonia ter rebellauit, sub Philippo, sub Perseo, sub Pseudo, Philippo Philippum flaminius. Persen, Paulus, Pseudo Philippum Metellus oppressit, quorum trinmphis Mocedonia quoq; populo Romano

adiuncta est. Illiricos qui auxilium Macedonibus attulerant ex eadem occasione per. L. Manilium praetorem uiximus. Et eos cum rege Gentio in deditionem accepimus. Dardanos & Mesios Curius proconsul subegit, et primus romanorum ducum ad Danubium usque peruenit.

Sub Iulio & Octauiano caesare.

S Vb Iulio & octauiano caesare per alpes Iulias iter factum Alpinis omnibus iunctis Noricorum prouinciae accesserũt, Bancone Pãnoniorũ rege subacto in deditionẽ pãnoniae uenerunt. Amantinis inter Saluũ & Drauũ prostratis, regio Saluensis ac secũdorũ loca Pannoniorum obtenta sunt, marcomomi & Quadi de locis uariisque sunt inter Danubiũ & Drauũ pulsi sunt, & limes inter Romanos & barbaros ab augusto per Vindaliciã per Noricum Pannoniam ac mesiam est constitutus.

De Traiano.

t Raianus Dacos sub rege decibalo uicit, et Daciã trãs Danubiũ in solo barbarico prouinciã fecit, quae in circuitu habuit decies cẽtena milia passuũ. Sed sub Galieno imperatore amissa est et per aurelianũ trãslatis exinde romanis duae Daciae in regiõibus Mesiae factae sunt, habet Illiricus septem & decẽ prouincias, Noricorũ duas, Pannoniorũ duas, Valeriam, Seruiam, Slauiã, Dalmatiã, Mesiã, Daciae duas. Et ĩ ditiõe Macedoniae sunt septẽ, Macedonia, Thessalonica, Achaia, Epiri duae, prualis et Cretã. Thracias Macedonici belli occasiõe trãscursum ẽ, Saeuissimi oĩm gẽtiũ thraces fuerũt ĩ thraciã regiõibus

Scordisci habitauerūt pariter crudeles & callidū genus, de quorum sæuicie multa fabulose memorantur quod hostiū captiuis diis suis litauerūt atq; sanguinē humanū in ossibus capitū potare sunt soliti, sæpe per eos romanus cæsus est exercitus. M. Didius uagantes thragas repressit. M. Drusius intra fines ꝓprios continuit. Minutius in Hebreo flumie thraciæ uastauit. Per Appiū Claudiū procōsulem hi qui Rhodopam incolebāt uicti sunt. Europæ maritimas urbes antea ro. classis obtinuit. M. Lucullus per thraciā cū Bessis primus pugnauit, ipsamq; caput gentiū uicit. Traces enim montanos subegit, & Eumolphidam quæ nunc Philopolis dicitur. Olimpiadam quæ modo Adriano polis uominatur in ditionē nostrā redegit. Caulā cœpit, Supra portū positas ciuitates occupauit, Apolliniā, Gallaciam, Parthenopolim, Thomos, Histrū ad Danubium usq; perueniēs Ro. Scythis arma monstrauit. In ditionē reip. vi. Thraciarū ꝓuinciæ sunt cōquisitæ, Thracias, Emipontus, Misia inferior, Scythia, Sacia, Rhodopa, in qua nūc sede arces ro. urbis sunt cōstitutæ Costantinopolis. Nūc autem eas partes totūq; orientem ac positas sub uicino sole prouincias qui auctores scriptis suis parauerūt explicabo, quo studium clæmentiæ tuæ quod in hisdem propagandis habebis amplius incitetur.

De Oriētalibus Regionibus a po. Ro. subactis.

a Sia societate attali regis nota ro. est. Eaq; attali testamēto relictā hæreditario iure possidemus, ne quid tale po. non uiribus partū haberet, armis per nos ab Antiocho Syriorū re

ge maximo est uidicata. Eadẽ occasione etiã Lydia se des antiqua regnorum. Caria, Hellespontus, ac phrigiæ in potestatẽ po. ro. uicta deditione uenerunt rhodijs & insularũ populis primum infestissimis post fidelissimis auxiliatoribus usi sumus, ita Rhodijs insulæ primum libere agebãt, postea in consuetudinem parendi romanis clæmenter prouocantibus peruenit. Et sub Vespasiano principe insularũ prouincia facta est, Pamphiliã, Phrigiã, Cariam, Hicariã, Seruilius proconsul ad bellũ Epirotarum missus obtinuit. Bithiniam defuncti Nicomedis testamento assecuti Gallogræciam, id est Gallatiã, sunt enim ut & galli sonat nomen Gallate, quos cũ Antiocho contra romanos auxiliũ præbuissent inuasimus. Mumius proconsul Gallatas persecutus est, quũ fugiẽtes ptim in Olympum, partim in megaram montem, qui nunc modiatus dicitur, de arduis eos in plana detrusit. Et uictos in perpetuam pacem redegit. Postea Gallatiam Deiotarus Betiæ rex nobilis romanis permittẽtibus tenuit. Ad extremum sub Octauiano Cæsare augusto Gallatia in formam prouinciæ redacta est. Eam primus Lolius administrauit, Cappadoces primo societatem nostram sub Ariarate rege petiuerunt, posteaq; Ariobarzanes rex Cappadocum a Mithridate expulsus romanorum armis restitutus est, semperq; in auxilia nostra fuerunt Cappadoces, & ita maiestatem coluere romanam, ut in honorem Augusti Cæsaris Megara ciuitas Cappadociæ maxima Cæsaria nuncuparetur. Postremo q̃ sub imperatore Claudio cæsare Archelaus ex cappadocia romam uenisset, ibiq; diu detẽ

tus occubuisset, in prouinciæ speciem cappadociam migrauit.

Reuertitur ad orientem.

P Onthus per Pompeium uicto Mithridate rege pontico formã prouinciæ accepit. Paphlagoniã Philomenes rex amicus po. ro. tenuit. Sæpe ex ea pulsus, regno a nobis est restitutus, quo mortuo ꝓuincia eius paphlagonibus imposita est. Vltra iuga thauri montis quemadmodum romana possessio perrexit consequenti locorũ magis ꝙ temporum seruata digestione mõstrabitur. Antiochus syriæ rex potentissimus bellum formidabile po. ro. intulit. Trecenta milia armatorum habuit. Falcatis curribus & elephantis aciem destruxit. A scipione cõsule fratre Scipionis aphricani in asia apud magnesiam uictus est. Pace accepta intra Thaurum regnare permissus est. Eius filii regnum Syriæ sub clientela po. ro. retinuerũt quibus defunctis Syriarum ꝓuinciis potiti sumus Calices & Hisauros qui se piratis et prædonibus iunxerãt. Seruilius proconsul ad prædonum bellũ missus subegit, et uiã per Thaurũ montem primus instituit, hicq; de callicibus & Hisauris triumphauit, atq; Hisauricus cognominatus est. Cyprus famosa diuitiis paupertatẽ po. ro. ut occuparetur sollicitauit. Eam rex fœderatus regebat, sed tanta fuit penuria ærarii ro. & tam ingens fama opum Cypriarũ, ut lege lata Cyprus confiscari iuberetur, quo accepto nũcio rex cyprius uenenũ sumpsit, quo uitã prius ꝙ diuitias amitteret. Cato cyprias opes nauibus aduexit, ita ut ius eius insulæ auarius ꝙ iustius sumus asse

cuti. Cyrenas cum cæteris ciuitatibus libiæ pẽtapolis Ptolomæi antiquioris liberalitate suscepimus. Lybia supmo Apionis regis arbitrio sumus assecuti. Aegyptus oĩs sub amicis regibus fuerat, sed uicta cũ Antonio Cleopatra ꝑuiciæ formã Octauij cæsaris augusti tpe accepit. Et primum apud Alexãdrinos. Cornelius Gallus rõanus iudex admĩstrauit ꝑ cõfinia armẽiarũ. primũ sub. L. Lucullo romana trãs Thaurũ signa trãsmissa sunt uisa rei saraceni et hirinæ supati cessere in Mesopotamia, ab eodem Lucullo urbis capta est postea ꝑ Põpeium eadẽ loca armis obtẽta sunt. Syriæ ac phœnices bello a Tigrane armeniorũ rege receptæ sunt. Arabes & Iudei in palestina uicti sunt. Ad extremũ sub Traiano pricipe regis maioris armeniæ diadæma sublatũ est, ꝑ traianũ armenia, Mesopotamia, syria, & arabia prouinciæ factæ sunt, ac limes orientalis supra ripam fluminis tigridis cõstitutus est, sed adrianus ꝗ successit Traiano inuidẽs gloriæ Traiani spõte armeniã et mesopotamiã, et syriam reddidit, ac mediũ inter ꝑsas et romanos Euphratẽ esse uoluit. Et postea sub Antoninis duobus Marco et Seuero nota ꝑtinacia cæterisq; principibus ro. ꝗ aduersus Parthos euẽtu uario dimicauerunt, quater amissa, quater accepta Mesopotamia est. Et Diocletiani tꝑibus uictis prima cõgressione romanis, secũdo aũt cõflictu supato rege Narseo & uxore eius ac filiabus captis, et eis summa pudicitiæ custodia reseruatis, pace facta Mesopotamia est restituta, & supra ripam Tigridis limes est refirmatus, ita ut quinq; gentium trans tigridẽ constitutarũ ditionem assequeremur, quæ conditio fœde-

ris in tempus diui Constantini conseruata durauit. Scio nunc quo tua uergat intentio, requiris profecto quemadmodum Babyloniæ & Romanorũ arma collata sunt, & quibus uiribus sagittis pila cõfoderent, breuiter euentus enumerabo, bellorum furto hostes in paucis inuenies esse lætatos, uera autem uirtute semp romanos probabis extitisse uictores.

De. L. Sylla.

p Rimũ a. L. Sylla proconsule Arsaces rex Parthorũ missa legatione amicitiam populi roma. rogauit ac meruit. L. Lucullus Mithridatem regno põti exutum ad armeniam prosecutus est. Tigranem armeniorum regem cum septẽ milibus clypeatis & centum uiginti milibus sagittariorum, ipse cum decem, & milibus uicit Cirram maximam Armeniæ ciuitatem expugnauit. Medenam optimam armeniorum regionem obtinuit. Per Meletem ad Mesopotamiam descendit. Ninsabiũ cum fratre regis cœpit, tendere in Persas paratus successionẽ accepit. Cn. Pompeius ex parte fœlicitatis ad mithridaticum bellum missus Mithridatẽ in armenia minore nocte aggressus prælio superauit cæsis duobus & quadraginta milibus hominũ castra inuasit. Mithridates enim cum uxore & duobus comitibus in bosforos fugit. Ibi desperatione rerum suarũ uenenũ hausit, & cum uis ueneni parum ageret, a milite suo ut ferro percuteretur impetrauit. Pompeius auxiliatorẽ mithridatis Tigranem Armeniorũ regem persecutus est. Ille se oblato diademate apud Artassata dedit. Receptæ sunt ab eo Mesopotamiæ, Syriæ, & aliquanta

pars Phœnicis et in armenia minore regnare pmissus est. Itē pōpeius bosforonis, & Colchis Aristarchū regem iposuit. Cū albanis cōfluxit. Orcodo Albano regi ter uicto pacē dedit, Hiberiā cum Arsace rege deditionem accepit. Saracenos & Arabes uicit. Iudea capta hierosolymā obtinuit. Cū psis fœdus fecit. Rediēs apud ātiochiā Dānēsem lacū loci delectatus amœnitate et aquarū abūdātia, addito nemore consecrauit.

C. M. Crassi.

m Arcus Crassus Consul aduersus rebellantes Parthos missus est, Is quū pax missa a parthis legatione rogaretur, apud Thesiphōtem responsurū se ait qui apud Zeomatē traiecit. Euphratē a transfuga quodā Maracho inductus, ad ignotā camporū solitudinē descendit. Is undiq; circūuolātibus sagittariorū agminibus cū Silane & Silena pfectis regis est cinctus exercitus, et ui telorū obrutus ipe Crassus ad colloquium sollicitatus uiuus pene capi posset repugnantibus Tribunis euaserat, et dum fugam petit occisus est caput eius cum dextera manu refectum ad regem perlatū est, atq; ita ludibrio habitum, ut faucibus eius aurum liquefactū infunderetur, scilicet ut qui ardens cupiditate prædandi pacem. Regis rogatus abnuerat, etiam mortuo eius reliquias auri flamma cōbureret. L. Crassus quæstor uir strēnuus Crassi reliquias fusi collegit. Exercitus contra Persas in Syriam irrumpens, ter cum summa administratione conflixit, eosq; trans Euphratem redactos uastauit Parthi Labieno duce qui pompeianarū partiū fuerat, & uictus ad Persas refugerat in Syriam irruperunt

ac totam prouinciam occupauerũt. P. Ventidius Bassus Parthos qui duce Labieno Syriam inuaserat occurrens in Caparo mõte cum paucis fugauit, Labienum occidit, persecutus est Persas & ad interemptionem strauit, qua congressione Parthorum regis filiũ die qua Crassus uictus fuerat occidit, ne aliquando romani ducis mors inulta relinqueretur Ventidius de persis triumphauit. M. Antonius in mediam ingressus, quæ nunc Medena appellatur, bellum parthis intulit, & primum eos uicit post duabus legionibus amissis quum fame, pestilentia, tempestatibusque præmeretur, uix per armeniam persis insequentibus reuocauit exercitum tãto per momenta temporum terrore percussus ut a gladiatore suo percuti postularet, ne uiuus ueniret in hostium potestatem.

Regnũ solũmodo quod sub Cæsaribus habitũ est.

SVb Octauiano Augusto Cæsare Armenia cũ Parthis conspirauit. Claudius Cæsar nepos Augusti cum exercitu missus ad orientẽ cũ pro maiestatẽ Romani nois facile cũcta sedasset, atque ei tũc Armeni qui tũc temporis ualidiores erãt Parthis dedissent, et iudices ex instituto Põpei dictis gentibus Claudius Cæsar præficeret Dones quisdam quem arsaces præposuerat proditione simulata libellum in quo scripti thesauri continerẽtur obtulit, quem quum ro. imperator legeret intentius, ultro Dones aggressus Claudiũ uulnerauit, percussor quidẽ a militibus cõfossus est. Claudium uulneratus reuersus in Syriam obiit. Perse ad satisfactionem tam audacis admissi obsides tunc primum Octauio cæsari de-

derunt, & erepta sub Crasso signa rettulerunt. Pacatis gentibus orientis augustus Cæsar etiam indorum legationem primus accepit. Nero quem turpissimum imperatorem romana respublica est passa, amisit armenias duas tum legiones duæ sub iugo a Persis missæ extremo dedecore romani exercitus sacramenta sedauere Traianus qui post augustum Romane reipu. mouit lacertos Armeniam recepit a parthis, sublato diademate regi Armeniæ maioris regnum ademit. Albanis regem dedit. Lubros. Bossorianos. Colchos in fidem romanæ ditionis accepit. Saracenorum loca & arabum occupauit. Cardumeos & Marcumenos obtinuit ante Mulsium, optimam enim Persidis regionem Seleutiam & Thesiphontem & Babylonia accepit, & tenuit usq; ad Indiæ fines. Post Alexandrum accessit in mari rubro, Classem instituit, prouincias fecit. Armeniam, Mesopotaniam, & Assyriam, quæ post & apud Tigridem atq; Euphratem sita irriguis tribus amnibus instar Aegypti fœcundatur. Adrianum gloriæ Traiani certum est inuidisse, qui ei successit imperio, hic sorte propria inde eductis exercitibus in Armenia, & Mesopotamiam, & Assyriam concessit. Et inter romanos & persas Euphratem esse uoluit. Antonini duo Marcus et Seuerus hic socer, & ille gener, pariter augusti Imperatores orbis æquata primum potestate imperium tenuerunt. Sed ex his Antonius iunior ad expeditionem parthicam profectus est multa ingentia aduersus persas fœliciter gessit. Seleuchiam Assyriæ urbem cum quadringentis milibus hostium cœpit, ingenti glo

ria de Persis cũ socero triumphauit. Seuerus natione Apher acerrimus imperator parthos strennuissime uicit. Ariabenos deleuit. Arabes obtriuit. Arabiã prouinciam refecit, huic cognomina ex uictorijs acquisita sunt. Nam arabenicus Parthicus & arabicus cognominatus est. Antonius Bassianus cognomento Caracalla filius seueri imperatoris expeditionẽ in persas parans in Effremiã apud ciuitatem Edosam propria morte obijt & ibidem sepultus est. Aurelius alexander quasi fato quodam in exitiũ Persicæ gẽtis iuuenis ad modũ romani imperij gubernacula suscepit. Ipse persarum regem nobilissimum Darsem gloriose uicit. Hic alexãder sacrorum scriniorum magistrũ habuit Vulpianũ iurisconsultũ. De persis põpa spectabili triumphauit. Sub Gordiano augusto ex iuuentutis fiducia rebellantes parthi ingentibus prælijs cõcussi sunt. Isq; de perside rediens uictor, fraude Philippi qui præfectus prætorio eius erat occisus est. Milites eius in. xx. miliario a Circessõ qđ nũc extat ædificarunt, atq; exequias eius romani cũ magna reuerẽtia deduxerũt Valeriani infausti principis fortunã te det referre. Is cum Gallieno suscepit imperium, sed hunc exercitus Galienum senatus imperatorem fecit, e quibus in Mesopotamiam aduersus persas Valerianus congressus a Xapore persarum rege superatus est, & captus dedecore uitæ suæ consenuit. Sub Galieno Mesopotamiã inuasam & assyriam etiã sibi persæ uendicare cœperãt, nisi qđ turpe est Odenatus decurio palmitenus collecta Syriorum agrestiũ manu acriter restitisset, & fusis aliquotiens persis non mo

do noſtrũ militẽ defendiſſet, ſed etiã ad Theſiphon-
tẽ Ro. ultro imperij quod mirũ eſt dictu penetraſſet.
Aureliani imperatoris gloriæ Zenobia ordinati uxor
acceſſit, ea enim poſt mortem mariti fœminæ ditione
orientis tenebat imperiũ, quam aurelianus multis cli-
peatorũ & ſagittariorum milibus fretam apud Hi-
mas haud procul ab antiochia uicit, & captã Ro. triũ
phãs ante currũ duxit. Cari imperatoris uictoria de
perſis nimiũ potens ſuperno numini uiſa eſt, nam ad
inuidiam ſuperni numinis pertinuiſſe credẽda eſt. Is
enim ingreſſus perſidã & quaſi ei nullo obſtante ua
ſtauit. Colcham & Theſiphõtem urbes nobiliſſimas
cœpit. Quũ uictor totius gẽtis caſtra ſuper Tigridem
haberet fulminis ictu interijt. Sub Diocletiano princi
pe põpa uictoria nota de perſis eſt. Maximianus cæ-
ſar prima congreſſione quum contra innumerã mul-
tudinẽ cũ paucis acriter dimicaſſet, pulſus receſſit, hic
tanta indignatione a Diocletiano ſuſceptus eſt ut an-
te Carpentũ eius per aliquot milia paſſuum occurre-
rit, purpuratus quũ uix impetraſſet ut reparato de li-
mitaneis Daciæ exercitu euentũ martis repeteret. In ar
menia maiore ipſe imperator cum duobus equitibus
explorauit hoſtes, & cum uiginti milibus militum
ſuperueniens caſtris hoſtium ſubito innumera perſa-
rũ agmina aggreſſus ad interẽptionem occidit. Rex
perſarũ Narſeus effugit, & uxor eius & filiæ captæ
ſunt, et maxĩa pudicitiæ cuſtodia reſeruatæ, pro qua
admiratione perſidæ non mõ armis, ſed & moribus
ſuperiores eſſe cõfeſſi ſunt. Sed meſopotamiam cum
Tranſtigranis quinq; regionibus reddiderunt pax fa

ta est,& usq; ad nostrã memoriã reip.perutilis perdurauit.Cõstãtinus rerũ dominus extremo suæ uitæ tempore expeditionem parauit in persas,toto enĩ orbe pacatis gentibus,et recenti de Gothis gloriosior uictoria multis in persis descenderat agminibus sub cuius aduentu babyloniæ intantum regna trepidauerunt, ut supplex eorum legatio occurreret.Persas facturosq; se imperata promitteret,nec tamen pro assiduis eruptionibus quas sub Constantino cæsare per orientem tentauerant ueniam meruerunt. Constantinus in persas uario ac magis difficili pugnauit euentu præter leues excubãtiũ in limite cõgressiones acriore acie nouies decertatũ est,per duces suos septies ip̃e præsens bis affuit.A ueris,& grauibus pugnis Berna & singarena p̃sente.Cõstãtino & Segarena cõstãtiensi quoq; & cum amica capta est,graue sub eo principe resp.uulnus accepit, ter autem est a persis obsessa In sibi ciuitas,sed maiori suo detrimento dum obsideret hostis affectus est. Marẽsi autẽ bello ubi Narseus occidit sup̃iores discessimus.Nota uero in agro Aliensi prope Singarenã pugna ubi Cõstantinus affuit omnium expeditionum compensatus fuisset euẽtus,si locis & nocte aduersantibus parcitos ferocia miles ab intẽpestiuo pugnandi tempore ĩperator ip̃e ad loquẽdum reuocare potuisset. Qui tamẽ inuicti uiribus improuisi aduersus sitim aquarũ subsidĳs incũbentes uespere castra persarũ aggressi ruptis munitionibus occuparũt.Fugatoq; rege quum a prælio' respirantes pretẽtis munitionibus inhiarent aquæ, morbo sagittarum obruti sunt,cura stolide ad dirigendos certius in

se ictus, lumina ipsi per noctem accensa preberent. Iuliano in externos hostes experte fœlicitatis principi aduersus persas motus defuit. Is cum ingenti iapparatu utpote totius orbis regnator infesta in persas signa commouit instructam commeatibus classem per Euphratem inuexit. Strennuus multa persarum oppida ac castella, aut suscepit dedita, aut manu cœpit. Quū contra Thesiphōtem in Tigridis & Euphratis ripam mixti castra haberet, ludosq́; campestres ut hosti solitudinem demeret, & per diem agitasset noctis in medio impositos nauibus milites in ulteriorē ripam partis transuexit qui per ardua nitentes qua difficilis etiam per diem et nullo prohibente fuisset ascensus persas terrore subito miscuerunt, uersis agminibus totius gentis apertis & Thesiphontes portis uictor miles intrasset, ni maior prædarum occasio fuisset ꝗ̃ cura uictoriæ, tantam adeptus gloriam quum de reditu a militibus admoneretur intentioni suæ magis credidit, et exustis nauibus cum transfuga qui ad se fallendum obiecerat inductus ineui mandeuiam uiæ compendia sectaretur, dextrū iter aduersa Tigridis ripa nudato militum latere iter relegens quum incautius per agmen erraret, excito puluere ereptus ex suorum cōspectu ad ostium obuio equite conspecto per ilia ictus inguine tenus uulneratus est. Inter effusionem nimiū sanguinis quum suorum ordinem licet saucius instaurasset cunctantem animam multo suos allocutus afflauit. Iouinianus prælū superiorem sed confusum morte imperatoris amissi suscepit exercitum. Quū cōmeatus deficerent, & uia in reditu prolixior immineret,

Persæ crebris excursibus nunc a fronte, nunc a tergo, mediorũ quoq; latera incursantes inter agmina mora rentur, consumptis aliquot diebus, tanta reuerentia ro mani nois fuit, ut a persis primus sermo de pace habe retur ac tunc confectus inedia exercitus conditionibus quod nunq̃ antea accidit, dispendiorũ ro. reip. impo sitis, ut in sibi & pars Mesopotamiæ traderetur, quibus cupidior regni q̃ gloriæ Iouinianus imperio rudis acqeuit. Quã magno deinceps ore tua princeps facta inclytæ sint psonanda, quibus me licet imparẽ dicẽdi nixu & æuo grauior parabo. Maneant modo concessa dei nutu & amico cui te credideris creditus es numine inducta fœlicitas. De hac gẽte sicut de Got tis, etiã Babylonibus tibi palma pacis accedat. Glorio sissimæ principũ Valentiane augustæ.

Finis hystoriæ Romanæ.

NERVA COCCEIVS EX DIONE GRAECO PER GEORGIVM MERVLAM ALEXANDRINVM.

P

Ost Domitiani cædem Romæ coc ceius Nerua imperator Designa tur. Flagrabãt adhuc odio in Do mitianum ciues quare statuæ om nes tum aureæ tum argenteæ in illius honorem constitutæ subito conflatæ fuerunt. Arcus præterea in eiusdem unius titulum & nomen sustructi euertuntur. Cæterũ Ner

ũa omnes qui impietatis in deos rei fuerant, eos absol-
ui uoluit. Exules in patriã reduxit. Serui atq; liberto-
rum plurimi Dominis atq; patronis insidias fecerãt.
Hos ad unum occidi imperauit, Et ne serui de cætero
Dominos criminarẽt edicto uetuit. Neue liceret aut ĩ
pietatis aut Iudaicæ sectæ quempiã dehinc insimula
ri. Multorũ tamẽ noĩa falso delata. Inter quos Suras
philosophus condẽnatus fuit. Deinde non leui de cau-
sa aut fortuito tumultus orĩt, sed quia ex libidine quo
rũdam multi iniuste accusarẽt. Quare Fronto Cõsul
propalam dixisse fertur. Malum esse eum imperare
sub quo nemini quippiã concessum sit, sed longe pe-
ius sub eo uiuere sub quo maxime liceat. Quæ uerba
postea q̃ Neruæ nũciata fuerũt, Ne talia deinceps fie
rent Magnopere curauit. Erat his per senectutẽ pau-
lo imbecilior, graui insuper morbo affectus cibum fe-
re euomebat, sed ne sibi statuæ ex auro siue argento cõ
stituerẽt oĩno recusauit. Per multos Domicianus dũ
imperaret bonis atq; fortunis iniuste spoliauerat. Qui
bus per uim ablata restituit dũtaxat ea uoluit, quæ in
Aula reperta fuissent. Ad sustentandã ciuium uitam
decies & quinquagies centena Milia nummũ eroga
uit, & quosdã senatorũ ordinis delegit qui agros eme
rent eosq; egenis diuiderent. Pecuniæ inops factus ue
stes primum & uasa aurea atq; argentea, preciosam
præterea supellectilem, siue sua propria, siue publica
& regia foret, auctioni subiecit. Agros item ingentes
domos & oĩa demũ præter admodũ necessaria uendi
dit. Nihilo tñ segnior in iuuandis & extollẽdis ami-
cis erat. Cõpluribus ingentia bñficia cõtulit. Sed ut i-

pendia contraheret sacrificia non pauca. Equorū cursus atq; certamina nec minus spectacula quædam sustulit. In curia illud iurauit suo iussu neminem senatorum occisum iri, Quod sacramentum quamuis etiā insidijs petitus esset inuiolatum seruauit. Nihil nūquam de suo arbitrio statuit, sed principes uiros, in consilium semper adhibebat, Leges tulit multas cum de alijs tum maxime ne Mares castrarentur, Neue Fratris Filiā Vxorē ducere fas esset,

Ruffum uero Virginium quem Romanæ Legiones olim imperatorem nominauerant minime ueritus est, uel in consulatu collegam assumere, In huius etiam sepulchro illud quidam inscripsere,

Hic situs est Ruffus pulso qui uindice quondam Imperium asseruit non sibi, Sed patriæ

Tanta erat illi integritatis fiducia, Vt sæpe iactauerit se nihil tale fecisse, quominus deposito imperio securius priuatam uitam Ageret, Coniurauerunt in eum forte Crassus Calphurnius, crassorum epos, hinc cum cæteris coniuratis dum ludi ederentur, Assidere iuxta se uoluit, Nesciebant coniurationem patefactam esse, his gladios obtulit, quos scilicet inspicerent atque pertentarent, Satis ne acuti forent, Re autem uera significabat non ad modum sibi curæ esse, si uel tunc eo in loco occideretur,

Præfectus erat prætorij Aelianus Casperius q̄ præfecturam etiam sub Domiciano gesserat. Hic tumultuantes prætorianos aduersus Neruam concitauit, hoc sane concilio ut p̄ speciem ulciscēdæ seditionis, quosdā eorum ceu hostes Cæsaris ad mortem posceret, Sed

Nerua casperio talia Molienti adeo restitit ut denu dato collo Iugulum confodiendum porrigeret, quãq nihil profecit, Nam hi fere omnes quos caspius desi gnauerat, interfecti sunt, Quare cum ob senectam ætatem, amissa Reuerentia omnibus contemptui quo dammodo esset. In capitolium ascendit, Atq quod felix faustumq. S.P.Q.R. & Mihi ipsi sit præfa tus Marcum Vlpium Traianum adoptauit, Moxq in curia cæsarem designat. Ad quem Imperij iura atq insignia, præerat enim tunc germaniæ hoc uer su Misit. Telis phœbe tuis lachrymas Vlciscere Nos stras. Ita Traianus adoptatus a Nerua deinde Impe rator factus est, Cæterum in hoc bonitas Neruæ, & studium in Remp. Maxime apparuit. Nulla inter cedebat cum Adoptato cognatio, Immo uero propin quos & cognatos q̃ plurimos habebat. Publice ta men utilitati atq saluti societatem sanguinis post posuit. Neq eo deterritus quod Traianus genere Hy spanus, aut ex Italia oriũdus nõ esset quiq; ante eum Peregrinus & Aliemigena Romanum Imperiũ non tenuisset. Virtutem hominis non Genus aut Patriam spectari oportere, existimauit. His confectis Nerua moritur. Imperauit anno uno & Mensibus Quat tuor, ac diebus nouem, Vixit autem annos quinq & sexaginta, Menses Decem & dies Totidem.

FINIS.

Traianus Nerua. Ex Dione per eundē Merulā.

t Raianus Anteq̃ Imperiū adipisceretꝰ per quietem Vidit Seniorem quendam in Tunica et prætexta purpurea, cum Corona, qua specie pingi senatores solent qui signum annulo nunc in sinistrum iugulum ac deinde in dextrum imprimeret. Vbi uero Imperium assumpsit. Edicta quædam ad senatū misit, atq; illud in primis nunq̃ suo iussu bonum uirum occisum iri, aut ignominiā notari, Id quod non solum in præsens sacramento confirmauit, Sed per totum Imperij tempus inuiolatum seruauit. Mox Aelianū & pretorianas cohortes quæ Seditionē aduersus Neruā fecerant, quasi operam, ab eis posceret ad se uocauit, Confestimq; uelut importunos dimisit, Romam deinde regressus multa in emendationem publicorum negociorum, & beneficium bonorum, quos differentius āplexabatur, constituit. In puerorum alimēta in Italia dūtaxat multa elargitus est, Ceterum Plotina uxor palatium ascendens ex gradibus ad populū conuersa, Talis inquit huc ingredior, qualem etiam egredi opto, quæ modeste, & sancte in summa potestate ita se gessit, Vt de ea nullus Iure cōqueri potuerit. Sed Traianus tantisper Romæ cōmoratus est dum expeditionē in dacos parauit. Quæ enī illi agerent, & molirētur, subinde reputans indigne ferebat, Annua tributa dependi, Vnde uires & opes magis augeri, animiq; ad maiora erigerentur. Ergo Decebalus Rex cum arma comparari in se audiret extimuit, Quippe qui nouerat antea domitianū non Romanum populum uictum. Tunc aduersus romanos et

Traianum Imperatorẽ decertandum fore, Cui integræ, ac solidæ uires, Robustum corpus, animi uigor, Mores Generosi, ac simplices superessent. Secundum enim & quadragesimum annum agebat, Cũ primũ imperare cepit, in qua ætate ita ei omnia suppetebãt, ut neq; per iuuentutem quicq̃ stulte, ac temere aggrederetur, Neq; item per senectutem languescente corpore segnis ac timidus a magnis rebus retardaretur, Nullus præterea ĩ eo liuor, nulla malignitas neminẽ omnino perdere studuit, Contra uero bonos & studiosos uiros honoribus et dignitate auxit. Quapropter timori, aut odio nulli erat, Delatoribus operã nõ dabat, iræ ita moderabatur ut nunq̃ ab ea uinceret̃, Ab aliena pecunia, & iniustis cædibus iuxta abstinuit, Plurimum in gerendis bellis pecuniæ impẽdebat, Non minore tamen liberalitate, & impensa segnius, ac animo ornamenta pacis amplexus est. Complura & ualde quidem necessaria ædificari curauit. Vt portus & ædes publicas. Vias item muniuit. In quibus faciendis fortunas, aut sanguinẽ alicuius nunq̃ absumpsit. Natura Magnificus, & gloriæ appetens erat. Circũ collapsum ampliorem atq; etiam elegantiorẽ restituit, Quod ideo se fecisse inscripsit, ut populũ Romanum capere posset. Amari, et obseruari q̃ timeri malebat, Cum populo benignus, & mansuetus, Senatum iucunde & honorifice appellabat. Sic dilectus, et carus ciuibus. Hosti dũtaxat formidolosus, uenationes præterea, Cõuiuia, Seria, & iocos frequenter cum amicis et familiaribus exercebat, In quorũ domos sepius uix quattuor comitãtibus, etiã sine Satellite diuertebat et

51-5

familiarius cum his recũbens quiescebat, eloquentiæ
& diligentis alicuius eruditionis expers fuit. Mune-
ra tamen facundi, & non indocti hominis pulcherri-
me obibat. Nihilq; oĩno erat quod optime non exerce-
ret. Vini dũtaxat appetens, et in adolescẽtulos pronus
citra calũniam habitus est, utpote qui nunq̃ ex eo tur-
pe, aut mali quicq̃ effecit, Nam qui uinum usq; ad sa
tietatem biberet, sobrius tamen erat, neq; in Crimen
pregrauante uino propulsus est, & in Masculorum
amoribus ita sibi temperauit, ut nihil per uim dum
Voluptati obsequitur moliretur, belli hactenus aui-
dus, & Studiosus ut acceptas clades emendaret. Ho-
stes exultantes compesceret, Impetusq; reprimeret, &
si qui rebellassent eos armis ad obsequium compelle-
ret. In augenda re familiari moderatus. Militarẽ etiã
disciplinam tum seuere tum remisse exercuit, Quare
milites id quod sæpe antea contigerat, nunq̃ aut con
tumaces aduersus Imperia, aut elati atq; superbi fue-
re, Igitur Imperatorem iure Decebalus Rex ante per
ignominiã & metum Domiciani Ferocior magnope
re reueritus est, Cæterum cum in dacos exercitum Tra
ianus Duceret anteq̃ Castris hostium appropinqua-
ret. Magnus circũferebatur a Barbaris fungus, Lati-
nis inscriptus litteris, erantq; qui talia uociferarẽtur,
Sotias gẽtes et buros præcipue monere et hortari. Tra
ianum, Vt pace cõposita retro domũ abiret, Nihilo ta
men minus is cum hoste conflixit, ingenti edita cede,
Cum uulneribus ligamenta suis deessent, proprie ue
sti non pepercit, q̃ in lacinias conscissam seuitijs par-
titus est, Militibus qui in ea pugna conciderant aras

constitui, & annua parentalia peragi uoluit, in iuga deinde Montium contendit, & Iugum, ex Iugo captans ad Dacorum Regiam euasit, Hostes ex altera parte Lucius prefectus adortus est, qui continuo terga dedere, Cecidere item in eo certamine permulti, Complures capti, qua iactura perculsus Decebalus confestim primores pilatorum legatos delegit, atque ad Traianum misit, qui dicerent. Regem ad quascunque pacis conditiones uenturum & quæ Imperata forent haud grauate facturũ, Tunc Traianus arma, & Bellica Instrumenta, machinas præterea, eorumque artifices sibi tradi postulauit, Transsfugas item omnes, & qui ad Dacos profugissent siue romani siue socij fuissent remitti mandauit, atque ut Castella, & arces deductis præsidijs euerteret, omni præterea terra decederet quam de finitimis per uim cepisset, eos denique amicos & Inimicos haberet, quos Senatus censuisset, Quibus condictionibus & si Inuitus assensus Tamen Decebalus fuit, Mox ad Traianum deductus illum humi procumbens suppliciter adorauit, His confectis Traianus in Italiam reuenit, Legatos Decebali quos secum duxerat, in urbem præmisit, qui in senatum introducti Depositis armis, Manibusque in seruilem morem porrectis cum multa supplices dixissent, Ratificata per senatum pace, quam Traianus Regi dederat, arma resumpsere, Romam deinde Traianus ingreditur, & ex eo Dacicus appellari cœpit, Tum in Theatrum gladiatores inducit in certamen compositi sunt, His enim magnopere delectabatur, Mimi adhuc, et Saltatores inducti fuere, E quibus

unum cui pyladæ nomẽ erat, præ cæteris dilexit, Sed in tanto bellorum studio, & gloriæ cupidine, Armorumq; cura, res urbanas nunq̃ deseruit Ciuiliaq; negocia non minus intente administrabat, Siquidem Studio pugne a iure dicendo nunq̃ auocatus fuit, In Augusti foro nunc in porticu Liuiæ, & sepissime alibi pro Tribunali litigantes audiuit, Indiciaq; reddidit. Interea nunciatur Decebalum præter conuentiones, & fœdera multa ad rebellionem spectantia parare & facere, Quippe arma Fabricare, Transfugas recipere, Munitiones & Castella instaurare, Vicinas gentes missis legationibus ad bellũ sollicitare, his potissimum infestus qui secum cõiurare noluissent, Idq; Iazygum agri partem Inuaserant, quam Traianus uictor illis repetentibus minime restituere deinde uoluit, ob hec iterum hostis a senatu Indicatur, Bellum Traianus suscepit, Quod tandem sine alterius ducis opera confecit. Ceterum decebalus longe uiribus Impar. Nam si acie dimicare oportuisset, se facile uinci cognoscebat, ad dolos, & fraudes conuertitur, Parũq; abfuit quin per insidias Traianum tolleret, In missiã delectos perfugas mittit, qui illum per speciem colloqui confoderent, Simpliciter, & ex bona fide Traianus omnia gerebat, Vtpote qui se facilem sine metu periculi adeuntibus præberet, Quare sibi parum caueret facile existimabãt illum per insidias excipi posse, Sed rem mandatam peragere Latrones nequiuere, Siquidem unus eorum latrociniũ suspectus per tormẽta cõtinuo consilia facinoris aperuit. Ergo cũ insidiæ non processissent Longinum quem in prælijs haud

impigrum Ducem expertus fuerat, In colloquium uocat, persuadetq; ut propius accedat, quasi quæ Traianus imperaret sine mora facturus esset. Appropinquantem comprehendi iussit, atq; propalam quæ forent Traiani, consilia exquisiuit. Mox nihil omnino fatente in libera custodia tenuit, Interea Traianũ per litteras monet se non aliter longinum e uinculis emissurum, nisi sibi ignosceret, pacemq; reconciliaret. Ad hæc Traianus media quædam respondit, ostenditq; se non tanti facere longini Salutem, ut belli, & pacis momenta in eo ponerentur, Decebalus & si iratus animum tamen aliquantulum compressit, Neq; ad cedem longini statim prorupit. Verum longinus cum se obseruari uideret, & sæpius quidnã rerum ageret exquiri ebibito ueneno cuius tunc copia sup̃erat seipm̃ interemit. Per ea tẽpora Traianus Lapideum pontem in Istro fecit, opus sane mirãdum, & maxime memorabile, Cui cætera illius opera uix adæquare possis, uiginti stant ex quadrato lapide pilæ, quarũ altitudo centũ & quinquaginta pedum præter fundamẽta habetur, Latitudo sexaginta pedes cõtinet, Distant inter se centum, & septuaginta pedibus. Fornicibus uero cõiungunt̃, Impẽsa profecto ingens & uix credibilis Sed illud mirari conuenit, qua nam ratione, & q̃bus uiribus, quoue artificio in illa gurgitum altitudine tanq̃ præcipiti fluuio tum singulæ columnæ extrui ualuerint, Tantarum molum fundamẽta stabiliri uada præterea limosa erant, Neq; amnis alio duerti poterat. Quanta uero altitudo sit aquæ, & q̃ late pateat amnis haud equidem enarrauerim, diffunditur

per ea loca spaciosus, atque interim imbrium mole
concitatus ripas longius summouet, alibi uero du-
plo atque interim triplo priore sui parte maior aut
restagnat, aut defluit, qua uero arctatur Vorticosus
& ferox edificia, & pontes non patitur, & rur-
sum liberatus angustijs in pelagi formam totus ex
paciatur, Iterumq; coit, quasi retentus profundior,
& rapidus fertur, arduum igitur, & maxime labo-
riosum fuit in ea fluminis parte pontem edificare,
ex hoc sane ingēs traiani animus arguitur, atq; adeo
magis quod nullum commeandi usum pons præbe-
bat, Pilæ etiam num extant, ceu in ostentationem po
tentiæ, & cæsaris opum fabricatæ, simul etiam ut
posteris testatum maneret, Nihil esse quod hominū
manu, & opibus romani imperij effici nō posset. Pō-
te danubium ideo traianus coniungere uoluit, ut ex-
peditius uel conglaciato amne præsidia facultas trāsf
eunda foret, quotiens romam qui trans danubium
agerent a barbaris bello, & armis uexarentur, Ergo
uel astricto frigoribus fluuio cum res deposceret com
meare licebat, Cæterum contraria ratio adrianum
mouit, Siquidem is ueritus ne pulso romano præsi
dio, aut oppressis legionibus feræ, & indomitæ
gentes facto aditu ea loca inuaderent, quæ cis danu-
bium sunt, Misiamq; subinde popularentur structu-
ras, & fornices quantæ super aquam eminebant de-
moliri iussit, Traianus uero ponte istrum transgres-
sus bellum magis pro fiducia uirium q̄ pro studio,
aut industria gerens illic cōmoratus, Dacos tandē sub
egit, atq; in debellādo hoste multa egregij ducis, &

fortis uiri opera edidit, Complures militum pericula intrepidi adiere, pugnando aliĳ multa fortiter fecerunt, Forte eques accepto uulnere de pugna eductus ut scilicet adhibitis remediĳs sanari posset, desperata salute protinus de tabernaculo exiuit, Nondũ enim uis mali uitalia occupauerat, In aciæ constitutus magna tum iactando tum etiam faciendo animam afflauit, At decebalus cum capta Regia uicina omnis regio in potestatem romani populi uenisset usq; ad Captiuitatem periclitatus mortem sibi consciuit, Cuius caput deinde romam delatum fuit. Ita dacia iuris & ditionis romanæ facta est, Quam mox traianus in prouinciam redegit, Vrbes condidit & colonos deduxit, Regios uero thesauros quos decebalus subter uada sargetiæ amnis haud procul a regia occultauerat inuenit, Fluuium forte rex captiuorum duntaxat manibus & opera de proprio cursu auerterat, atque effossis subide uadis in specu magnã uim auri & argenti occuluit, preciosissima quæque & eos liquores qui recondi, & seruari poterant eodem congerens, Quibus confectis, ne quispiam quæ gessisset proloqui posset, omnes qui facti conscĳ erant occidi iussit, At biculis captiuus cui res cognita erat abditos thesauros indicauit, per idem tempus palmas syrie præfectus eam arabide partem, quæ ad petram uergit edomuit, Traianum romam repetentem plurime barbarorum gentium legationes, atque etiam indorum legati adiere, spectacula magnifica per cẽtum, & uiginti dies rome edidit, Iugulata sunt aliquãdo mille, interim decem milia bestia

rum, partim feræ, partim mansuetæ, & innumera biles gladiatores decertarũt, per eadẽ tempora in pontinis paludibus uia saxo constrata est, secundũ quã domus edificatæ sunt, põtes præterea magnifice strusti, Improbi, atq; adulterini nũmi conflati sunt, Suræ licinio qui tũc decesserat, & sepulchrũ fieri, & statuã dari de publico mãdauit eo diuitiarũ atq; potentie suras processerat, ut Gymnasium Ro. populo suis impẽsis sustruxerit Incredibilis fides, & suprema amicitia inter utrũq; intercesserat, Forte insidiarum aduersus imperatorẽ Suras accusabatur. Emuli subinde instare, reumq; urgere. Tunc traianus uel Inuocatus in Domum illius cenaturus accessit. Demissisq; stipatoribus atq; satellitibus medico Suræ oculos inspiciẽdos deniq; accersito illius tonsore mentũ radendum commisit. Vtrunq; enim ex uetere instituto tum Romani Ciues, tum ceteri imperatores preter unũ Adrianũ facere soliti erant, Hic primus cæsarũ barbam nutrire cœpit. Post hæc Traianus lotus accubuit, atq; postridie ad eos conuersus, qui Suram insimulare non cessabant. Ecquid inquit si uim mihi parabat sura, ut dicitis cur heri me non occidit, Per multa sane traianus & fecit, & tentauit periclitandi hominis gratia & quamuis sæpius illũ quidam accusarent, Nunquam tamẽ induci potuit, ut quicquã ab eo mutueret. Quin etiam cum Tribunatum militum ei traderet Parazonium quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit. At talis inquit ensem accipe, quem pro me ita demum strinxeris, si iuste imperauero. Quod si perperam quicquam per me fieri cognoueris, eo in

perniciem meam utaris uelim, Statuas etiam & imagines Sosiæ Palmæ & Celso constituit, quos uiros pre cæteris coluit, & summo in honore habuit, & si qui aduersus coniurassent, eos coguitione senatui delegata puniri uoluit. Inter reos, & Crassus nominatus erat, Bibliothecas extruxit, & in foro ingentem columnam statuit. Siue ut ea pro sepulcro esset, siue in ostentationem eius operis quod ille circa forum egit, Cliuus surgebat quem effossa quoquo uersus terra ita cõplanauit, ut undeq; columna conspiceretur, Forumq; deinde in aree modum æquatum mansit, Post hæc armenijs, atque parthis bellum inferre statuit, Hunc pretextum belli faciens, quod armeniorum rex diadema, & cætera regni insignia atq; iura non ab se, sed a parthorum rege uelut illi obnoxius sumpsisset, Re autem uera cupidine magis gloriæ Impulsus est, Nanq; simul ac parthorum & armeniorum fines ingressus est, Regionis satrapæ ipsiq; mox Reges cum muneribus ei occurrernnt, equumq; duxere ita edoctum ut regem adoraret, Nã pedes anteriores in morem supplicantis flexit, Caputq; pedibus qui proximus esset subiecit, Traianus cum fere uicina omnia sine armis & certamine subegisset in Satala, & Elegiam armenie sunt oppida protinus transiuit Heniochorum Regem prosequutus honore est, Parthamasirem, qui in Armenijs regnabat grauiter mulctauit, Ita omni potitus armenia Reges, qui sponte deditionem fecissent, aut in fidem uenissent, Hos ut amicos benigne habuit, qui uero cõtumaces obsequium abnuissent parereq; recusassent,

eos omnes paruo negocio subegit, Tum in honorem eius multa senatus decreuit, atque illud in primis ut optimus appellaretur, pedibus fere ingrediebatur, cum exercitur Milites per omne iter instructi, & parati erant, ordines nunquam eodem modo ductare, atq; interim aliter q̃ꝫ suetus esset instruere, Quotiens flumina transeunda haberet, ipse auidus pedibus sicut miles traijciebat. Rumores de Hoste falsos plærunq; dissipabat etiam aduersus ea quæ speculatores exposuissent, Ita milites quæ imperasset diligentius exequebantur, & ad omnia belli momenta parati & intrepidi erant. Nisibi & Bactris mox potitus parthicus appellatur, Nihil tamen eum magis quã cognomen Optimi iuuit, utpote moribus & mansuetudini eius maxime conueniens. Armorum etiam & belli huiusmodi appellatio propria uidebatur, Dum uero antiochie Traianus ageret atrox, & funestus motus terræ accidit uicinis urbibus atque populis cladẽ etiam afferens, quanquam ipsa Antiochia insigni & publica strage uastata fuit. Hyemabat in ea forte Traianus, Atq; illuc milites frequenter, & priuati cũ plures conuenerant, Alij præterea ut iura acciperent, quosdam legationis officium, merces, & priuata compendia traxerant, q̃ꝫ plurimi uisendi Imperatoris, & spectandorum ludorum gratia confluxerant, Ita uix ulla natio, aut ciuitas a detrimento, & clade immunis extitit, ut plane uniuersus terrarum orbis, & populi qui Romano parebant imperio calamitatem ingentem acceperunt, Motum terræ fulmina primũ antecesserunt, Tum uenti insoliti, atque peregrini

uehemẽtius ſpirauere, quibus monſtris atq; prodigijs & ſi grauia, & horrenda uidebantur, Nemo tamen quæ mala ſequuta extimuit, Tum magno, & repentino oborto fragore Maria ferueſcere fluctus intumeſcere Adhuc æſtus uehementius, & uiolentius inſurgere. Terra omnis ſuccuti, domus ædificia contrario ictu quaſſari, Diſſilire alia & ſuperne aſſultantia tecta concidere crepitus audiebatur ingens & horribilis, Mœnia cõtrario pulſu modo huc, modo illuc nutãtia cõfringi & ruere, Mare ipm turbine cõtorquebatur, terra aũt ubi ædificia nõ erant maximo cõpulſa motu aſſultabat, Tetra omnia erant ſimul contrita ligna. Colliſa, uaſa, fictilia, et ſaxa acceruatim magno cum ſtridore proruebant. Puluis denſus, atq; concretus excitari tantaque obducta calligo cuncta oppreſſerat, Vt alterum uidere alloqui, & audire minime cuiquam immo ſpirare quidem ingruente uento, ac puluere liceret, Multi mortales extra domos uitæ periculum adiere, Præcipites tectis erumpebant et uelut agmine fugientes in aceruos cogebantur, Qui omnes ceu a precipiti loco deiecti eliſi ſunt. Non pauci adhuc mutilato corpore abiere, Arbores radicitus cõuulſæ procubuerunt, Ingentem turbam proſtrata tecta, & ſubuerſi muri obruere, primo impetu dẽſi alius ſuper aliũ incidẽtes extinguebãtur, Si qui uero lacero corpe aut lapide uel ligno cõuerberati ceſſiſſent. Hi pfecto oĩm miſerrimi erãt, Vtpote qbus aut uiuere, aut ſubito mori negarẽt. Non ſimplex fuit clades, Siquidẽ de tãto mortaliũ numero uix ſine noxa unus et alter euaſit. Videre erat hũc cõfracto humero illum

amissis brachiis fugere, Complures capite adempto iacebant, quidam eliso pectore sanguinem euomebāt, Inter quos pedo consul, Qui tamen haud ita multo post animam emisit, atque ut semel omnia comple-ctar nullum non calamitatis & miseriæ genus mor-tales illi sustinuere sed diutius noctu, & interdiu id agente fato terra contremuit, Tunc uitæ dubii & pa-uore consternati miseri tanto malo remedium, aut ef-fugium inuenire non poterant, ob læsi tectorum casu passim moriebantur, & quanquam fornices & con-camerata atque uacua loca prout casus adegerat, tum perystila pensilesque horti intercedente ligno a mor-te quosdam seruassent, hi tamen omnes durante mo-tu fame & inedia priusquam opem quisquam ferre posset confecti fuere, Disinente tremore quidam rui-nas ascenderunt tunc mulieris uox, & infantis uagi-tus auditus est, Matrem & filium ruinæ oppresse-rant. Mirandumq; fuit quo pacto alendo puero lac sufficere potuerit, Sed Mater & filius terra inco-lumes educti sunt. Dum uero accuratius protrita ca-dauera, & collapsas domos rimaretur, alter infans inuentus est qui matris mortuæ ubera adhuc suge-ret, omnibus autem qui ab excidio & clade superfue runt salus ingrata & uita modesta extitit. Cum lu-ctuosum urbis casum, totque obrutos mortales cerne-rent hac cōmuni, & miserāda populorum strage mi-serrima & infœlicissima tunc antiochia afflicta fuit. Traianus uero a tam fœdo diroque periculo per fe-nestram domus quam inhabitabat, uix ablatus est, accedens forte quidam humana maior effigie illum

inter exiguos tectorum lapsus incolumen subtraxit, sed tanta deinceps cæsarem formido tenuit, ut cum iam aliquot dies tremor quieuisset in hippodromio sub diuo, & in publicis tabernaculis uitam ageret, Mons item casius ita concussus est ut nutante cacumine quasi conuulsus in subiectas urbes labi existimaretur, subsedere & alij montes quin etiam aquarum fontes non ante uisi emicuere, Fluuij quoque defecerunt, Ceterum traianus appetente iam uere hostilem terram aggreditur, Sed regio quæ Eufratem attingit neque ligna neq; cæteram materiam fabricandis idoneam nauibus Ferebat, Quare nauigia in nemore circa Nisibim edificata ea plaustris imposita in fluuium transportari iussit. Sic enim compacta erant Vt soluta denuo coniungi possent, Ergo cum iuxta Cardynon Montem Fluuium difficulter ponte Iunxisset, Barbari cõtinuo occurrere, Totisq; uiribus trãsitu prohibere conati sunt, Sed Traiano Naues, & milites supererant, Tunc alias subito conuehi, & contabulari iussit, antecedebant aliæ sagittarijs oppletæ quas ita remis inhibebat ne statim in aduersam ripã procurrerent, Sed uagantis modo hanc modo illam riparum partem petere simulabant, perculsi, & quodammodo attoniti barbari. Vnde tanta Nauium uis ex ea terra quæ arbores non fert coiuisset, Ripa fluminis continuo cessere, Ita superato amne Romani Vniuersam Adiabenorum gentem subigunt, Arbela deinde Gaugamela Traianus cœpit, In quorum campis olim Alexander debellauit Darium, oppida sunt hæc, Assyrie quam barbaris, littera in t mutata Atty-

riam. Post Babylonem ire pergitur cui admodum pauci per Vastam solitudinem intercessere, Iam pridem parthorum uires, & opes Ciuilibus armis tum etiam nouo, & domestico dissidio attritæ erant. Lacum bituminis ex itinere Traianus spectare, & uisere uoluit, Ex quo muri Babylonis edificati fuere cuius ea uis est, ut lateribus, aut exiguis lapidibus inter litum saxo, aut quouis ferro muros solidiores, & firmiores facit, os prætereá antri ex quo grauis & pestilens halitus redditur inuisit quem neque terrestria animalia, nec cæli Volucres pati possunt, Nanq; si supra deuolauerint, siue propius oberrauerint olfatu ipso statim exanimes concidunt, Quare incultus locus, & a seipso circunscriptus, ac desertus Manet, Similem specum aliquando Hierapoli quæ Ciuitas est Asie uidi, Eadem pestiferi spiritus uis in auibus cognita fuit, atque desuper incubui, Vt quicquid infra esset despicerem. Cisterna undique circunsepta stat, quam super Theatrum constructum est, spirat aura omnibus animantibus noxia, Intereuntque cuncta protinus, quæ halitũ olfactumue hauserunt. Hi duntaxat impune pæstifera alioquin spiramenta hauriunt, quibus genitalia excisa sunt, causa facti incõperta mihi adhuc est, q̃q̃ diligentissime perscrutatus de ea fuerim. Id autẽ scribo & trado quod uidi, & que audiui, ut audiui. Traianus interea fossam educere aggressus ẽ, per quã Eufratem in tigrim deriuaret, Simul etiã ut nauigia faciendo ponti deueheret, Sed ubi Eufratis alueũ Tigri multo excelsiorem esse comperit, ab incepto destitit

Veritus uidelicet, Ne Eufrates conuerso in decliuiorē partem fluxu extenuaretur, Satius igitur duxit plaustris Impositas Naues per id terræ quæ exigua interiacebat in Tigrim transmittere, pōtem itaq; fecit qua Eufrates in paludes emissus tigridi misceretur, Protinusq; Ctesiphonta inuadit quam mox recepit, Imperatoris tunc Parthici cognomen quod ante ei tributum fuerat confirmauit senatus, præterea dies festos supplicationes, & triumphos prout illi agere libuisset decreuit recepta Ctesiphonte rubrum dehinc mare nauigare instituit, Sinus hic ex oceano indico in arabiam profunditur, quem Erithreum mare ab Erithreo rege qui illud tenuit posteri appellauere, Tigris insulam facit in qua per ea tempora regnabat Athabilus, eam igitur sine certamine Traianus in potestatem redegit, in his tamen locis tum hiemis, & fluuij rapido cursu, Tum æstu maris periclitatus est, Ager erat & uallum quod Spasinum incolæ uocant, A quibus & si Athabilo parerent benigne, & pacatis animis Traianus susceptus fuit, Inde ad oceanum usq; progressus cognita maris natura, Nauesq; conspicatus utinam inquit iuuenis essem, & uires atq; robur suppeterent, profecto enim in fines indorum penetrarem tunc de india multa cognouit, Deq; gentis uictu atq; uestitu paulo curiosius sciscitatus est, Alexandrū felicē duxit, iactabat subinde se ultra quā ille penetrasset progressurū, id q̄d' senatui p epistolā significauit, Subiūgens egre posse eas gētes quas deuicisset in fide, et officio cōtinere, aut a ui et iniuria defēdere quāq̄ nō cessaret quottidie oriētis,

populos armis agitare, & debellare, Nomina præ
terea uictarum a se gentium senatui nunciauit quarũ
numerus tãtus erat ut uix recenseri aut nominari pos
sent, Triumphalis tunc arcus præter alia multa, quæ
in honorem eius & decreta & facta fuerant, in illius
foro sustructus est. Iamq; ita ciues se ornabant, ut illi
in patriam reuertenti læti, & plaudentes occurrerẽt.
Sed languescente corpore, deficiẽtibusq; uiribus neq;
romam redire, neq; quicq; superiore uita, & rebus an
te gestis dignũ efficere ualuit, Immo uero pre tædio
bellorum, et magnitudine curarum coactus aliqua ex
parte gẽtes quas subegisset liberas facere. Nam dum
& oceanum nauigat, indeq; remeat populi fere om
nes qui ad deditionem compulsi fuerant, facile desci
uere. Romana enim præsidia quæ fines tuebantur, et
quorum metu, uel inuiti in officio perseuerabant, par
tim eiecere, partim interfecere. Hæc Traianus cum ad
huc per oceanum nauigaret cognouit. Transiuerat eo,
rerum & locorum fama, & si nihil, quod opinioni,
aut Sermoni responderet, inuenerit, præter aggeres,
atq; ruinas, ex quibus scriptores fabulosa multa com
menti fuerant. Alexãdro autem cuius æmulatione ru
brum mare, & oceanum nauigauerat in ea domo pa
rentauit in qua expirasse ferebatur. Ceterum audita
populorum rebellione Maximum, & Lucium in eos
populos cum exercitu misit qui defecerũt, Sed aliter
acie uictus occubuit, Lucius uero cum multa prospe
ræ gessisset acceptaq; damna emendasset. Nisibim re
cepit, Edessam obsidione, & ui captam diripuit,
Igniq; funditus absumpsit, Duo legati interea curis

tius, & clarius seleuciam expugnat, atque uicinna urbi concremarunt. Interea Traianus nouarum rerum anxius parthis, qui iam ad defectionem spectantes imperia detractabant, Regem dare constituit propiusque Ctesiphonta profectus, in patentes campos romanos simul & parthos in concionem uocat atque ex suggestu multa praefatus super iis, quae egisset, parthenaspatem regem partis diademate imposito designat, Mox arabiam petiit, Agarenosque rebellentes adortus est, erat illorum ciuitas parua, neque admodum copiosa, uicina omnis regio sterilis, & deserta propter aquae penuriam manebat, et si quid liquoris ex ea terra scatet minime potui gratus habetur. Pabuli indiga, ligna non fert, quare eam multitudine militum obsideri, aut expugnari non facile erat, defendebatur ardore solis, Cui exposita est, Ergo neque traianus in presens, neque postea Seuerus Agarenos expugnare potuerunt. Muri parte subruta stabat, Equites proxime moenia aduecti sunt, qui graui detrimento affecti in castra continuo rediere. Ipse etiam traianus urbi sine regio ornatu oberrans ut hostem falleret, Vulneratus pene fuit, Generosa canities, & oris maiestas principem prodidit, & quis foret in emetito habitu facile ostendebat. In eum igitur quem regem suspicati erant sagittas frequentes coniecere, Quarum tanta fuit uis ut qui pone Caesarem sequebatur transfixus fuerit. Prodigia mihi multa facta sunt, Tonitrua atque fulgetrae, arcus inges in coelo uisus. Tempestas, et grandines immensae, praeterea (quod monstro simile existimatum est) quotiens romanus cum hoste manus consereret ictu fulminis

auertebatur. Orta subito muscarum uis edulijs, & po culis insidens fedo contactu cuncta romano grauia & molesta faciebat, Digrediens itaq; inde traianus morbo primum tentatur, per quod sane tempus iudei qui circa cyrenem incolebat Andrea Duce constituto. romanos, & græcos sine discrimine statim obtrũcant. Nec cæde conteuti, humanis carnibus uesci cepere horum intestinis stillãte adhuc sanguine cincti tum pellibus obluti multos per medium usq; ad uerticem dissecuere, plures bestijs dilaniandos obiecere, alios inter se digladiari coegere, Vt ducenta, & amplius hominum milia eo furore, & armis iudeorum interierint. Ingens item cædes ab eisdem in ægypto patrata fuit, nec minore clade cyprij effecti fuere, Siquidem in ea Insula duce Artemione conspirantes iudei circiter Du centa, et quadraginta capitũ milia trucidarent, Qua facti atrocitate Iudeus decætero legibus, & penis Cyprũ attingere prohibetur. Si uel ui tẽpestatis uel per errorem illuc delatus fuerit, ceu capite damnatus, statim morte mulctatur. Sed inulta clades non mansit, Nam traianus misso cum exercitu lucio tum antecedentibus alijs ducibus iudeos qui per uniuersum fere terrarum orbem tãtum cædis ediderant profligauit, Inter hæc expeditionem in Mesopotamiam parabat, a qua ingrauescente morbo deterritus est. Quare publio aelio Adriano in syria cum legionibus relicto ipse in italiam nauigare cœpit, Frustra multa tunc Romani tentauere dum armenia, & Mesopotamia, necnon parthorũ potiri student, pericula quoq; in irritum, Nam Parthi repudiato Parthenaspate,

Quem indignum regno exiſtimabat, Ipſi res ſuas pri ſco gentis inſtituto adminiſtrare ceperunt. Sed traianum grauior morbus oppreſſit, Venenū ſibi datum ſuſpicatus eſt, Aiebant quidam compreſſo ſanguine, qui ſtatis diebus per inferiorem partem profluere ſolitus erat, contractam ægritudinem fuiſſe, ſtupore ita membra reſoluta ſunt, ut pars corporis defecta ſenſu, aliquādo mā ſerit. Mox intercute aqua repletus apud ſelinuntā cilicie urbē, quæ deinde Traiani ciuitas cognominata eſt defertur, Ibiq; ſtatim extinctus eſt, Cū imperaſſet annos undeuiginti, Menſes ſex, & dies quindecim.

Adrianus ex Dione Græco.

a Drianum nunq; uiuens Traianus adoptauit, popularis illi erat, educatus ſub eo, affinis deinde, nam illi nupſerat ſororis Traiani filia, quæ per omnem uitam cum eo uixit, legatus Syrie belli parthici tempore præpoſitus fuit, Neq; ullam egregiā dignitatē ab eo accepit, ſed nec conſul niſi ſero fuit, Cæſarem autem, & imperatorē eum cum Traianus ſine liberis e uita exceſſiſſet Attianus municeps eius & cæſaris ꝓcurator Factione Plotinæ, quæ illius amore flagrabat, cum uicinus eſſet et potēs declarauit, Cæterū pater meus Apronianus, qui tunc ciliciæ præerat, de illo pleraq; cōperta mihi narrabat, quo ordine & conſilio quæq; facta erant, & illud in primis mortem Traiani aliquot dies ideo occultam fuiſſe, ut adoptio procederet, Quæ res deinde ex litteris eius ad ſenatum patuit, Nam epiſtolis non ipſe ſed Plotina ſuſcripſit. Id qđ in nullo ante alio fe

cerat. Erat Adrianus quando impator declaratus fuit
Antiochiæ, quæ metropolis ē Syrie, pridieq; designa-
retur somnium tale uidit. Ignis de celo innitenti &
puro aere in humerū sinistrum incidit, deinde in dex-
trum transiliijt, Illum exterruit, nec læsit, scripsit au-
tem ad senatum Adrianus rogans imperium sibi ab
eo confirmari, abnuens illud in primis ut quicq; sibi
aut tunc aut alio tempore, ut cōsuctum erat tituli, &
honoris decerneretur, nisi quod ipse rogasset. Traiani
autem ossa in illius colūna condidit, Celebrata fuere
per multos annos publica spectacula, quæ pthica no-
minata sunt, quæ tamen sicut & pleraq; alia exolue-
runt, Ceterum Adrianus quãq; humane & moderate
imperasset, tamen propter cædes optimorū quorūdā,
quos in principio imperij, & anteq; uita decederet in
terfici curauerat, multū calūnij etiam infamiæ subi-
uit, quapropter minimo minus ī deos relatus nō fuit.
Imperium adeptus, continuo occidi uoluit, Palmum,
Celsum, Nigrinum, & Lusium, partim quia in uena
tione insidias illi struxisse dicebantur, partim alio cri
mine insimulati, quod scilicet plurimum potētia, opi
bus item atq; gloria pollerent, quos neq; in dicta cau-
sa damnauit nec ægre tulit quod hi causam dicerent,
Immo patrociniū & defensionē eorum suscepit, quin
etiam iurauit suo iussu occisos non esse. Sub finem ui-
tæ fuere perempti, Seuerianus & Fuscus nepos, fuit
autē Adrianus genere afer Adriani filius suapte na-
tura disciplinis deditus, et studiorū amator, In utraq;
lingua impense eruditus. Nam quædam soluta ora-
tione, & item poemata uaria reliquit, ambitiosus su-

pra modum, utpote qui cætera oĩa etiã minima tracta uerit, nã pinxit uenustissime atq; etiã effigies e cæra & creta formauit. Iactabat ꝑterea se nihil eorũ ignorare, qua aut in pace aut in bello siue ad regẽ, siue ad priuatũ ptinerẽt, Inuidebat autẽ magis ꝙ̃ emulabat̃, quare quosdam celebres, & excellentes artifices, quos æquare nõ poterat, alios et ꝗdẽ frequẽtes subuertit, alios ceu studiorũ & artiũ æmulos interfecit. Quippe cupiens oẽs in quacũqꝫ arte & disciplina sup̃are, Quapropter Fauorinũ Gallum gñe & Dionysiũ milesiũ sophistas tũc egregios tollere tẽtauit, Vt scilicet eorũ sectatores, atqꝫ inuicẽ certantes ꝑderet. nã Dionysius aduersus Heliodorũ quẽ ille supreme amabat, & epistolarũ magistrũ fecerat talia dixisse fert̃, põt Cesar pecunias et honorẽ tribuere, Rhetorẽ facere nõ potest, Fauorinus uero cũ apud eũ de imunitatee quã is in patria sua obtinere cupiebat, cãm acturus esset, suspicãs ne aut inferior in iudicio esset, atqꝫ etiã cõtumelia affi ceret̃, Cũ ad tribunal uenisset, Nihil aliud dixit, nisi ꝙ ꝑ noctẽ Magister eius in ꝗete astãs mandauit ei, ut ꝓ patria op̃aret̃, atq; deprecaret̃, quãdo in ea genitus foret, Vtriqꝫ ꝗ̃uis iratus grauiter Adrianus pepercit. Quãdo illorũ mortis nulla honesta causa uideretur. Sed Apollodorũ architectũ qui Traiani forum Metodæum, & Gymnasiũ illo iubente Romæ fabricauerat primũ urbe expulit, postea interfecit, quasi criminis reũ, Re autẽ uera ꝙ dũ olim cũ eo Traianus de opibus cõicaret, Adrianus rei nescius ꝗdã etiã nõ uocatus locutus ẽ, cui Architectus abi obsecro et cucurbitas depinge. nihil eñ horũ recte nosti. Forte tũc ille hmõi quas

dam pictura commendabatur, Adrianus uero Imperium adeptus Iniuriæ recordatus est, Atq; licentiam huius non tulit, Siquidem descriptionem, & formam templi Veneris quod Rome Fabricabant ad eum misit, quippe significans sine illius opera & ministerio etiam ingentia ædificia extrui posse, Quærebat itaq; an ædificiũ illud recte & commode se haberet, Rescripsit de templo. sublime illud & concauũ fieri oportere, ut ex loco superiori in sacrã usq; uiam insignior prospectus esset, & magis conspicuus concauum ad excipiendas ludorum Machinas, quæ in eo latenter cõpingi, & item ex occulto in theatrum duci possent. quantum ad simulacra pertineret dixit maiora facta fuisse q̃ ratio altitudinis, & magnitudinis postularet, Nam si surgentia Spectacula & pegmata efferre uoluerint, illud nullo pacto effici poterit humilitati loci. Hæc pala cum rescripsisset, Iratus est Cæsar, & supra modũ doluit. uidebat sane se id admisisse qđ nullo pacto Corrigi posset, quare iræ & doloris impatiẽs eũ tolli iussit Talis & ad hũc modũ erat Adrianus. Idẽ Homeri pœmata abolere cogitabat, et ꝓ eo antimachũ in scholis legendũ inducere. Cuius nomẽ multi adhuc ignorauerãt, Erant insuper ei hæc uitia, hoc est qui nimis diligenter & curiose q̃ expediret omnia exquireret, Quod itẽ uarius foret, & prudens nimisq; omnia leniebat, atq; eleuabat alia diligẽtia, ꝓuidentia, Magnificentia, & dexteritate quadã, Nã nullũ ipse bellũ mouit, & si qđ motũ erat illud composuit, nulli iniuste pecunias abstulit, multis multa elargiẽs publice et priuatim senatui et

equestri ordini. Alios duxit pecunia, honoribus alios et dignitate honestauit, neq; patiebat̃ a se quicq; peti, sed ꝑ necessitate cuiusq; oĩa faciebat. Disciplinã militarẽ diligẽter exercuit, ita ut ꝗ uiribus polleret, Neq; cõtumax eẽt, neq; etiã iniurias ĩferret, Ciuitates socias atq; tributarias, et subditos mirifice iuuit. multas earũ inuisit, & quas nullus ante se Impatorũ uiderat, atq; oĩbus aliqd opis, et auxilij ut ita dixerim tulit. Romanũ populũ acerbe magis q̃ indulgẽter tractauit. Nã cũ olim quædã ꝑ uim & supbe in ludo armorũ peterent, nihil eis distribuit, Imo uero iussit illud Domitiani ꝓnũciari. Silete, qđ uerbũ minime ꝓlatũ est. Nã præconianũ cõtinuo sustulit. Ita eo signo qđ fieri solet eos q̃escere fecit, atq; tacere, quare inquit nõ opus est, ut ex præcepto sileãt, qui iam tacuere. Hoc. n. uult princeps, neq; tamen ideo iratus est præconi. Imo uero maiore in honore habuit, ꝓpterea ꝙ grauitatẽ mãdati non exposuisset, patiebat̃ talia huiusmodi, neq; ægre ferebat admoneri & corrigi uel ab humili persona, Siquid præter sententiam & etiam subito ac fortuito iuuaretur. Transeuntem quendam mulier rogauit, ut se audiret, cui cum ille respondisset ocium mihi non est. Illa deinde clamans ait noli ergo imperare, tum conuersus eam audiuit. Nihil non consulto senatu faciebat, ius assidue dicebat, cum primoribus ciuiũ aliquando in palatio, nõnunq; in prandio, interdũ & siquidẽ sæpius ex tribunali ut quæ fierẽt publicarent̃. Assistebat interdũ Cõsulibus, quotiẽs hi Iudicarẽt, In circẽsibus ludis eos apprime honorabat, Domumq; a circo plærunq; reducebat, Gestabatur,

in lectica ne quispiam Comitum illi molestus esset, In diebus neq; festis neq; publicis domi manebat, Neminem nequidem salutantem ne assiduo labore fatigaretur recipiebat, nisi necessaria res fuisset, Semper circa se & romae & extra urbem optimates habuit, quos etiam in conuiuijs adhibebat, Quaproter quartus saepe adibat, Venabatur quotiens contingebat, prandebatque sine uino, deinde cum principibus & optimis uiris caenabat, & semper erat Caenatio omnifariam sermonibus refertam, Infirmos amicos uisitabat, & quoties dies festos illi agerent, cum eis simul ueniebat, & eorum agris ac domibus suauiter utebatur, Vnde & multis eorum fato functis, & alijs dum uiuerent statuas in foro posuit, Neque tamen quicquam familiarium iniuriam alicui intulit, Neque quicq; uenditum, neque ex ijs quae dicebat neque faciebat qualia olim Caesarii, & qui cum Imperatoribus uictitabant facere soliti erant, Et haec quidem obiter & in summa de moribus eius exposui. Nunc quae generatim fecerit quatenus eorum meminisse licet, Romam ubi uenit continuo per edictum condonauit omnia debita, Siue ea pertinerent Regi, siue ad Aerarium decennium praescripsit, a quo tempore debere quisq; desineret, Nec postea debiturus esset, Per natales dies spectacula gratis populo diuidebat, Ferasq; multas confodi iussit, ut semel leones cētū & totidē leenae confiderūt, Dona per Tesserulas separatim uiris, & separatim mulieribus in Theatro & in circo dedit, Itē uiros discretos, a Foeminis lauari noluit, Eodem quo hec gesta sunt anno Euphrates

philosophus uolũtaria morte excessit a uita, ueniã dederat ei Adrianus citra ignominiã & infamiã, ut cicutam tũ propter senectutẽ, tum etiã propter grauem morbum bibere posset, Cæterum Adrianus aliam ex alia prouinciam percurrens regiones & urbes perlustrabat, & in primis arces omnes ubiq; contemplatus cõsiderabat, quarũ alias in loca magis oportuna trãstulit, alias penitus subuertit, omnia illa simpliciter non dico quo pacto generalia & communia in exercitibus se haberẽt, Sed arma, machinas, fossas, uallum, & mœnia, alia priuatim uniuscuiusque & eorũ qui in ordine militabant, & eos ducebant uitas, Statiua hiberna ipse intueri & exquirere uoluit, Multa per licentiã in solutiorem morem lapsa, & quæ fabricata fuerant correxit, & emendauit, Alia destruxit & sustulit, Milites uero exercebat ad omnem speciem pugnæ, hos honore affecit, illos officij admonebat, omnes pariter ea docebat facere, quæ par erat, atq; ut etiam eius exemplo meliores & duriores redderentur, Duro & aspero uictu utebatur, Nam siue pedibus iret, siue equitaret, nunquam uehiculum aut quadrigas ascendit, Caloris & frigoris iuxta patiens quippe qui etiã Alpinas & Gallicas niues, & ægypti ardores capite intecto pertulit, atque ut omnia breuiter complectar, sic opere & præceptis per totum Imperij tempus milites omnes & exercuit & exemplo instituit, Vt usq; in hodiernum diem, quæ ab eo facta fuerunt, ea pro lege & militari instituto habeãtur, per belli tempus plurimũ in peregrina terra commorabatur, Et externi apparatum eius intuens

tes inuiolati etiam pecuniis acceptis nihil nouarum rerum moliti fuerunt. Sed adeo peritos & laborum patientes habebat exercitus, ut olim equites qui uocantur Bastai Danubium armati transnatauerint, Quae omnia obstupefacti hostes in seipsos conuersi eo magistro usi sunt ad disciplinam eorum qui inuicem contendebant. Theatra & certamina faciebat, Vrbes peragrabat sine regio ornatu Imperatoriaq; pompa. Nanq; ea nunquam extra Romam usus est, Patriam quamuis eam magno honore & muneribus auxerit, & multa praeclara ei dederit, Nunquam tamen inuisere uoluit. Venandi studio usq; ad insaniam & periculum tenebatur. Nam inter uenandum diffracto humero, & crus pene contriuit, Vrbem praeterea in mysia condidit, quam Adriani Venatica septa nominauit, Et quanquã huic rei assiduam operam daret, Nihil tamen eorum neglexit, quae ad administrandam rempublicam, & imperij commoda pertinerẽt. Quãtopere item uenationi intentus fuerit, argumentum est, Borysthenes equus, quo in uenando plurimũ Vtebatur, Cui mortuo sepulchrum fecit, Columnã erexit, et epigramma inscripsit. Quare minime mirandum est si Plotinam mortuam Cuius potissimũ opera Imperium adeptus fuerat, eumq; amauerat, excellẽtissime coluerit & ornauerat, per nouem. N. funeris dies pullatus incesserit, Templũq; erexit & hymnos in eam fecit, Sed in uenando tanti roboris fuit, ut suẽ eximiae magnitudinis solus uno ictu occiderit. In Graeciam cũ uenisset multa largitus est, Sacrisq; initiatus Mysteria Cereris spectare uoluit, Inde per Iudaeã in aegy

ptum transiuit ubi Pompeio parentauit, Carmenq; tale addidit.

Ossa uiri magni tenui q̄ clausa sepulchro.

Tum disiectum monumentum instaurauit, atq; protinus in ægyptum ueniens urbem quam Antinoi nominauit condidit. De nomine Antinoi pueri eximiæ pulchritudis qui ex bithyniæ urbe Cithynide quā Claudiopolim uocant, ortus & in delitijs habitus in ægypto moritur, siue in Nilum ceciderit ut Adrianus scribit, siue immolatus ut ueritas habet fuerit, Alioquin enim curiosissimus harum rerum, Vt supra diximus Adrianus fuit, Quippe diuinationibus atq; magicis sacris crebro utens, Quare seu ob amorem, siue q̄ uoluntariam mortē oppetierit, Indigebat enim ad ea quæ parabat anima eius hominis qui sponte occubuisset, Illum in primis coluit, quo enim loco is oppetijt, Vrbem conditam ab eo denominauit, eius statuas per uniuersum orbem terrarum atq; etiam effigies erexit, stellā deniq; a se uisam diebat quæ Antinoi foret, Eosq; perlibēter audiebat qui familiarius secū uiuebāt, quotiens talia fabularentur ex Antinoi spiritu, Vere stellam natam quæ tunc primū apparuisset. Hæc igitur crebro secū recogitabat. Interea hierosolyma pridem euersa, rursus habitari iussit, atq; urbem Aeliā Capitolinā appellauit. Ioui item ex aduerso Templi ædē excitauit, Bellum huic & graue & diutinum natum est, magno dolore afficiebantur Iudei atq; indignabantur peregrinos secum in ciuitate habitare, & illud quoq; etiam grauius ferebāt externa sacra fieri et externorum deorum imagines in ipā constitui, Quie

uere tamen ab armis & cædibus, Adrianũ ueriti, qui per ea tempora uicinis in locis constiterat, Nihilo tamen secius inter se ea studiose Fabricare non cessabãt quibus quotiens belli necessitas posceret uti possent, Postquam uero longius Adrianus abfuit palam in arma uertuntur, q̃q̃ aperta acie cum Romanis congredi non ausi sunt, auxilia summebant muro & cauernis subterraneis specus fodientes, atq; Cuniculis omnia munientes, Vt quotiens uiolarentur liberos haberent ad fugam exitus, inuicem quoq; subter terram clanculum commeare, specus & subterraneas uias superne quibusdam in locis hiantes ad uentos & lucẽ excipiendam perforauerant, Impetus eorum Romani primum contempsere, Verum postea q̃ uniuersa prouincia tumultuata est, & qui ubiq; Gentium erãt cum eis conspirauerunt, Tunc cognouere atq; intellexerunt quam graue & periculosum bellum exortum foret, multa eñ mala in Romanos, partim clam, partim aperte edebant, asciscere multos etiam externorũ prædæ, & lucri cupiditate, et fere ut ita dixerim uniuersus terrarũ orbis ex motu iudeorum cõcussus fuit. Tunc ergo Adrianus minime cũctatus, præcipuos Romanorum Duces aduersus eos misit, quorum primus Iulius Seuerus in iudeam ex Britannia uocatus. Hic minime ausus est prælium committere, Nam & multitudine longe impar erat ad decertandum & hi de salute desperauerant, Igitur diuisos adortus carptim ut quosq; poterat cõpræhendens pro multitudine militum atq; tribunorũ tum ab alimẽtis, & cõmeati iter clusos tardius quidem, sed minore cum periculo peni

tus oppressit, pauci admodum euasere atq; a cæde su perfuerunt, Arces eorum quinquaginta celeberrime deiecte sunt, uici ad nongentos, et octoginta quinque qui sane frequentes, & nominatissimi erant direpti, & mox igne consumpti sunt, uiri in excursionibus, et in prælijs ipsis ad quinquaginta milia cæsi fuere, Fame morbis ac igni ingēs multitudo absumpta est, sic fere omnis Iudea desolata est. Quam cladem etiā ante bellum multa ipis denunciauerant. Nam Salomonis sepulchrum quod illi in supremo cultu, & reuerentia habebant sponte, & nullo impellente discussum corruit, lupi atq; hyenæ passim per urbes incidētes ululabant, Non fuit incruenta uictoria Romanis. Siquidem multi eorum occubuere, Quare Adrianus ad senatum scribens eo minime usus est principio quo cæteri imperatores consueuerant, Ad hunc scilicet modum. Si uos & filij uestri ualent bene habet, Ego et exercitus ualemus Seuerum dein debellatis iudeis in Bithyniam misit Adrianus. Non quidem ad bellum sed indigebat prouincia præside, & Gubernatore iusto sapienti, & qui in dignitate fuisset, auctoritatem quæ haberet quæ omnia in eo inerant. Hic res bithynicorum tam priuate quam publice ita disposuit, & correxit ut nos omnes Bithynij in hancusq; diem semper eius memoriam faciamus, & hic fuit Iudaici belli exitus.

Exortum est mox alterum bellum ab Alanis, (Sunt enim massagetæ) auctore pharasmano, Hic mediam grauissime deuastauit, Armeniā quoq; & capadociā lacessiuit. Demū Alani accepta pecunia, & Donis a

Vosogæso partim inducti, partim Item quod timebant Flauium Arrhianum, qui tunc capadocie præerat, ab armis quieuere, Adrianus per hæc tempora ædem Iouis olympii in qua & ipsius statua fuit Athenis ædificauit, Imposuit in ea draconem ex India deportatũ, Festa præterea liberi patris quod apud eos maximũ est princeps in ueste indigena Magnifice concelebrauit, atq; templum eius quod Græci Panhellinon uocant ædificare eis concessit, certamen & ludos instituit, pecunias multas, Frumentum annuũ, & insuper uniuersam Cephaleniam athenienfibus elargitus est leges multas tulit, Sed illud imprimis sanxit, ne senator, aut ab ipso, aut per alterum tributo condemnaretur. Romam cum uenisset atque in quodam spectaculo aurigam quendam liberum fieri cum clamore populus rogaret. Respondit per Tabellam docens iniquum a se hoc peti, ut alienum seruum liberum faceret, Ne domino eius uis, & ininria fiat. Morbo deinde tentari cœpit, siquidem sanguis qui ei cõsuetus erat per nares effundi, Tunc maxime abundauit, desperata est salus, & uita, quaproter cũ adhuc sanguie trãsmissurus esset, Cõmodũ Luciũ successorẽ sibi, et romanis cæsarẽ designauit. Seuerianũ uero, & fuscũ nepotem eius quod illud ægre fere uiderenĩ suspectos & Inuisos, iussit occidi. Quorũ alter Nonagenarius, alter uero decẽ et octo annos natus erat, sed Seuerianus priusq̃ iugularetĩ ignẽ poposcit, atq; incenso Thure, Vos inq̃t o dei testor me nihil mali cõmisisse, De Adriano hoc tantum imprecor, ut cum mori cupiet non possit & quidem mortuus est. Adrianus post morbũ

largum sæpius frustra inuocata morte, sæpe etiam se ipsum occidere uoluit. Extat eius epistola quæ hoc ipsum significat, Scribit enim q͂ miserũ est mortem optare & mori non posse. Hunc seuerianũ Traianus successorem aliquãdo & dignum imperio iudicauit. Nam in conuiuio olim quæsiuit ab amicis ut decem nominarent uiros, quibus summa reipu. & rerum fastigium demandari posset. tum uero compresso aliquantulum sermone, Inquit. Nouem paruos discere cupio. Vnum ego seuerianũ habeo. Floruere ea tempestate excellentes alij iuri sed maxime celebres, atq; illustres duo fuere turbon, & Similis qui etiã præmia fortitudinis retulere, Turbon uir fuit maxime militaris, & Gubernandi exercitus scientissimus. Hic primum in prouincijs procurator fuit, deinde Prefectus prætorianorũ, In quo magistratu nihil unq͂ aut molle, aut superbũ gessit, Sed uelut unus de numero gregariorum militum uixit, et alia multa, tum illud maximum fecit, quod totam diem cum imperatore uersabatur, ad quem plerũq; post mediam noctem accedebat, quo tẽpore cæteri fere homines dormire Incipiũt. Floruit etiam Cornelius fronto, cuius in agẽdis causis primæ partes erant, Hic aliquando peruesperi cũ a cæna domum rediret, Audiuissetq; eum cui patrocinium quãdoq; pollicitus fuerat, causam agere In ueste senatoria, quam tunc habebat iudicium ingressus est, Iudicesq; salutauit. Non dicẽs aue, quæ matutina erat salutatio, sed uespertino usus uerbo saluete inq͂t. Turbo nunq͂ domi per diem neq; etiam cum morbo laboraret uisus fuit, atq; monenti olim Adriano ut

quiesceret respondit oportere, Præpositos rerum stantes mori. Cæterum Similis & etate, & honore eos antecedebat, nulli præfectorum ut ego existimo cedens, Id quod ex paucis coniectari licet, olim eum Adrianus cum centurio esset in consilium uocauit, priusq; præfectos, Cui ille inquit, turpe est o Cæsar cum centurione disserere, præfectos uero non admitti, Præfecturam deinde inuitus accepit, quã deinde deposuit uacatione data, Vixq; dimissus in agro septem annos (quod fuit reliquum uitæ) in ocio & quiete exegit, atq; hæc moriẽs sepulchro inscribi Iussit, Similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit, Septem tamen dũtaxat annis uixit, Interea Adrianus nimio sanguinis defluxu phthisi mox tabescente corpore hidropesi corripitur. Adoptauerat Lucium Cõmodum, Sed cum multo sanguine, & perpetuo defluente morbo miserando teneretur, Primores obiter etiam celebres senatorum Domum conuocauit, atq; decumbens in lectulo Hæc inquit, Amici uiri, Filium ut ex me genuerim natura non concessit, Sed uos per leges dedistis. Genuerim an elegerim multum interest, qui genitus filius is erit, quem fata uoluerint, adoptatum autem Vnusquisq; sibi pro uoluntate assumit, Quare plærũq; per naturam stulti, atq; mutilati Filij dantur, Qui uero leguntur, Integro hi sunt corpore, & mente sana. Quare lucium primum ex omnibus delegeramus, qualem neq; filium optare potuissem, Sed quando fata nobis illum eripuere inueni profecto uobis imperatorem, qui nobis pro illo succedat, Quem uobis damus & pollicemur, generosum, mitem, man

suetum, misericordem atq; prudentem, & qui neq; temerarium quidam propter Iuuentutem neq; per senectutem negligenter aut timide facere poterit. Sub legibus educatum, & qui secundũ mores patriæ princeps Reipub. & Dux exercituum fuit, & qui nihil eorum ignoret, quæ ad Imperium pertineat, omnibusq; rebus pulchre uti poterit, Hunc & si cognoscam supra omnes homines ocio deditum, & inuitium Imperium & summam rerum capescere, Tamen ut existimo nũq; aut uos aut me deseret aut negliget, Sic Antoninus Imperator creatus ẽ, Sed cũ illi uirilis stirps nulla foret Commodi Filium adoptauit, Adiuncto etiam Marco Annio Vero, uoluit enim in longum tempus eos qui post se Imperaturi essent, Hunc Annium Marcũ prius catiliũ nominauerant, Nepos fuit Annij Veri, qui ter Cõsul, atq; etiã Tribunus fuerat, Vtrosq; adoptari ab Antonino iussit, Maiore tamen honore prosequutus est, Verum eum propter cognationem quæ cum illo intercedebat, tum propter ætatem, & quod uiuaciore & fortissimo ingenio cognoscebatur, ex quo illum sæpe per iocum ad sensum uerbi Græci respiciens, minime aptum Iudicijs esse dicebat, Cæterum Adrianus magicis artibus & incantamentis quibusdam aquam omnem intercutem eduxit, qua tamen rursus & celeriter repletus fuit, postq; igitur morbus auctus est, & utcunq; adhibitis remedijs in dies deficiebat mori decreuit, Sæpe aut uenenum aut gladium postulabat & frustra quidem nullus enim porrigebat, Posteaq; autem promissa pecunia et data uenia nemo ei obtemperabat, Accersit Masto

rem quendam barbarum nomine genere Iazigem, quo homine propter robur & audaciam plerunq; in uenationibus usus fuerat, Hunc partim minis partim magnis pollicitationibus impulit, atq; coegit ut cædē sibi inferret, Circumscripsitq; locum sub Mamilla, quem Hermogenes medicus demonstrauerat, quo læ taliter percusso statim sine dolore expiraret. Sed ubi hoc ei non successit, Nam Mastor tanto facinore Perterritus atq; attonitus aufugit, multum in graui morbo de se conquerebatur, q nullam potestatem haberet nec sibi mortem consciscere posset, maxime quando etiam multa super alios posset. Demum consilio Medicorum super uitam abstinuit cibo & potu qui ad salutem, Imo ad morbum exaugendum faceret, Mortuus est tandem dicens illud in populo uulgatum, Turba Medicorum interfecit Regem. Vixit autem annos duos & sexaginta, menses quinque, & dies sex. Imperauit annos uiginti, menses undecim. Sepultus est in ripa Fluuij iuxta pontem Aeliam, Illic enim sepulchrum conditum. Iam enim Augusti monumentum repletum erat, Nec quisq̄ amplius in eo sepeliebatur, Infensissimum omnibus cædes fecerant, Initio imperij & sub eius mortem, uelut iniuste & impie occisi fuerint, quanq̄ natura minime sæuus esset, Nam cum multi grauiter in eum peccassent, id satis existimauit. Hoc ad eorum ciuitates scribere q sibi non placerent, si qui quibus filij erant, pro scelere debebant, saltem pro numero puerorum supplicia eorum eleuauit.

Conflagratio Vesæui montis ex Dione.

Merula transtulit pro Suetonio Tranquillo

Conflagratio Vesuvii Montis

23 a.

S

Vb Tito in campania horrenda & miranda quædam obtigerunt, Magnus enim ignis per autumnũ subito exarsit, Mons enim uesuuius qui iuxta neapolim ad mare uergit, Abundantes ignis fontes habet, olim undiq; altus, ab cuius medio ignis exoritur, Quæ pars solum igne cõpræhẽsa fuit, Extra hæc omnia sine igne etiam nunc manent, Ex hoc cum cætera essent incombusta, media uero exusta & in cinerem redacta iuga circũstantia ab antiquo usq; nunc manent, Quodcunq; ambustum est atq; consumptum tempore concauum factum est, ut mons omnis, si licet magnis parua conferre, similis est uenatorio Theatro, Vertex arbores & uites habet, Circulus ab igne latior factus per dies fumũ, Noctu flammam emittit, Vt uideantur in eo odores euaporari & sacrificia fieri. Et quidem semper, interim uero magis, interim uero minus, Sæpe uero cineres effundit, quando scilicet aliquid coactum subsederit, lapides sursum mittit, quotiens uero a spiritu & uento uiolatur, sonat et stridet, ceu non coacta & constructa sed rara & occulta spiracula habens, talis igitur est uesuuius, & hæc quidem in eo per annum plurimum fit, quæcunq; uero id temporis accidere, q̃uis magna & præter solitum uisa sint, parua tamen ad comparationem eorum quæ tunc acciderunt, etiam si omnia in unum conferantur, parua existimari possunt. Quæ quidem sic habebant, Viri multi atq; magni humanam omnem naturam excedentes quales gigantes scribuntur partim in monte partim infiniti

ma regione per urbes interdiu atq; noctu per terram oberrantes, & in aure procurrentes uidebantur, Post hæc uehemens siccitas & uehementes terræmotus subito facti sunt, Vt planicies illa uniuersa aquis scaturiret & montes subsillirent, sonitus a cauernis subterraneis tonitruis persimiles superne uero & in terra mugire uidebantur. Mare uero fremebat, & cælum resonabat, Post hæc fragor immensus subito ceu concidentium montium audiebatur, Exiliebant primum lapides ingentes quasi ad summa montium exirent, Deinde tantus fuit ignis & fumus, Vt aera totum obumbraret, Totum uero solem occultaret, Ceu defectum, Mox uero ex die nox & tenebræ & luce facte sunt. Et existimabat Gigantes insurrexisse. Apparebant quidem illorum effigies in fumo præterea Tubarum sonitus audiebantur, putabant alij aduenisse Chaos, uel per ignem Mundum absumi, Atq; fugiebant partim ex domibus in uias, Alij extra, Alij uero ex mari in terram, & rursus ex terra in mare, Quidam uero trepidi et amentes, utpote qui existimabant quod securius esse presente. Hæc autem simul facta sunt, Eructabat immensus cinis, occupabat enim terram mare & aera & multa quidem alia sicut accidebat, lædebantur homines scilicet regiones & pecora, pisces, præterea aues absumebat, Insuper duæ ciuitates conflagrarunt Herculaneũ & pompeij, Herculaneum uero & pompeios sedente in theatro populo, obliniuit, Tãtus fuit puluis ut ab eo loco i Aphricam & Syriã et Aegyptũ penetrauerit. Peruenit etiã romã usq;, Quinetiam aer totus imminẽs puluere op

pletus fuit, Sol etiam obtenebratus, obscuratusq; est, Nec paruus metus fuit per multos dies. Nesciebāt homines quod factum est, Nec coniectari unde factum est, Existimabant enim quæ supra et infra erant euerti. Solem in terram descendere, Cinis autem nihil magni incommodi attulit, Cæterū deinceps pæstem grauem attulit, Cæterum in sequēti anno a terra progrediens ignis, Agente in campania Tito ut igni & conflagratis ædificiis remedia daret. Vrbem Romam populatus est, Nam Serapis & Isidis Templum etiam septa. Neptuni ædem, Thermas Agrippe Pantheum Diribitorium, Balbi Theatrum, Pompei porticum, Octauiæ Domum cum Bibliotheca, Templum Iouis capitolini cum ædibus & sacellis coniunctis conflagrarunt, Vt non ab homine factum malum sed magis diuinitus immissum existimari debeat, Ex iis igitur quæ connumerarii coniectari licet, quanta fuerint detrimēta & damna, Cæterum Titus duos ex iis qui consules erant, Vt ædificia repararent pecunias insuper dedit, Donauit præterea eorum bona qui sine hærede decesserant, Nihil enim a priuato homine neq; ab ærario neq; Fisco cum multi multa conferent sumpsit. Ex hiis quæ tunc aderant omnia reparauit, & in aliis quidem nihil egregium fecit, Theatrum uero uenatorium in quo feræ depugnarent, & Balneum sibi cognomine dedicauit, Multa quoq; admiranda fecit, Grues inuicem & quattuor Elephantes depugnarunt, Aliæ præterea ad nouem milia Færa et cicures iugulatæ sunt, quas mulieres non admodū illustres interfecere, uiri pterea tum singulari Certamie, Multi

pedestri pugna, alij nauibus decertarunt. Theatrum uero quod ipse confecerat, Cum ex improuiso aqua repleuisset, Induxit equos & alia mansueta animalia, quae omnia facere didicerant, quae in terra & in aqua solita erant, Induxit & homines in nauibus, quorum pugnas ita partitus fuerat, Vt hi corcirei hi corinthij pugnam committerent, Alij uero extra in nemore Caij & Lucij ubi Augustus ad hoc ipsum terram effoderat, etenim eo in loco prima die digladiati sunt, homines & ferae indefectae lacus tabulis munito ad faciem similitudinis, qui item quaque circum uallum habebat, Secunda uero die equorum cursus, Tertia tria milia hominum nauibus depugnarunt, Deinde terrestris pugna facta, Victores Athenienses syracusanos, his enim nominibus utebantur, Naualique pugna depugnarunt, Atque in paruam insulam insilientes & muro quae circa monumentum confectum erat, illud coepere Haec repraesentata sunt ad centum dies, Exhibuit deinde quaedam ad utilitatem et lucrum, Tesserulas ligneas superne in Theatrum sparsit, In quibus signa erant, aut esculenti aut uestis, argenti praeterea uasis & aurei, equorum domitorum, pecorum, seruorum, Quae qui excepissent oportebat ad distributores afferre, atque ab eis quod inscriptum erat accipere.

FINIS.

P. VICTORIS DE REGIONIBVS VRBIS ROMAE LIBELLVS VNICVS.

Regio Prima Porta Capena.

Icus & Aedis camenarum.
u Vicus Drusianus
Vicus Sulpiti ulterioris.
Vicus Sulpiti citerioris.
Vicus fortunæ obsequentis.
Vicus pulverarius.
Vicus honoris & Virtutis.
Vicus Trium ararum.
Vicus Fabriti.
Aedis martis.
Aedis Mineruæ.
Aedis tempestatis.
Area appollinis.
Area spei.
Area galli, siue thalli, siue galliæ.
Area pinaria.
Area carsuræ.
Lacus promethei.
Lacus uispsani uel uespasiani.
Balineum torquati.
Balineum uectij bolani.
Balineum Mamertini.
Balineum abascantiani.
Balineum Antiochiani.
Thermæ Seuerianæ.

Thermæ commodianæ.
Arcus diui Veri parthici.
Arcus diui traiani.
Arcus drusi.
Mutatorium cæsaris.
Almo fluuius
Vici.ix.
Aediculæ.x.
Vicomagistri.xxxvi.
Curatores.ii.
Denunciatores.ii.
Insulæ.iiii.Mil.ccl.
Domus.cxx.
Horrea.xiii.
Balineæ priuatæ.lxxxii.
Lacus.lxxxiii.
Pistrina.xx.
Regio in ambitu continet pedes.xii.Mil.ccxxii.

Regio Secunda.
Cæli Montium.

Templum Claudii.
Macellum magnum.
Campus martialis.
Lupariæ.
Antrum cyclopis.
Castra peregrina.
Caput aphricæ.
Arbor sancta.
Domus Philippi.

Domus Vectiliana.
Regia Tulli Hostilij templumq; quod is in curiam redegit ordini a se aucto.i.patribus minorum gentium.
Mantiones Albanæ.
Mica aurea.
Armamentarium.
Spolium Samarium.
Ludus matutinus.
Ludus gallicus.
Cohortes quinq; uigilum.
Vici.vij.
Aediculæ.viij.
Vicomagistri.xxviij.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.
Domus.cxxxiij.
Horrea.xxiij.
Balineæ priuatæ.xx.
Pistrina.xij.
Regio in ambitu continet pedes.xij.Mil.cc.

Regio.iij. Isis Et Serapis. Moneta.

Amphitheatrum quod capit loca.lxxxvij.Mil.
Ludus magnus.
Ludus Dacicus.
Domus Bryttiana.
Samium coragium.
Prætura præsentissima.
Thermæ Titi cæsa.Augu.
Thermæ Traiani cæsa.Au.

Thermæ Philippi cæſa. Augu.
Lacus paſtoris
Schola quæſtorum
Schola capulatorum
Porticus Liuia
Caſtra miſenatium
Subura
Vici. viij.
Aediculæ. viij.
Vico magiſtri. xxiiij.
Curatores. ij.
Denunciatores. ij.
Inſulæ. ij. M. Dcclviij.
Domus. clx.
Horrea. xviij.
Balineæ priuatæ. lxxx.
Lacus. lxv.
Piſtrina. xij.
Regio in ambitu continet pedes. xij. Mil. cccl.

Regio. iiij.

Templum pacis
Templum Remi
Templum Veneris
Templum Fauſtinæ
Templum Telluris
Via Sacra
Baſilica Conſtantini
Baſilica Pauli Aimilij
Sacriportus
Forum tranſitorium

Balineum Daphnidis
Porticus asidata
Area uulcani cum uulcanali ubi lotos a romulo sata
in qua
Area sanguine per biduum pluit.
Buccina aurea, uel Buccinum Aureum
Apollo sandalarius.
Horrea Cartharea uel tastaria uel testaria.
Sororium tigillum.
Colossus altus. cij. & semis, habens in capite radios
vij. singuli pedum. xxij. & semis.
Meta sudans
Carinæ
Domus Pompeij
Auita Ciceronum Domus
Vici, viij.
Aediculæ. viij.
Vico magistri. xxxij.
Curatores. ij.
Denunciatores. ij.
Insulæ. ij. Mil. Dcc. lvij.
Domus. cxxxviij.
Horrea. viij.
Balineæ priuatæ. lxxv.
Lacus. lxxviij.
Pistrina. xij.
Regio in ambitu continet pedes. xiij. Mil.

Regio. v.

Exquilina cum turri et colle uiminali.
Lacus promethei

Macellum Liuiani
Nymphæum diui Alexandri
Cohortes.vij.uigilum
Aedis Veneris Erycinæ ad portam collinam
Horti planciani, uel plautiani
Horti Mæcenatis
Regia Serui Tulli
Hercules sullanus
Amphitheatrum castrense
Campus exquilinus & Lucus
Campus uiminalis sub aggere
Lucus petelinus
Templum Iunonis lucinæ
Lugus fagutalis.
Domus Aquilij iure consulti
Q.Catuli & M.Crassi
Ara iouis uimmei
Minerua medica
Isis patricia
Lauacrum agrippinæ
Thermæ olympiadis
Vici.xv.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.lx.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.Dcccl.
Domus .clxxx.
Lacus.lxxix.
Horrea.xxiij.

Balineæ priuatæ.lxxv.
Piſtrina.xii.
Regio in ambitu continet pedes.xv.Mil.Dcccc.
Regio,vi. Alta ſemita.
Vicus bellonæ
Vicus mamuri
Templum Salutis in Colle Quirinale.
Templum ſerapæum
Templum apollinis,& clatræ.
Templum floræ,& Circus Floralia
Capitolium Vetus
Diuus Fidius in Colle
Forum Salluſti
Fortuna publica in Colle
Statua Mamuri Plumbea
Templum Quirini
Domus attici
Malum Punicum ad quod Domitianus,DD.
Templum gentis flauiæ & erat domus ſua.
Horti Salluſtiani
Senatulum mulierum
Thermæ Dioclitianæ
Thermæ Conſtantinianæ
Balinea pauli
Decem Tabernæ
Ad Gallinas Albas
Area Calidii
Cohortes.iii.uigilum

Vici.xij.
Aediculæ.xvi.
Vico magistri.xlviij.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.D.V.
Domus.cxlv.
Horrea.xviij.
Balineæ priuatæ,lxxv.
Lacus.lxxvi
Pistrina.xij.
Regio in ambitu continet pedes.xv.Mil.Dc.

Regio.vij.

Via lata.
Lacus Ganymedis
Cohortes.vij.uigilum aliter primorum uigilum.
Arcus nouus
Nymphæum iouis
Aedicula Capraria
Campus Agrippæ
Templum solis
Casta gentiana,aliter gipsiana
Porticus constantini
Templum nouum spei
Templum nouum fortunæ
Templum nouum quirini
Sacellum genij sangi
Equi ænei tiridatis
Forum Suarium
Forum archemorium

Horti argiani.
Pila tyburtina.
Ad mansuetos.
Lapis pertusus.
Vici.x.
Vico magistri. xl.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.ccclxxxv.
Domus.cxx.
Horrea.xxv.
Pistrina.xvi.
Balineæ priuatæ.lxxv,
Lacus.lxxvi.
Regio in ambitu continet Pedes.xiij.Mil.Dcc.

Regio.viij.

Forum Romanum.
Rostra populi Romani.
Aedis uictoriæ, cum alia ædicula uictoriæ uirginis dd.a Portio catone.
Templum Iulij cæsaris in foro.
Victoriæ aureæ statua in templo Iouis opt.max.
Ficus ruminalis & lupercal uirginis.
Columna cum statua.M.ludij.
Græcostasis.
Aedis opis & saturni in uico iugario.
Miliarium aureum.
Senatulum aureum.
Pila oratia, ubi tropæa locata nuncupantur curia.
Templum castorum ad lacum iuturnæ.

Vicus unguentarius.
Aedis uortumni in uico thusco.
Elephantus herbarius.
Vici.xij.
Aediculæ totidem.
Vico magistri.xlviij.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.Dccclxxx.
Domus.cl.
Balinæ priuatæ.lxvi.
Horrea.xviij.
Lacus.cxx.
Pistrina.xx.
Regio in ambitũ continet pedes.xij. Mil. Dccclxviij.

Regio.ix. Circus flaminius.

Stabula.iiij.factionum.
Aedis antiqua apollinis cum lauacro.
Aedis Herculi magno custodi Circi flamini.
Porticus Philippi.
Aedis Vulcani in circo flaminio.
Mimitia uetus.
Mimitia frumentaria.
Porticus corinthia. CN. Octauij, quæ prima duplex fuit.
Crypta Balbi.
Theatrũ Balbi. Capit loca.xxx.Mil.xcv.cl.Cæsar dedicauit & appellatur a uicinitate.
Iupiter Pompeianus.
Theatrum Marcelli. Capit loca.xxx.Mil.ubi erat

aliud templum iani.
Delubrum.CN.Domitij.
Carcer.clx.uirum.
Templum Bruti callaici.
Villa publica ubi primum populi census est actus in campo martio.
Campus Martis.
Aedis iuturnæ ad aquam uirgineam.
Septa trigaria.
Equiria.
Horti lucullani.
Fons Scipionum.
Sepulchrum Augustorum.
Ciconiæ nixæ.
Pantheon.
Theatrum Pompei.
Basilica macidij.
Basilica martiani.
Templum diui Antonij cũ Cochlide columna quæ est alta pedes.clxxv.habet
Intus gradus.cc vi.& fenestellas.lvi.
Thermæ Hadriani.
Thermæ Heronianæ quæ postea Alexandrinæ.
Thermæ Agrippæ.
Templum boni euentus.
Aedis Bellonæ uersus portam carmentalem, ante hãc ædem columna index belli inferendi.
Porticus Argonautarum.
Meleagricum.
Isaeum.

Serapæum.
Mineruium.
Minerua Chalcidica.
Insula phelidij, Siue phelidis.
Vici.xxx.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri.cxx.
Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.iij.Mil.Dcclxxxviij.
Domus.cxl.
Balinæ priuatæ.lxiij.
Horrea.xxij.
Pistrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xxx.Mil.D.

Regio.x. Palatium.

Vicus padi.
Vicus curtarum.
Vicus Fortunæ respicientis.
Vicus salutaris.
Vicus Apollinis.
Vicus Insusq; diei.
Roma quadrata.
Aedis Iouis statoris.
Casa Romuli.
Prata bacchi ubi fuerunt Aedes uitruuij fundani.
Ara Febris.
Templum Fidei.
Aedis matris deum, huic fuit conterminũ delubrũ Sospitæ Iunonis.

259

Domus Ceioniorum
Suelia.
Iouis cœnatio
Aedis apollinis ubi lichni pendebant instar arboris
mala ferentis
Aedis deæ uiriplacæ in palatio
Bibliothecæ
Aedis Rhamnusiæ
Penthapylon iouis arbitratoris
Domus Augustana
Domus Tiberiana
Sedes imperij Romani
Auguratorium
Ad mãmæam, hoc est Dietæ
Mammææ.
Ara palatina
Aedis Iouis Victoris
Domus Dionysi
Domus. Q. Catuli
Domus Ciceronis
Aedis dijouis
Velia
Curia Vetus
Fortuna respiciens
Septizonium Seueri
Victoria Germaniciana
Lupercal
Vici. vi.
Aediculæ totidem
Vicomagistri. xxiiij.

Curatores.ij.
Denunciatores.ij.
Insulæ.ij.Mil.Dcxliiij.
Domus,lxxxviij.
Lacus.lxxx.
Horrea.xlviij.
Pistrina.xx.
Balineæ priuatæ.xvxvi.
Regio in ambitu habet pedes.xij. Mil.Dc.

Regio.xi. Circus maximus.

Circus maximus q capit loca.ccclxxxv.Mi.xij.portæ.
Templum Mercuri
Aedis ditis patris.
Aedis Cereris
Aedis ueneris opus Fabij
Gurgitis
Aedis Portumni ad pontem Aimili,olim sublici
Porta Trigemina.
Salinæ
Apollo Cælispex
Aedis portumni
Hercules oliuarius
Ara Maxima
Templum castroris
Aedis cereris
Aedis Pompei
Obelisci.ij.iacet alter,alter erectus
Aedis Murciæ
Aedis Consi subterranea
Forũ oliotoriũ in eo Colũna est lactaria ad quã infan

tes lacte alendos deferunt.
Aedis pietatis in foro olitorio
Aedis Iunonis matutæ
Velabrum maius
Vici.viii.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.xxxii.
Curatores.ii.
Denunciatores.ii.
Insulæ.M.Dc.
Domus.lxxxix.
Balneæ priuatæ.xv.
Horrea.xvi.
Lacus.lx.
Pistrina.xii.
Regio in ambitu cõtinet pedes.xi.Mil.D.

Regio.xii. Piscina publi.

Vicus Veneris almæ
Vicus piscinæ publicæ
Vicus dianæ.
Vicus ceios
Vicus tridri
Vicus aquæ salientis
Vicus laci tecti
Vicus fortunæmãmosæ
Vicus Colapeti pastoris
Vicus portæ raduscùlanæ
Vicus portæ neuiæ
Vicus uictoris
Horti Asiniani

Area radicaria
Caput uiæ nouæ
Fortuna Mammosa.
Isis antenodoria.
Aedis bonæ deæ subsaxanæ.
Signum delphini.
Thermæ Antoninianæ.
Septem domus parthorum.
Campus lanatarius.
Domus Chilonis.
Cohortes.iiii.uigilum.
Domus cornificii.
Priuata Hadriani.
Vici.xii.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri.xlviii.
Curatores.ii.
Denunciatores.ii.
Insulæ.ii.Mil.cccclxxxvi.
Domus.c.xiiii.
Balineæ priuatæ.xliiii.
Lacus.lxxx.
Horrea.xxvi.
Pistrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xii.Mil.
Regio.xiii. Auentinus.
Vicus fidii.
Vicus frumentarius.
Vicus trium uiarum.
Vicus Cesseti.

Vicus Valeri.
Vicus laci miliarii.
Vicus fortunati.
Vicus capitis canteri.
Vicus trium Alitum.
Vicus nouus.
Vicus loreti minoris.
Vicus armilustri.
Aedis Consi.
Vicus columnae ligneae.
Minerua in auentino.
Vicus Materiarius.
Vicus mundiciei.
Vicus loreti maioris ubi erat uortumnus.
Vicus fortunae dubiae.
Armilustrum.
Templum lunae in auentino.
Templum Commune Dianae.
Thermae uarianae.
Templum libertatis.
Doliolum
Aedis bonae deae in auentino.
Priuata Traiani.
Remuria.
Atrium libertatis in auentino.
Mappa Aurea.
Platanon.
Horrea Aniceti.
Scalae Gemoniae.
Porticus Fabaria.

Schola Cassii.
Templum Iunonis reginæ a
Camillo.D.D.ueiis captis.
Forum pistorium.
Vici.xvii.
Aediculæ totidem.
Vicomagistri. lxxiiii.
Curatores.ii.
Denunciatores.ii.
Insulæ.ii.Mil.ccccclxxxviii.
Domus.ciii.
Balineæ priuatæ.lxiii.
Lacus.lxxviii
Horrea.xxvi.
Pistrina.xx.
Regio in ambitu habet pedes.xvi.Mil.cc.
Regio.xiiii. Transtiberim.
Vicus Censori.
Vicus Gemini.
Vicus Rostrati.
Vicus longi aquilæ.
Vicus Statuæ sicciance.
Vicus quadrati.
Vicus raciliani maioris.
Vicus raciliani minoris.
Vicus ianuclensis.
Vicus Bructanus.
Vicus larum ruralium.
Vicus Statuæ ualerianæ.
Vicus Salutaris.

Vicus pauli.
Vicus Sex. lucei.
Vicus Simi publici.
Vicus patratilli.
Vicus laci restituti.
Vicus Saufei.
Vicus Sergi.
Vicus Ploti.
Vicus uiberini.
Gaianium.
In Insula Aedis Iouis, & Aesculapii &
Aedis Fauni.
Naumachiæ.
Cornisce.
Vaticanius.
Hortus domitii.
Ianiculum.
Mamæ Sacellum.
Balineum ampelidis.
Balineum priscillianæ.
Statua ualeriana.
Statua Sicciana.
Sepulchrum Numæ.
Cohortes. vii. uigilum.
Caput gorgonis.
Templum fortis fortunæ.
Area Septimiana.
Ianus Septimianus.
Hercules cubans.
Campus bruttanus.

Campus Codetanus
Horti Getæ
Castra lecticariorum
Vici.xxii.
Aediculæ totidem
Vicomagistri.lxxxviii.
Curatores.ii.
Denunciatores.ii.
Insulæ.iiii.Mil.cccc.
Domus.cl.
Balineæ priuatæ,lxxxvi.
Lacus.clxxx.
Horrea.xxii.
Pistrina.xxii.
Regio i ambitu habet pedes.xxxiii.Mil.ccclxxxviii.

SENATVLA TRIA.

Vnum inter capitoliũ & forum ubi magistratus cum senioribus deliberant,alterũ ad portam capenam. Tertium citra Aedem bellonæ in circo flaminio ubi dabatur senatus legatis quos i urbẽ admittere nolebant. Quartum senatulum matronarũ in quirinale Antoninus pius Bassiani filius fecit.

BIBLIOTHECAE.

Vnde triginta publicæ ex iis præcipuæ duæ Palatina & Vlpia.

OBELISCI MAGNI SEX.

Duo in circo maximo. maior est pedum. cxxxii. Minor pedum.lxxxviii. & semis. unus in uaticano pedũ.lxxii.unus in cãpo martio pedũ. lxxii. duo in mauseolo Augusti pares singuli ped.xlii. & semis.

OBELISCI PARVI.

Xlij.in plerisq; sunt notae Aegyptiorum.

PONTES.VIII.

Moluius, Aelius, Vaticanus, Ianuclensis, Fabricius, Cestius, Palatinus, Aimilius qui ante sublicius.

CAMPI.VIII.

Viminalis, Exquilinus, Agrippae, Martius, Codetanus, Bructanus, Lanatarius, Pecuarius, Vnus ultra Tiberim campus uaticanus extra numerum.

FORA.XVII.

Romanum quod dicitur magnum, Cesaris. Augusti, Boarium, Transitorium, Holitorium, Pistorium, Traiani, Aeneobarbi, Suarium, Archemorium, Diocletiani, Gallorum, Rusticorum, Cupedinis, Piscarium, Sallusti.

BASILICAE.XI.

Vlpia. Pauli. Vestini. Neptumnij. Macidij. Martiana. Vastellaria. Flosselli. Sicinini. Cōstantiniana. Basilica portia a portio catone facta.

THERMAE.XII.

Traiani. Titi. Agrippae. Syriacae. Cōmodianae. Seuerianae. Antonianae. Alexādrinae. qua Neronianae. Dioclitianae. Decianae. Constantinianae. Septimianae.

IANI.

Per omnis regiões in crustati & adornati signis duo praecipui ad arcum Fabianum superior inferiorq;.

AQVAE.XX.

Appia. Martia. Virgo. Claudia. Herculanea. Tepula. Damnata. Traiana. Annia. Halsia, siue Halsientena quae Augusta. Caerulea. Iulia. Algentiana.

Ciminia. Sabbatina. Aur lia. Septimiana. Seueriana. Antoniana. Alexandri...

VIAE. XXIX.

Appia. Latina. Labicana. Campana. Prenestina. Tiburtina. Collatina. Nomētana, quæ Figulensis. Salaria. Flaminia. Aimilia. Claudia. Valeria. Ostiensis. Laurentina. Ardeatina. Setina. Quintia. Gallicana. Triumphalis. Patinaria. Ciminia. Cornelia. Tiberina. Aurelia. Cassia. Portuensis. Gallia. Laticulensis. Capitolia. ij. uetus et nouum. Amphitheatra. ij. Colossi. ij. Columnæ cochlides. ij. Macella. ij. theatra. iij. ludi. v. naumachiæ. v.

NYMPHAEA. XI.

Equi æneí indurati. xxiiij. equi eburnei. xciiij. tabulæ signa sine numero. Arcus marmorei. xxxvi. lupanaria. xlv, latrinæ publicæ. cxliiij. cohortes prætoriæ. x. cohortes urbanæ. iiij. cohortes uig. vi. excubitoria. xiiij. uexilla. ij. communia castra peregrina. castra misenatium. castra tabellariorum. castra lecticariorū. castra uictimariorum. castra salgamariorum. castra salicariorum. castra equitum singulorum. ij. Mensæ olea riæ. xxiiij. M.

FINIS.

Impressum fuit hoc opus Anno dñi. M.CCCCC. decimo. Nono Kalen. Augusti.



Ad [illegible] tlericum

Eglio que viridem colis pyrenen
Hunc o qui miseros meos libellos
fregit: tem pedibus luto subegit
Sparso deperear in luto cerebro
Trudas ad Stygias ferum tenebras
Dormentis miser ut [illegible] nat furorem
Non plus extimuit fatos orestes
Hic quam cum miseros scidit [illegible]
(Libellos

Distichon

vescitur exposito (sic fertur) corpore
(vultur
tu vina absumis: vulture tu ferior.